Universidad de Deusto
Biblioteca

1547

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3ª Serie 2ª Nº 106.

Est. 33.

Plut. 4.

Archivo de Loyola

Estante .....
Plúteo .....

I. H. S.

Siglo 16 **Año** 1547. D. Aurelii Augustini Ecclesiae doctoris eximii opusculorum tomus tertius- Venetiis apud Comunum de Trudino Montisferrati. (Archivo de Loyola).

Universidad de Deusto Biblioteca

Nº 179

Vitrina: C 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII
AVGVSTINI
ECCLESIAE DOCTORIS EXIMII OPVSCVLORVM TOMVS TERTIVS.

Quo omnia, quę ad electionem, vocationem, glorificationemque spectant, declarantur: ex libris eiusdem a M. Augustino Softeneo Fregoso excerptus, & scholijs, argumentis & indice locupletatus, ac ab errore primi impressoris purgatus.

Venetijs Apud Cominum de Tridino Montisferrati,

M D XLVII

CATALOGVS CONTENTORVM IN HOC TERTIO TOMO.

D. Aurelij Auguſt. Retractationum. Lib. ij. 1
Hypognoſticō contra Pelagianos & Cœleſtianos. Libri. vi. 73
Contra duas Pelagianorum Epiſtolas ad Boniſacium. Libri. iiij. 142
De ſpiritu & litera ad Marcellinum. Liber. 230
De paſtoribus Liber. i. 275
De ouibus lib. i. 298
De correptione & gratia Liber. i. 320
De prædeſtinatione & gratia, qui intitulatur de voluntate dei. Liber. 351
Proſperi Aquitani de reliquijs Pelagianę hęreſeos ad Auguſtinum Epiſtola. 366
Hilarij Arelatenſis de eadem materia ad Auguſtinū Epiſtola. 373
De prædeſtinatione ſanctorum Liber primus. 379
De bono perſeuerantiæ Liber ſecundus. 411
Proſperi reſponſiones ad excerpta, quę de Ianuenſi ciuitate miſſa ſunt. 452
De prędeſtinatione dei Liber. 464

ARGVMENTA HVIVSCE TERTII TOMI PER M. AVGVSTINVM SOSTENEVM FREGOSVM COMpendioſe in vnum redacta.

ARGVMENTVM PROLOGI RETRACTATIONVM.

Non debet reprehendi Auguſtinus, ſi ſua maledicta retractat.

Argumenta primi lib. retractationum:

ERRATA in libris, contra Academicos corrigit, quos cathecumenus ſcripſit. cap. 1
Errata in libro de beata vita retractat, & illū librū imperfectū dicit, quem adhuc Cathecumenus ſcripſit. cap. 2
Errata in duobus libris de ordine corrigit, quos adhuc Cathecumenus compoſuit. cap. 3
Retractat quæ ſibi in Soliloquijs non placent, quæ adhuc cathecumenus ſcripſit. cap. 4
Liber de immortalitate animæ, in manus hominum exijt, inuito Auguſtino, ob id ab ipſo non reuiſo, vix intelligitur, cuius errata retractat. cap. 5
Libros de diſciplinis partim Cathecumenus, & partim Chriſtianus compoſuit, quos ſe dicit perdidiſſe. cap. 6
Errata in libris de moribus Eccle. & de moribus Manichæorum retractat, quem Chriſtianus Romę ſcripſit. cap. 7
Quæ ſibi in libro de quantitate animæ non placent corrigit, librumque ipſum Chriſtianus Romæ ſcripſit. cap. 8
Auguſtinus in tribus libris de libero arbitrio, ſe contra Pelagianos de gratia diſputaſſe oſtendit, & ſi adhuc non eſſet hæreſis Pelagiana, quos Romæ ſcripſiſſe teſtatur. cap. 9
Errata in libris de Gen. contra Manichæos corrigit, quos in Aphrica compoſuit. cap. 10
Errata in libris de Muſica retractat, quos ī Africa ſcripſit. c. 11
Eodem tempore ſe de Magno ſcripſiſſe affirmat. cap. 12
Errata in libro de vera religione retractat, quem in Aphrica ſcripſit, cap. 13
Multa dicta in libro de vtilitate credendi corrigit, quem apud Hipponem regium presbyter ſcripſit. cap. 14
Aliqua dicta obſcura contra Manichæos de duabus animabus patefacit, quem presbyter ſcripſit. cap. 15
Aliqua dicta contra Fortunatum Manichæum corrigit, cum

quo apud Hipponem disputauit illum superans. cap.16
Dicta obscura in libro de fide, & symbolo patefacit, quem prius Hippone regio, in concil. disputauit, & postea scripsit. ca.17
De libro imperfecto de Gen. ad literam, ex lectione. 12. librorū de Gen. contra Manichæos iudicetur. cap.18
Dicta in duobus libris de sermone dñi in monte declarat. c.19
Contra Donatum aliquos composuit psalmos. cap.20
Contra Epistolam Donati, quid scripserit, & quomodo de ipso errauit. cap.21
Errata contra Adimantum Manichęi discipulū corrigit. ca.22
In libro expositionis quarundam propositionum Epist. diui Pauli, Ad Rom. aliqua corrigit. cap.23
Dicta in Epist. Pauli ad Gal. corrigit; cap.24
Corrigit aliqua dicta, in expositione inchoata Epist. ad Rom. c.25
Aliqua corrigit, & aliqua retractat in libro. 83. quęstionū. c.26
Librū de mendacio esse obscurum dicit, nō tñ reliciendū. c.27

Argumenta secundi lib. retrac.

Dicta in diuersis quæstionibus ad Simplicianum corrigit, quas Episcopus composuit; cap.1
Dicta In lib. contra Epist. Manichæi, quam Vocant fundamenti, principia redarguit. cap.2
Dicta aliqua in libro de Agone Christiano corrigit. cap.3
Augustinus se pfecisse libros de doctrina Christiana, agnoscēs Iesum Sirach non fuisse lib. sapientię autorem, testatur, cap.4
Aliqua dicta contra partem Donati corrigit. cap.5
Aliqua dicta in libros confessionum corrigit. cap.6
Aliqua dicta contra Faustum Manichæum declarat; cap.7
Augustinus dicit se disputasse cōtra Felicē Manichęū biduo in Ecclesia, & nihil de libertate ex gra dicisse, qa nō erat opus. c.8
Librū de natura boni dicit se scripsisse aduersus Mānichęos. c.9
Respōdēs Epist. Secūdini Manichęi librū in illū cōposuit. c.10
Librū contra Hilariū Tribunitium se scripsisse testatur. ca.11
Aliqua dicta in quæstionibus euangeliorum corrigit. cap.12
Librum annotationum in Iob, ita inuenit mendosum, quod emendare noluit. cap.13
Aliqua dicta in libro de cathechizandis rudibus corrigit. c.14
Aliqua errata in libris de trinitate retractat. cap.15
Aliqua dicta in libro de consensu Euāgelistarum corrigit. c.16
Aliqua dicta in libro contra Epistolam Parmeniani, Donatistarum Episcopi, corrigit, cap.17
Aliq̄ dicta in libris de baptismo cōtra Donatistas corrigit. c.18
Contra libros quos a Donatistis attulit Centurius, scripsit Augustinus. cap.19
Errata in libro ad inquisitiones Ianuarij corrigit. cap.20
Iussu Aurelij Episcopi Carthaginensis librum, de opere monachorum scripsit. cap.21
Aliqua dicta contra hæresim Iouinianam, in libro de bono coniugali declarat. cap.22

Libru

Librum de sancta virginitate post illum de bono coniugali compositum. cap.23
Aliqua dicta in libris de Gen. ad lit. declarat. cap.24
Contra literas Petiliani tres scripsit libros. cap.25
Contra Cresconium grammaticum Donatistam quatuor scripsit libros. cap.26
Aliqua in libro probationum, & testimoniorum, dicta contra donatistas declarat. cap.27
Aliqua, in libro contra aliquem Donatistā, dicta declarat. c.28
Admonitionem Donatistarum de Maximianistis scripsit. c.29
Ex aliqua disputatiōe habita, librū de diuinatiōe scripsit. c.30
Sex quæstiones contra paganos exposuit ad deo gratias. c.31
Epistolam Iacobi exposuit, quam non diligenter habebat, ex græco interpretatam. cap.32
De peccatorum meritis, & remissione contra Pelagianos scripsit. cap.33
De vnico baptismo contra Petilianum Donatistam librum vnum composuit. cap.34
De Maximianistis contra Donatistas librum cōposuit. cap.35
In de gra noui testamēti ad honoratū, sex soluit quęstiōes. c.36
Aliqua dicta in libro de spiritu, & litera, declarat. ca.37
Vt ostenderet quomodo cum fide debemus habere bona opera, librum de fide, & operibus composuit. cap.38
Breuiculum collationum contra Donatistas composuit. cap.39
Post collationē, alium composuit librū, cōtra Donatistas. c.40
Librum de videndo deo, scripsit ad Paulinum. cap.41
Librum de natura, & gratia scripsit contra Pelagianos, ca.42
Aliqua dicta in lib. de ciuitate dei corrigit. 43
Ad Orosiū contra Priscillianistas, & Origenistas scripsit. c.44
De origine aię, & qūo q deficit in vno omniū est reus. cap.45
Ad emeritum Donatistarum episcopum librum scripsit. cap 46
De gestis Pelagij scripsit libellum. cap.47
De correctione Donatistarum scripsit ad Bonifacium. cap.48
De præsentia dei scripsit ad Dardanum. cap.49
De gratia dei, & de peccato originali contra Pelagianos scripsit, postquam ab ecclesia condemnati fuerunt. ca.50
De gestis cū emerito Donatistarū Episcopo librū scripsit. c. 51
Contra sermonem Arrianorum librum edidit. cap.52
De nuptijs & concupiscentia ad Valerium comitem, se a Pelagianis defendens librum scripsit. cap.53
In quinque libros Moysi, & in Iesu naue, & iudicum septem libros locutionum scripsit. cap.54
Quæstiones in septem libros suprascriptos edidit. cap.55
De anima, & eius origine ad Victorem, & ad Petrum libros scripsit. cap.56
De adulterinis coniugijs duos libros edidit. cap.57
Cōtra aduersariū legis, & pphetarū duos libros scripsit. c.58
Cōtra gaudētiū Donatistarū Episcopum librum cōposuit. c.59

De mendacio contra Priscillianistas librum scripsit. cap.60
Contra duas Pelagianorum Epistolas librum scripsit ad Bonifacium Romanæ ecclesiæ Episcopum, cap.61
In sex libris contra Iulianum scriptis aliqua retractat, cap.62
Enchiridion de fide spe, & charitate scripsit. cap.63
Librum de cura agenda pro mortuis ediderit. cap.64
Librum scripsit de octo Dulcitij quæstionibus cap.65
Librum de gratia & libero arbitrio ad Valentinum scripsit, propter dicentes gratiam secundum merita nostra dari. cap.66
Librum edidit de correptione & gratia. cap.67

ARGVMENTVM PROLOGI IN SEX libros Hypognosticon, contra Pelagianos, & Cœlestianos.

AVGVSTINVS inquantum dominus illum sua gratia dignatus fuerit instruere, promittit, velle respondere peruersis dogmatibus Pelagianorum, quorum blasphemia, & auaritia vaticinata fuit a sanctis.

Argumentum primi lib. Hypognosticon, contra Pelagianos, & Celestianos:

Primum dogma Pelagianum, quod Adam siue peccasset, siue non peccasset, moriturum fuisset, authoritatibus sacris, & rationibus, destruit Aug.

Argumentum.2. lib. Hypognosticon.

Secundum dogma Pelagianum, quod peccatum Adę neminem nocuit, nisi solum ipsum authoritatibus, & rationibus destruit Augustinus.

Argumentum.3. lib. Hypognosticon.

Tertium Pelagianorum dogma, quod homo per liberum arbitrium possit, tanquam per se sibi sufficientem, implere quod velit, vel etiam meritis operum a deo gratiam vnicuique dari, authoritatibus, & rationibus destruit Augustinus.

Argumentum.4. lib. Hypognosticon.

Quartũ Pelagianorũ dogma, quod libido naturale sit bonũ, in quo nihil est, quod pudeat, authoritatibus, & rationibus destruit.

Argumentum.5. lib. Hypognosticon.

Quintum Pelagianorum dogma, quod paruuli non trahũt originale peccatũ, & qđ non perirent a vita æterna, si sine baptismo ex hac vita migrarent authoritatibus, & rationibus destruit.

Argumentum lib.6. Hypognosticon.

Augustinus, vt calũnia quã Pelagiani illi obijciebãt reuincere tur, imo refutaret, & si latius de gratia, & lib. arb. supra disputauerit, his nõ nihil addere huic operi oportunũ se velle dicit.

ARGVMENTA PRIMI LIB. CONTRA duas Pelagianorum epistо.

AVGVSTINVS hos libros Bonifacio dirigit, nõ vt discat, sed vt illos examinet. cap.1

Respondet Iuliano de libero arbitrio proloquenti, ostendens quod bene viuendi potestas, est ex deo. cap.2

Homo non necessitate sed libera voluntate peccat, bonum vero agit dei gratia. cap.3

Pelagius anathematizauit sua dicta, sed ficte, in concilio Palæstino. cap.4

Augustinus defendit se a Iuliano, qui ei imponebat, quod nuptias negabat, quod falsum erat. cap.5

Adulti & paruuli sunt in potestate tenebrarum, ante Christi liberatoris auxilium: cap.6

Patres veteris instrumenti opus habuerunt Christi sanguine, contra Pelagianos: cap.7

Paulus de se loquitur, quod aliquando sine lege vixit, sed adueniente lege, est mortuus, quia effectus est, præcepti capax, sed non efficax. cap.8

Non timore, sed libera voluntate bene faciendum. cap.9

Paulus quomodo carnalis, & a lege carnis captiuatus. ca.10

False calumniantur Pelagiani apostolos, dicentes illos semper immoderata libidine fuisse pollutos, gemebãt tamen de concupiscentia carnis, quam attamen moderando frænabant: ca.11

Falso Iulianus imponit Augustino, quod dixerit Christum nõ fuisse immunem a peccato. cap.12

False asserunt Pelagiani, peccata in baptismo radi, quia destruuntur, & si concupiscentia remaneat, de qua non dicitur, dimitte nobis debita nostra, quia non est peccatum, nisi quia ex peccato facta est. cap.13

Concupiscentia parit peccata, & crimina, attamen sine crimine esse potest baptizatus, sed non sine peccato. cap.14

Motus genitalium, vt nihil habet pudendum, a deo est institutus, ex peccato vero fuit, quod folia consuerunt ficus, cap.15

Nonos aut manus, post peccatum primi parentes velarunt, sed pudenda, quia in deum peccarunt, a quo generandorum filiorum obtinuerunt potestatem, cap.16

In paradiso añ peccatũ fuisset cõcubitus, absque libidine. c. 17

Homo ex se malum agit, bonum vero sine dei gratia agere non potest. cap. 18

Nullis bonis meritis præcedentibus, sed malis, deus ex nolentibus, facit credere volentes. cap.19

Deus in cordibus hominum operatur velle, quod patet exemplo Asueri, erga reginam Hæster. cap.20

Patres veteris instrumenti ex fide saluati. cap.21

Absque babtismo, & acceptione corporis, & sanguinis domini, paruulis non datur locus salutis. cap. 22

Gratia non merito redditur, sed gratis donatur. cap.23

ARGVMENTA LIB. II. CONTRA duas Pelagianorum epistolas.

PELAGIANI contradicendo Manichæis bene faciunt, sed & ipsi damnandi sunt. cap.1

Dogmata Pelagianorũ, dogmatibus Manichæorũ opponunt, & ecõtra, illa attamen omnia damnat sancta mater ecclesia. ca.2

Cœlestius falso imponit papæ Zozimo, quod pueri sine originali peccato nascantur, & quod cum Pelagianis leniter actum est. cap.3
Pelagiani de libero arbitrio, & de baptismo paruulorum, ab Innocentio papa, damnati fuerunt. cap.4
Augustinus gratiam non fatum, sed dei misericordiam ac bonitatem, dicit, quæ nullis præcedentibus meritis datur. cap.5
Augustinus non se, sed Pelagianos, fatidicos probat. cap.6
Et si deus vni donat peccata, & alteri nō donat, non tū debet dici acceptator personarū, vt exemplis, & rationibus probat. c.7
Homo non potest aliquid boni cogitare, cupere, seu incipere operari, vel perficere, sine dei adiutorio. cap.8
Propositū hoīs bonum, eiusque studiū dei gratia efficiunt. c.9
Nihil a deo præcipitur, quod ab illo non donetur. cap.10

ARGVMENTA LIB. III. CONtra duas Pelagianorum epistolas.

DVOS præcedentes libros cum isto tertio vnit. cap.1
Lex data, vt quod vult deus audiatur a nobis gratia vero, vt lex impleatur. cap.2
Filij dei donec sunt in via, & filij seculi dicunt, & si in baptismo ab omni peccato sint liberati, qa in eis remansit cōcupiscētiæ infirmitas, in patria autē nō amplius filij seculi dicentur. cap.3
Patres veteris testamenti, qui fuerunt ante Abraam, fuerūt vti sequentes sancti filij promissionis, & hæredes dei, & cohæredes Christi, & si vetus testamentum lex Moysi dicatur, quia prius scriptis reuelata, & ad veterem hominem spectat. cap.4
Non ex operum, sed ex fidei lege, pij ab impijs discernunt. ca.5
Christus non habuit carnem peccati, sed similem. cap.6
Iustitia viæ non equatur iustitiæ patriæ. cap.7
Non in nobis, sed in domino est laus nostra. cap.8
Catholica fides, Manichæos, & Pelagianos aduersarios inuenit. cap.9
Pelagianorum falsa de anima opinio. cap.10

ARGVMENTA LIB. IIII. CONtra duas Pelagianorum epistolas.

DICTIS suis aliqua addiderunt Pelagiani, quæ in isto. 4. lib. impugnat Augustinus. cap.1
Pelagiana dogmata patefacit Augustinus. cap.2
Pelagianorum, & Manichæorum insidias vitare debemus. c.3
Manichæorum & Pelagianorum errores destruit Augustinus, quo ad inquinationē aīę, & quomodo in posteros remaneat. c.4
Non laudanda lex contra gratiam, vt Pelagiani in Manichæos faciunt, quia cognitio legis facit præuaricatorem, gratia vero legis factorem. cap.5
Pelagiani ita aduersus Manichæos laudant lib. arbit. vt gratię destruant largitorem. cap.6
Omnes hic in vita peccatores sumus, contra Pelagianos dicentes, homines post baptismum peccare non posse, cum omnes sancti dicant, dimitte nobis debita nostra. cap.7
Omne peccatum, originale, & actuale in baptismo deleret. c.8
Totum ex deo, & nihil nostrum, in Pelagianos authoritatibus diui Cypriani probat. cap.9
In via nullus sine peccato, vt in Pelagianos authoritatibus sacræ scripturę, & diui Cypriani probat. cap.10
In paruulis est originale peccatum, & in adultis actuale, nisi a deo liberentur, a quo omne bonū, vt authoritatibus diui Ambrosij probat. cap.11
Dogmata Pelagiana, ex diuo Cypriano martyre, & ex diuo Ambrosio damnantur. cap.12

ARGVMENTA LIB. DE SPIRItu, & litera.

NEMO est assecutus perfectionem iustitię in hac vita, nisi, Christus, qui ab omni peccato fuit immunis, quod in alijs non est factum, & si diutnę potentiæ factibile sit. cap.1
Quod homo sine peccato viuat, & bonum operetur est munus diuinum. cap.2
Diuinitus humana adiuuatur voluntas, quia ex se tantum ad peccandum valet. cap.3
Non ad literam intelligendum, litera enim occidit, spiritus autem viuificat. cap.4
Non est figurata locutio, illa apost. litera occidit, sed de lege prohibente, quod malum est, intelligitur. cap.5
Lex intrauit, vt abundaret delictum, non peccantis merito, sed subuenientis auxilio. cap.6
Non fumus iusti nisi ex deo, qui vt ex Saulo Paulum, sic nos gratis ax iniustis iustos facit. cap.7
De iustitia legis apud homines possumus gloriari, sed nō semper apud deum, qui cordium est inspector, & scit an timore, vel amore illam seruemus. cap.8
Lex superbos humiliat, gratia vero humiliatos iustificat, & nō sine nostra voluntate, quæ per legem ostenditur. infirma, & per gratiam sanatur. cap.9
Iustus lege bona legitime vtitur, & si ei lex non sit posita. c.10
Anima agere debet gratias deo, a quo iustificatur. cap.11
Sicut cognitio dei contemptoribus, ita cognitio legis præuaricatoribus non prodest. cap.12
Homo non iustificatur præceptis bonæ vitę, sed per fidem Iesu Christi, non litera, sed spiritu: non factorum meritis, sed gratuita gratia. cap.13
Non tantum ceremonialia, sed & moralia, dicuntur litera occidens, nisi gratia per legem fidei, quę est in Christo Iesu adiuuet. cap.14
Gratia in veteri testamento velata manebat, quæ in Christo Iesu reuelata est. cap.15
Delectatio peccati spiritu dei aufertur, & vbi non est, peccare

Universidad de Pa... Biblio...

care delectat. cap.16
Lex factorum in tabulis data iniustos terret, sed lex fidei in corde per spiritum viuificat, & iustificat recipientem. cap.17
Lex vetus est ministratio mortis, & noua iustitiæ. cap.18
Christiani iustificationem fateantur ex deo, a quo data fuit lex vt gratia quæreretur, & data gratia vt lex impleatur, cum differentia veteris ac noui testamenti. cap.19
Lex vetus in tabulis lapideis, & noua in carneis scripta fuit, & vnde illa vetus, & hæc noua nuncupatur. cap.20
Lex vetus temporalia, & noua æterna respicit promissa. ca.22
Vita æterna est videre deum facie ad faciem. cap.22
Vita præsens est ad instar vitæ paruulorum: æterna vero est virorum perfectorum. cap.23
Merces perpetua filijs promissionis reddetur, non ex propriis operibus, sed ex beneficio dei, qui nos ex lege fidei iustificat. cap. 24
Deus in nobis velle, & operari operatur, non forinsecus, sed intrinsecus diffundendo charitatem in cordibus nostris. cap.25
Gentes duce natura deum agnoscunt, sed Christiani ex lege scripta in cordibus suis, quorum opera non præcedunt iustificationem, sed sequuntur. cap.26
Natura non negat gratiam, sed gratia naturam reparat, qua ducti gentiles aliqua bona opera fecerunt, quę in genere morum videntur laudanda, attamen si finem discutimus, vituperanda sunt. cap.27
Imago dei non penitus fuit deleta in gentibus per vetustatem, sed tantum id, quod per gratiam Christi renouatur. cap.28
Omne bonum nostrum est ex deo, quem ex lege timemus, & ex gratia amamus. cap.29
Sicut lex per fidem, ita liberum arbitrium per gratiam nō euacuatur, sed statuitur. cap.30
Fides duplex, sed illa qua iustificamur, in nostra non est potestate, cum dei sit donum. cap.31
Fides quam commendat Apostolus, facit ꝙ non timore, sed amore operamur. cap.32
Voluntas qua credimus, non est ex nobis, sed dei est donum. cap.33
Quod alius consentiat & alius non consentiat, diuino committit iudicio. cap.34
Gratia dei, & libero arbitrio fieri potest, quod homo in hac vita sine peccato sit, & si in facto esse talis hō non reperiatur. c.35
Non hic, sed in patria perfecte diligemus deum. cap.36

Argumenta lib. de pastoribus.

Mali pastores non oues sed seipsos pascere cogitant, qui quidem debitas luent pœnas. cap.1
Mali pastores tantum sua querūt, boni vero comodū gregis anelant, & si aliquid a discipulis accipiunt illud non vt euangelij præciū, sed vt necessitatis alimentū, & charitatis fructum. cap.2

Mali

Mali pastores lanis populi teguntur hoc est proprium quærunt honorem, Nec de mala vita gregis curant, boni vero honorem & gloriam Christi querētes fidem, & fidei bona opera ex grege Christi ad Christi gloriam requirunt. cap.3
Mali pastores quantum in se est Non Sulum debiles, sed & fortes Necarent oues, fortes attamen non necant quia hę non ipsum malum pastorem, sed Christum suum pastorem & seruatorem respiciunt. cap.4
Mali pastores temporalia prospera promittunt ouibus, boni vero pastores illis in hac vita tātum aduersa, & prospera in ęterna vita pollicentur. cap.5
Mali pastores tentatas & tribulatas oues non consolantur, at boni id agunt, & ad diuini auxilij spem illarum oculos dirigunt. cap.6
Mali pastores oues errantes cernunt, & illas negligunt, at boni vt illas reuocent plurimis periculis & mortibus seipsos exponunt, cap.7
Mali pastores in ouibus proprium querētes honorem ab ouibus adorari optant, boni vero honorem & gloriam dei quærētes se adorari non permittunt, sed vt deum adorent illas hortantur. cap.8
Negligens pastor puniendus, solicitus & si oues illum non audierint laudandus. Nam ꝙ suum erat fecit. tract.9
Mali pastores de errantibus ouibus ab ipsis ꝙ non reuocatis rationem reddent & oues punientur quę illorum mala facta, seu verba sequuntur, cap.10
Errante pastore bonis ouibus non deest pastor (nempe Christus) qui illas seruat. cap.11
Boni pastores nō desunt ouibus, qui in vnitate (cuius typum gestabat Petrus) oues pascunt. cap.12
Authoritatibus sacris Ecclesiam vbique per totum terrarum orbem diffusam probat. cap.15
Ecclesiam Christi non tantum in africa, sed vbique in toto orbe terrarum diffusam ex canticis canticorum probat. cap.16
Ecclesiam non tantum esse in africa contra donatistas, Illorum destruens fundamentum probat. cap.17

Argumenta libri de Ouibus.

Deus nos homines fecit, & oues pascuæ suę nosipsos fecit. c.1
Letandum quia sumus oues dei non solum quia nos pascit, sed quia & nos fecit. cap.2
Audiamus vocem pastoris, quia postea sententiam discretiōis & ęterne damnationis depromet. cap.3
Christus modo tacet quia impios a fidelibus ouibus non diuidit, sed nou tacebit, Nam in fine illos separabit. cap.4
Mali christiani cum fidelibus ouibus tolerandi in ecclesia vsq; ad tempus messis, & tunc tempus erit separationis. cap.5
Si optamus vt nobis deus ignoscat, & nos peccata inimicis condonemus, ac sic deo preces mittamus vt nostrum sibi cor faciat.

habitaculum

Universidad de Puerto Rico

habitaculum. cap.6
Coram deo & hominibus agamus bona. cap.7
Conscientiam ita habeamus bonam quod & proximo, non propter nos, sed ad dei laudem, & proximi vtilitatem bona opera manifestemus. cap.8
Deus agnoscit suos, & alienos, & in fine illos discernit. cap.9
Christus oues suas pascit, cum ipse nobis promissus sit pastor dauid. cap.10
Christus ita est pastor noster q̃ etiã est deus noster, & vt deus & homo inter deum & homines est mediator. cap.11
Christus fecit vtraque vnum, ob id non diuidatur. cap.12
In Christo qui est in medio nostrum sperare debemus. cap. 13
Hæretici, in fideles non prævalebunt, quia ipsi in radice vnitatis Christo permanent. cap.14
Deus nos vt agrum suum colit, & nos illum deum nostrum dicimus, & sic illum colimus. cap.15

ARGVMENTA LIB. DECORREptione, & gratia.

HORTATVR Augustinus Valentinum, & eius socios ad pluries legendum librum de gratia, & libero arbitrio, vt agnoscant, q̃ malum ex libero arbitrio, bonũ vero ex dei gratia oritur. cap.1
Gratia est qua liberamur a malis, & sine qua, siue cogitando, siue volendo, & amando, siue agendo, nullum facimus bonum, & illa fauente cum dilectione operamur. quod si non facimus, oremus, vt facere possimus. cap.2
Danda sunt præcepta, vt seruentur ab hominibus, & non seruantes corripiendi sunt, orandum q̃ est, vt omnes illa seruare possint, vt exemplo Pauli apost. probat. cap.3
Obiectio illorum, qui contra apostolicam doctrinam nolunt corripi, pro quibus a fratribus orandum. cap.4
Augustinus nolentibus corripi respondit illos arguens, & ipsius correptionis vtilitatem patefacit. cap.5
Corripienda est origo nostra damnabilis, vt inde voluntas regenerationis oriatur a deo, a quo iustificamur, & donum perseuerantiæ accipimus. cap.6
Qui bono non perseuerant sunt corripiendi, qui vero perseuerant electi sunt, ac vocati vocatione secundum propositum, de quorum numero, nec vnus perire potest, qui vero non perseuerant & si iuditio humano aliquando dicantur electi, diuino tamẽ iuditio, nunquam electi fuerunt. cap.7
Cur deus aliquibus fidẽ, & charitatem, cum perseuerantia vsq; in finem dederit, & aliquibus nõ dederit, determinare non possumus, sed tantum dicere, o altitudo diuitiarum. cap.8
Deus filijs promissionis, perseuerantiam vsq; in finem donat quibus omnia, etiam & peccata cooperantur in bonum. cap.9
Filij promissionis sunt corripiendi, nam correptio illis in bonum cooperatur, angeli vero, & Adam, in bono non perseuerarunt, quia a deo perseuerantiam non acceperunt. cap.10
Maior gratia in sanctis per Christum, quam in Adam, qui habuit posse non peccare, posse non mori, & posse non deserere deũ sed sancti in patria non possunt peccare, nec mori, nec deserere deum. cap.11
Multa dona habuit Adam, & maxime perseuerare, si vellet, sed sanctis, quia hic in via in multis versantur tribulationibus, datum est posse perseuerare, & velle, quod si non haberent, a bonitate dei caderent. cap.12
Prædestinatorum numerus certus, & non augendus, nec minuendus, quibus misericordia præstabitur, pro operibus gratiæ, peccatores vero corripiendi sunt, quia illorum ignoratur exitus. cap.13
Deus magis habet voluntates hominum in sua potestate, q̃ ipsi suas, ideo q̃ vult, & vbi vult quod vult de ipsis facit. c.14
Corripiendi inferiores a superioribus, vt filij pacis efficiantur. cap.15
Prælati subditos corripiant orantes deum, vt correptionem fructuosam faciat, quia nec correptio gratiam, nec gratia correptionem prohibet. cap.16

Argumenta lib. de prede. & gratia.

Etiã si aliqua in scripturis sint occulta, non tñ ob id iniustus deus, nec meritorũ cõfusor nec ifirmus, sed q̃cq̃d vult facit. c.1
De diuina sapiẽtia, nõ est lege humãæ vanitatis disputãdũ. c.2
Deus debitas pœnas, aut iuste reddit, aut misericorditer donat, quem tamen nullus iniustitiæ arguere potest. cap.3
Deus negatiue, duritiam, cæcitatem, & expulsionem, in homine operatur. cap.4
Deus incommutabiliter præsciuit faciẽdos, quos ipse facturus erat eligendos. cap.5
Nulla in deo est iniustitia, etsi perditione aliquorum, ad aliorum salutem vtatur. cap.6
Electio non est ex præteritis, aut futuris operibus, sed ex sola dei voluntate. cap.7
Non ex meritis, sed sola dei voluntate iustificamur a periculisque liberamur. cap.8
Liberum arbitriũ sine dei adiutorio, nihil valet ad salutẽ. ca.9
Distributio donorum spiritualium, non ex meritis, sed sola dei largientis gratia fit. cap.10
Deus in nobis, non tantũ velle, sed & perficere operatur. c. 11
A contradictione carnis, tantum spiritu dei liberamur. cap.12
Christus in carne, nos a debito liberauit. cap.13
Deus iustus, & misericors. cap.14
Præscientia dei non cogit homines, & de reprobatione Pharaonis, & acceptione pœnitentiæ Nabuchodonosor. cap.15
Deus iniustitiæ argui non potest. cap.16

Epistolæ Prosperi de reliquijs Pelagianæ hæreseos, Argumentum.

Prosper

Universidad de Navarra Biblioteca

Prosper ab Augustino petit declarationem aliquorum dogmatum, contra Pelagianos, iuxta propriam, & Hilarij sententiam Epistolæ Hilarij ad Aug. argumentum.

Hilarius ab Augustino aliquorum dictorum eius declarationē optat, cum a Pelagianis impugnata, ac paruipensa essent.

Argumenta lib. de prædest. sanctorum.

Augustinus Prospero, & Hilario respondet Pelagianorum errorem de prædestinatione impugnans, ac paruipendens, veritatemq; magnificiens. cap.1

Fides, & augmentum eius, dona sunt dei, vt authoritatibus sacris probat. cap.2

Augustinus fatetur se erasse, putans fidem in nobis ex nobis, quod retractat, & multa de electione depromit. cap.3

Initium fidei non est ex nobis, quia nihil habemus, nisi quod accepimus. cap.4

Credere & operari, non ex nobis, sed ex gratia dei. cap.5

Viæ domini, quibus gratis liberat, & iuste iudicat inuestigabiles sunt. cap.6

Fides ab operibus distinguitur, vt Israel a Iuda, ob id vtrunq; dei donum, quam ob rem quicquid operatus est Cornelius Centurio, antequam crederet, & post, totum deo tribuendum. cap.7

Fide fideles ad Christum veniunt, trahente patre. cap.8

Fides inchoata, & perfecta dei est donum, & quare Christus post longa tempora natus. cap.9

Prædestinatio est gratiæ præparatio, & gratia est effectus prædestinationis. cap.10

Deus præcepit, & facit, quod facimus diuina præcepta. cap.11

Deus paruulis per baptismum peccata donat. cap.12

Deus non punit, nec præmiat futura opera, contra Pelagianos. cap.13

Gratia non secundum merita nostra datur, & si aliqui falsè exponant illam authoritatem, raptus est ne malitia immutaret cor eius. cap.14

Sicut Christus vt esset caput nostrum prædestinatus est, non ex operibus sed ex gratia, sic nos vt eius simus membra, prædestinati sumus. cap.15

Alij ad claudicationem, alij vero ad benedictionem pertinent Israel, sed qui ad benedictionem ex sola gratia id habent, nam si ne pœnitentia, sunt dona & vocatio dei. cap.16

Deus nos elegit ante mundi constitutionem, non quia eum elegimus, sed vt illum eligamus. cap.17

Deus non ex operibus, sed ex sola gratia nos elegit. cap.18

Gratia dei eligimur, contra Pelagianos, cap.19

Deus ostium aperit, quod initium fidei dicitur. cap.20

Initium fidei ex deo, vt declarauit Augustinus in isto libro de prædest. sanctorum. cap.21

Argumenta secundi libri de bono perseuerantiæ.

Perseuerantia

Perseuerantia perseueratur vsque in finem huius vitæ, quę vere dei est donum. cap.1

Perseuerantia est donum dei, vt ratione & authoritatibus probat. cap.2

Sancti homines non æquantur angelis, ob id orant, vt deus illis donet bonum perseuerantię. cap.3

Sancti perseuerantiam petunt vsque in finem. cap.4

Error est Pelagianorum, homines iustos hic sine peccato esse, & fuit ab ecclesia hic error condemnatus. cap.5

Quando in oratione dominica dicimus ne nos inferas in tentationem, a deo petimus perseuerantię donum, cui totum tribuere turius est, quam ei ex parte, & nobis ex parte. cap.6

Accedere ad deum, & non recedere ab ipso, donū eius est. c.7

Aliqui a deo recedunt, quia non erant de electis, & secundum propositum vocatis. cap.8

Deus non propter fienda, sed propter facta peccata, punit. c.9

Erronea fuit expositio aliquorum, de damnatione Tyriorum & Sidoniorum. cap.10

Errabant Manichæi dicentes, nouum testamētum corruptum & duo principia quorum vnum, bonorum, reliquum vero malorum. cap.11

Deus non fato, nec ex acceptione personarum, sed sola sua voluntate, saluat, seu damnat. cap.12

Deo totum dare debemus, cum cor nostrum non sit in potestate nostra. cap.13

Deus aures audiendi, & cor intelligendi nobis tribuit, cap.14

Quos deus bonos, vel malos p̄sciuit, boni vel mali erūt. c.15

Vtile est verum tacere propter incapaces, si non obest intelligentibus. cap.16

Fides, perseuerantia, & bene operari dona sunt dei. cap.17

Præscientia pro prædestinatione in scripturis multotiens ponitur. cap.18

Totum ex deo, vt authoritate Cypriani martyris, Ambrosij, & Gregorij Nazanzeni probat. cap.19

Prędestinatio prædicanda est, vt qui habēt aures audiendi audiant. cap.20

Non secundum merita, sed gratis gratia datur, vt ab initio sui episcopatus agnouit Augustinus. cap.21

Deus vult, q̄p pro inimicis fidei oremus, vt agnoscamus illum ex nolentibus, volentes facere. cap.22

Spiritus sanctus nos orare, ac gemere facit. cap.23

Christus est prędestinationis clarissimum exēplum, quo agnoscimus quomodo absque meritis, ex sola gratia predestinamur. cap.24.

Argumentum responsionum Prosperi ad excerpta Ianuensium.

Prosper nouem dubia, ex libris diui aurelij Augustini de prædestinatione sanctorum, & de bono perseuerantiæ excerpta &

ad

ad illum missa, soluit, & Augustini mentem aperit, atq; declarat.

Argumenta lib. de prædestinatione dei.

De prædestinatione loqui est ex deo. cap. 1
Prædestinatio multiplex. cap. 2
Peccatum fuit causa conditionalis prædestinationis & mortis. cap. 3
Mala pœnæ ita mala sunt, quod & bona dicuntur, ob id ex deo sunt. cap. 4
De triplici vita & morte, & quod ex futura fide, nos elegerit deus. cap. 5

Finis argumentorum huius tertij Tomi.

INDEX EORVM,

QVAE IN HOC TERTIO TOMO CONTINENTVR.

A

ABRAAM credidit filium sibi per resurrectionem reddendum, si illum occidisset. char. 57
Vbi Abundauit delictum superabundat gratia, non peccantis merito, sed subuenientis auxilio. 235
Acceptio personarum ibi recte dicitur, vbi ille, qui iudicat relinquens causæ meritum, de qua iudicat, alteri contra alterum suffragatur. 172. & 352
Adæ peccatum in nobis, non vitium naturæ, sed imitationis dixerunt Pelagiani, quod impugnat Augustinus. 83
Adæ peccatum omnes trahimus non morum imitatione, sed seminis conceptione. 84
Adæ peccatum solum ipsum nocuit, inquiunt Pelagiani, quod destruit Augustinus. 81
Adam si non peccasset vita frueretur æterna sine morte. 77
Adam rectus creatus, sed non cum dono perseuerantiæ. 338
Adam ante peccatum nõ opus habebat Christi sanguine. 340
Adã accepit posse si vellet, sed nõ habuit velle qđ posset 342
Adam potuit non peccare, non mori, & non deserere deum, sed non possumus dicere, non potuit mori, non potuit peccare, & nõ potuit deserere deum. 342
Adæ data fuit potestas perseuerandi si vellet, sed sanctis datum est posse perseuerare & velle. 345
Adam credendo diabolo non credidit deo, & cum spiritu superbiæ inebriatus esset, discessit a domino cor eius, & factus est seruus apostatæ, dum liber vult esse iustitiæ. 454
Adam, & Eua creati fuerunt cum oculis apertis ad intuendum opera domini, sed clausi erant ignorantia mali. 110
Adam & Eua, non confundebantur, hoc est, nullis ad peccandum stimulis vrgebantur: in voluntate enim eorum creatus erat, licitus genitalium vsus, ad gignendos filios, & non in voluptate luxuriæ, vt post peccatum. 109
Adam & Eua, pudenda foliis fici texerunt, propter quendam pruritum libidinis turpem, ex peccato causatum. 110
Adam & Eua, sic fuerunt creati vitales, quod si contempsissent seductionem mortiferam, vitæ frueretur æterna, si vero secuti essent, amitterent, 74
Adam & Eua vnus homo, quia vna erant caro. 82

In Adam imago dei post peccatum non penitus est deleta, sed facta tam deformis, vt opus haberet reformatione. 57. & 259
Adam ita peccato depressus, vt etiam peccare nolentem, sicut venenum serpentis trahit ad mortem, peccare, id est malum velle incitaret inuitum: hinc peccator, hinc viriatus, vitiosusque factus, & dictus est, hinc priuationem meruit vitæ. 109
Adam primitus perdidit fidem, quam omnes, quia primam potuimus emittere, primam habemus recipere. 454
Adam potuit per liberum arbitrium, implere quod voluit. 84
Adam per velle malum recte perdidit posse bonum, qui per posse bonum potuit vincere velle malum. 87
Adam quando peccauit, non in parte aliqua, sed tota qua conditus est, natura deliquit. 89
Adam siue peccasset, siue nõ peccasset moriturus erat, vt inquiunt Pelagiani, sed hoc hæreticũ dogma destruit Augustinus. 74
Adiutoriũ duplex sine quo nõ fit aliqd, & quo aliquid fit. 343
Agimur spiritu vt agamus, & non vt nihil agamus. 324
Amicitia examore dicitur, quæ nusquam, nisi in Christo est fidelis. 147
Animæ hominum, an omnes simul fuerint creatæ, vel quando infunduntur creentur, se inquit nescire Augustinus. 4
Anima in patria, ita erit, vt numeris corporalibus non auertatur a contemplatione sapientiæ. 19
Apostolus Paulus suis epistolis, nihil aliud quærit, nisi vt humilietur homo, & exaltetur DEVS. 386
Apostoli nõ necessitate, sed ex sibi concessa potestate, ex Euãgelio viuere potuerunt. 276
Arbitrium dicitur ab arbitrando rationali consideratione. 87
Ardor charitatis in hac vita nasci, & crescere potest perficere vero propter quod nascitur, vt nullum insit homini vitium, hîc non potest. 10
Audiunt & faciunt quibus datum est, quibus vero non est datum, siue audiant, siue non audiant, non faciunt. 432
Augustinus disputauit de gratia contra Pelagianos, antequam esset hæresis Pelagiana. 15
Augustinus non debet reprehẽdi, si sua reprehendit errata. 1
Augustinus vult neminem sua dicta sequi, nisi in ijs quibus illum non errare prospexerint. 446
Augustinus vult notare, quæ illum in omnibus suis libris offendunt. 1
Aures ad audiendum, & cor ad intelligendum, nobis a deo data sunt, & aures audiendi, ipsum est donum obediendi. 431

B

Baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorum nec auferre crimina, sed radere, vt omnium peccatorum, radices in mala carne teneantur dicebant Pelagiani, quod destruit Augustinus. 154

Baptismo subuenit deus aliquando filijs infidelium, & non subuenit filijs fidelium. 427
Baptismus Christi opus est trinitatis. 130
Baptismus abluit peccata omnia factorum, dictorum, cogitatorum, siue originalia, siue addita, siue quæ ignoranter, siue quæ scienter admissa sunt, sed non aufert infirmitatem, cui regeneratus resistit, quando bonum agonem luctatur. 182
Babtizantur aliqui sine crimine, sed nullus sine peccato. 155
Baptizantur pueruli in remissionem peccatorum, & non tantum in adoptionem peccatorum, vt Pelagiani asserunt. 253
Baptizati propter concupiscentiam non dicunt, dimitte nobis debita nostra. 155
Non baptizatus, parti gehennæ est mancipatus. 10
Benedictio dulcedinis ipsius dei, est gratia dei, qua fit in nobis vt nos delectet, & cupiamus, hoc est, amemus, quod præcipit nobis: in qua si nos non præuenit deus, non solum, non perficitur, sed nec inchoatur ex nobis. 178
Blasphemia est, de iustitia dei lege humanæ iustitiæ disputare, quæ profecto si iustitiæ dei aduersatur, iniusta est. 351
Bona opera sunt secuta nativitatem Christi, & illam non meruerunt. 341
Bonitas dei tam potens est, vt bene vtatur etiam malis, & in eis faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quoniam quod ab iræ vasis exigit iustitia punientis, hoc vasis misericordiæ dimittit gratia liberantis. 172
Ad bonitatem dei magis pertinet, de malis benefacere, quam mala esse non sinere. 338

C

Caro concupiscit aduersus spiritum, & in homine existente sub lege, & in homine existente sub gratia. 84
Ceremoniæ a carendo dictæ. 6
Charitas dei diffunditur in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos, sicut iustitia dei, qua iusti eius munere efficimur, & domini salus, qua nos saluos facit, & fides Iesu Christi, qua nos fideles facit. 267
Charitas, & fides sunt dei dona. 40
Christianus ea gratia fit, qua caput eius Christus factus est. 399
Christiani tenentur obseruare præcepta decalogi, excepta sabbati obseruatione carnali, quæ spiritualem sanctificationem, quietemque significat. 186
Sine Christo nemo hominum poterit in deum credere, vel adipisci salutem. 108
Qui Christum fecit iustum, qui nunquam fuit iniustus, absque vllo propriæ voluntatis merito, ille ex iniustis iustos facit, absque propriæ voluntatis merito. 451
Christus abstulit cerimonialia, sed non moralia. 186
Christus auersos a se gratuita gratia sua conuertit ad se, & vt

deo placeant, operibus bonis operatur in eis velle, & posse, 88
Christus dictus est peccatum, vel quia caro eius similis erat carni peccati, vel quia hostia erat pro peccato. 191
Christus fecit Lazarum, vt ostenderet, quod quos deus vitales fecerat, diabolus per culpam mortales fecit. 78
Christus gratiæ gratuitæ largitate nos a peccato, & morte redemit. 85
Christus homo liberator factus est hominum. 394
Christus solus absque semine ex virgine factus est homo, & expers delicti natus est deus, & homo. 82
Christus solus factus est hominis filius, vt nos per illum filij dei fieremus, ita pro nobis suscepit sine malis meritis pœnam, vt nos per illum, sine bonis meritis consequamur gratiam. 206
Christus soluit, quod non debebat, vt nos a debito, & cautione, & vsuris liberaret. 123
Christus sua misericordia, quibus vult subuenire etiam nolẽtibus subuenit, & iuste qbus nõ vult subuenire non subnenit. 424
Christus venit in iuuentute, & in senecta generis humani. 44
Christus voluit apparere, & predicari doctrinam suam, quãdo & vbi sciebat esse, qui in eum fuerant crediturí. 374. & 391
Christus, vt inimicam mortem, & eius matrem peccatum vinceret, hominem suscepit. 75
Christus cum iudicio oues suas discernit. 290
Christus petro curam gregis commitens vnitatem ecclesiæ commendauit. 291
Christus modo tacet, sed in iudicio non tacebit. 302
Christus fecit vtraque vnum. 316
Xpi vtagrũ nos colit, & nos vt deũ illũ colimus. 320. & 321
Christus effectus est filius dei nullis præcedentibus meritis, vt caput membris exemplum prædestinationis tribueret. 340
Christus dedit discipulis iustitiam ac in illa perseuerantiam. 343
Christiani in peccatis viuere non debent, cum illis mortui sint. 278
Christiana firmitas bona oꝑatur, & mala patiẽter tolerat. 282
Quod Cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis, & vtrunque non est sine delectatione carnali, quæ tamen modificata, & temperantiæ refrenante, in vsum naturalem redacta, libido esse non potest. 57
Circũcisio erat figura baptismi, & dominicę resurrectionis. 127
Circuncisionem cordis dicit Paulus, puram ab omni illicita cõcupiscentia voluntatem, quod non fit litera docente, & minante, sed spiritu adiuuante, atque sanante. 237
Ad Claudicationem alij, alij autem ad benedictionem pertinẽt Israel. 402
Credere est consentire, verum esse quod dicitur, & hoc ex deo in nobis. 267
Crederenihil aliud est, nisi cum assensione cogitare. 380

Credere,

Credere, putabat prius Augustinus, quod esset ex nobis, in nobis, sed postea suum agnoscens errorem illum retractauit. 382
Credere vel non credere, non est in arbitrio voluntatis humanæ, sed in electis præparatur voluntas a domino. 287
Quisquis crediderit deo, habebit ex eius gratia opera bona, & postea vitam æternam. 269
Cogitare minus quam cupere, cogitamus quippe omne quod cupimus, nec tamen cupimus, omne quod cogitamus, & cogitare absque dei gratia non possumus, quæ bona sunt, quanto minus, nec cupere. 177
Cognationes & affinitates fuissent, etiam originali nullo existente peccato, & sine morte crescret & multiplicaretur genus humanum. 33
Colendum non est, quicquid mortalis corporis vllus sensus attingit. 3
Cognitio dei sicut contemptoribus obest, ita & cognitio legis præuaricatoribus. 245
Cognitio legis facit legis superbum præuaricatorem, per donum autem charitatis, delectae legis esse factorem. 210
Cõparatio quomodo ex peccato Adæ omnes damnamur. 108
Concupiscentia concipit dolorem, parturit peccatum, & generat mortem. 119
Concupiscentia dicitur peccatum, & pœna peccati. 26
Concupiscentia dicitur peccatum, nõ quia sit peccatũ, sed quia peccato facta est vti scriptura alicuius, eius dicitur manus. 153
Concupiscentiæ reatus in baptismate soluitur, sed infirmitas manet. 26
Coniugalis pudicitia ad filios procreandos malo libidinis bene vtitur. 69
Consentire vel dissentire proprie est voluntatis, pro accipere, vel habere, vt seipsum declarat Augustinus in isto cap. & in cap. 3. de prædest. sanct. 271
Corripi nolle est magnum vitium. 324. & 325
Correptio maxime vtilis. 325
Correptio non negligenda, & si deus quos voluerit, etiam nõ correptos faciat esse correptos, vt de petro, & paulo ex sacris literis probat. 326
Corripimur ad iudicium, vel ad misericordiam. 337
Correptio iusta debetur peccatis vel ad medicinam, vel ad tormentum. 348
Continentia est dei donum. 432
Cor nostrũ, & nostrę cogitationes nõ sunt in potestate nra. 226
In Cordibus huminum deus agit quod vult, vel adiuuando, vel iudicando, vt etiam per eos impleatur, quod manus eius, & consilium prædestinauit fieri. 407
Cornelius Cẽturio, sine aliqua fide nõ dõabat, nec orabat. 384
Corpora primorum parentum ante peccatum non habebant

defectum senectutis, nec habebunt post resurrectionem. 21
Corpora resurgentium meliora, quam corpora primorum hominum in paradiso. 19
Corpus humanum habet necessitatem moriẽdi post peccatum, quod non habuit ante. 46

D

DAEMONES an ex aliquibus signis ex corpore cogitantiũ cogitationes agnoscant, aut difficile potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri. 61
Damnamus autoritate diuina opera liberi arbitrij, quæ gratiæ præponuntur. 103
Damnantur hi, quos deus damnandos præsciuit & saluantur, quos in sua electione præscierat saluandos. 364
Debitor non debet creditorem iniquitatis arguere, si alteri donans, ab eo exigit quod debebat. quis igitur in tantam insaniam prophanæ vocis erumpat, vt iniustitiæ deum arguat, si vni indebitam donauerit gratiam, alteri vero reddiderit debitam pœnam? 353. & 354
Debitores nascimur omnes de semine præuaricatoris, ob id ex sola natiuitate damnatio nobis debetur: & si deus aliquibus misericordiam largitur indebitam, non ad dispensatoris iniustitiam, sed ad donantis misericordissimam largitatem, Veritatis ratione referendum est. 352
Decem præcepta a Christiano sunt obseruanda excepta sabbati obseruantia. 245
Deo non est dicendum, quæ est voluntas tua, sed fiat voluntas tua. 88
Non desperandũ de aliquo, & si pessime viuat, donec viuit. 35
Determinatio Innocentij papæ, de libero arbitrio: 168
Determinatio Innocentij papæ de baptismate paruulorũ. 168
Deus aliquorum corda refert ad credendum, oculos illuminat ad videndum, & ad sciendum mysterium regni cœlorum vt saluentur, Aliorum vero obtundit cor, excecat oculos, & claudit aures, ne remissionem accipiant peccatorum. 141
Deus adiuuat Christianos, & non Christianos, vt sint tales, idest vt diligenter & pie quærant, tales autem adiuuat vt inueniant. 21
Deus dicitur indurare illum, quem mollire noluerit, sic etiam excæcare dicitur eum, quem illuminare noluerit, sic etiam repellere eum, quem vocare noluerit, & sic dedit Vt simus, & vt boni esse possimus. 353
Deus eligit faciendos, quos ipse facturus fuerat eligendos. 354
Deus est quædam originalis regio beatitudinis animi. 4
Deus ex præcedenti causa iudicat, miseretur vero malam præueniendo causam. 93
Deus iubet quod non possumus, vt diuinum imploremus auxilium. 112

Deus iustas pœnas, aut iuste reddit, aut misericordiè donat. 352
Deus nec fato paruulis subuenit, nec non subuenit, 427
Deus non potest dici tantum iustus, aut tantum misericors, sed iustus & misericors. 122
Deus omnes docet venire ad Christum, vt de aliquo literarum magistro, qui in aliqua ciuitate solus est loquimur, dicendo, omnes iste hic literas docet, non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit quicunque ibi literas discit, sic dicitur, deus docet omnes venire ad Christum, non quia omnes veniunt, sed quia nemo aliter venit. 385
Deus prius nos dilexit, vt nos postea illum diligeremus. 90
Deus vnum eligendo, & non alium, non est personarum acceptator. 91
Deus oues requirit de manibus pastorum. 286
Deus fouet quos æterna prædestinatione peperit. 290
Deus nos fecit homines & oues pascuæ suæ. 300
Deus suos cognoscit cum quibus impios tolerat. 309
Deus solus prædestinatos & reprobos nouit. 309
Deus oues suas saluabit, 313
Deus hominem cum libero arbitrio fecit, qui sentiebat suum esse non mori, & non fieri miserum. 339
Deus requirit opera, & donat vt illa facere valeamus. 98
Deus & quo ad temporalia vbi vult hominum voluntates vertit. 349
Deus sanguinem subditorũ de manu impij pastoris requret. 332
Diabolus natura est angelus, sed quod natura est, opus dei est, qđ vero diabolus vitio suo est, vtcdo male naturę suę bono. 82
Diabolus natura est angelus & opus dei, & vitio suo diabolus est effectus, 80
Diligamus inimicos lucrãdos regno dei, & odio prosequamur propinquos, si nos a regno dei impediunt. 34
Discipuli Christi non fuerunt qui in verbo illius non permanserunt. 335
Discrimen inter gratiam adæ, & cæterorum sanctorum. 342
Dominus solus scit qui sunt eius, nos vero inquantum possimus, omnes homines ad bonum opus exhorremur, nulli desperationem demus, pro inuicem oremus, in conspectuque dei nos ipsos humiliemus dicentes, fiat voluntas tua. 142
Domus dei, ac spiritus dei templum, est cor nostrum.
Donatum Carthaginensis Episcopus non instituit vt Christiani rebaptizarentur. 37
Duritia nihil aliud est, quam dei obuiare mandatis. 351

E

ECCLESIA credit deum auersas, & aduersas ad se conuertere hominum voluntates. 448
Ecclesia dum inquit in oratione dominica, Matt. 6. sanctificetur nomen tuum, non optat deo, quod sanctificetur orationibus

nostris, sed petit, vt nomen dei sanctificetur in nobis. 218
Ecclesia tota dicit, dimitte nobis debita nostra. 10
Ecclesia tota vsque in finem seculi dicit, dimitte nobis debita nostra, quod nũ humiliter, sed veraciter dictũ esse intelligit. 33. & 55. & 105. quod quotidie peccat, ex beato Cypriano. 221. & 414.
Ecclesia Christi vbique diffusa. 293. 294. 295. 296. 297.
In Ecclesia mali patienter tolerandi. 302
Ecclesia ex ore dei quærenda. 313
De Electorum numero nullus peribit. 330
Omnes Electi vocati, sed non omnes vocati electi. 330
Electio est qua deus, quos voluit ante constitutionem mundi elegit. 439
Electio non meritis redditur, sed sola voluntatis dei munificentia donatur hominibus, vt autoritatibus sacris probat. 365
Non Elegit nos deus, quia credidimus, sed vt credamus. 404
Elegit nos deus non ex futura fide, vel opere, sed ex sola gratia. 40
Epistolam Iacobi non diligenter ex græco interpretatam habuit Augustinus. 61
Error est dicere animas lapsas de cœlo ex meritis peccatorum suorum. 4. & 5
Error in religione esse non potest, si animam pro deo suo non coleret, aut corpus, aut phantasmata sua, hic animam pro vniuersa creatura incorporea ponit. 20
Duo Errores possunt inter se esse contrarij, sed ambo sunt detestandi, quia sunt ambo contrarij veritati, vt Manichæorum, & Pelagianorum errores. 166
Essentia dicitur ab eo quod est, quæ tantum de solo deo dici debet. 78
Eua peccatum a diabolo mutuauit, Adam consensu cautionem fecit, vsura posteritati creuit. ob id infans in vtero matris hæreditario iure constrictus ante promittit debitum quam cautionem patris agnoscat: & vsuris opprimitur, donec Christus a debito & cautione, & vsuris animas liberet. 111
Euangelium quando prædicatur, quidam credunt, quidam non credunt, sed qui credunt prædicatore forinsecus sonante, intus a patre audiunt atque discunt: qui autem non credunt foris audiunt intus non audiunt, neque discunt. hoc est illis datur vt credant, illis non datur. 386
Eucharistia paruulis dabatur sub vtraque specie. 125. 161. 207.
Exigit a nobis deus fidem & opera, qui donat vtrunque, ideo enim hæc & nobis præcipiuntur, & dona dei esse monstrantur, vt intelligatur nos illa, facere, quia deus facit, vt illa faciamus. 391
Non est Expers delicti, qui non est expers corporum commixtionis. 225

FACTORES legis iustificabuntur, imo nisi iustificentur, nõ erunt leges factores, vt non iustificatio factoribus accedat, sed iustificatio factores legis præcedat, adhuc possumus dicere iustificabuntur, id est iusti habebuntur. 104
Fide non alia, nisi quę nunc est salui facti sunt patres veteris instrumenti. 105
Fide secula aptata sunt Verbo dei, vt de inuisibilibus visibilia fierent. 106
Fide Enoch translatus est ne videret mortem. 101
Sine Fide etiam qui videntur bona opera, in peccata vertuntur, vt ad Roma. 14. omne quod non est ex fide peccatum est. 160
Fidei sanctæ limes, tunc a nobis defenditur, quando termini quos posuerunt sancti patres non transferuntur a nobis, imo obseruantur & defensantur. 95
Fidem catholicam quam antiquitus tradiderunt scripturæ sacræ, & patres nostri, vsque ad hoc tempus, Pelagiani conuellere tentauerunt: quæ est retenta & seruata & deinde propitio deo retinenda atque seruanda. 229
Fideli datur, vt bene operetur, sed ei datum est adhuc vt sit fidelis. 40
Fidem esse dei donum, in principio sui episcopatus August. agnouit. 443
Qui fidem catholicam non tenet, etiam si omnia seruauerit præcepta, de hac vita damnandus abscedit, qui iam hanc habet catholicam fidem, & si non ita omnia seruauerit, vt ille primus, fide saluabitur, quæ per dilectionem secure operata est, quia ex illa viuit iustus. 190
Fides catholica iustos ab iniustis, non operum, sed fidei lege discernit, quia iustus ex fide viuit. 189
Fides donum dei. 106
Fides inchoat meritum, vt per munus dei bene operemur, & infidelitas inchoat pœnæ meritum. 40
Fides laudatur: & dicendum, quod fides est qua per dilectionem operamur, non timendo pœnam, sed diligendo iustitiã. 267
Fides donum dei. 376
Fides & opera nostra sunt propter arbitrium voluntatis, & vtrunque tamen datum est per spiritum fidei & charitatis. 379
Fides ab operibus distinguitur, vt Israel a Iuda, nam ex fide opera, vt ex Israel Iudæi. 384
Fides est fundamentum Christiani ædificij. 384
Fides inchoata & perfecta est donum dei, & hoc donum quibusdam non dari, omnino non dubitet, qui non vult manifestissimis sacris literis repugnare. 387
Filius æternæ promissionis non perit, sed filius perditionis. 234
Filij Agar sunt, qui cum acceperint legem sanctam, & iustam

& bonam, putant sibi ad vitam literam posse sufficere. 185
Filij sine commixtione in paradiso non fuissent geniti. 147
Filij liberæ non sunt, qui legem acceperunt literæ, qua possent nō solū peccatores, verū etiā præuaricatores demonstrari, sed q̄ spiritū gr̄æ, quo lex ipsa sancta & iusta, & bona posset ipleri. 180
Filij diaboli adhuc, & filij seculi sunt, sed non omnes filij seculi sunt filij diaboli. 180
Filij dei peccant, sed non vt filij dei, quia qui natus est ex deo non peccat, sed vt adhuc huius seculi sunt filij. 181
Filios diaboli infidelitas facit, quæ proprie in scripturis peccatum nuncupatur. 181. & 182
Filij promissionis non ex proprijs operibus, sed ex beneficio dei constituuntur, qui quidem deus promittit hæc beneficia, & facit. 148
Filius natura, adoptione, doctrina, imitatione, & gehenna, filij his quinque modis in scripturis sacris nomē accipitur. 38
Filij dei dicuntur filij promissionis diuinæ. 312
Finis omniū operationū nostrarum est videri ab hoibus. 308

G

GENTES quæ non habent legem, sed opus legis in cordibus scriptum, ad euangelium pertinent. 257
Gloriandum in nullo, quia nostrum nihil est, nam cor nostrū, & cogitationes nostræ, in nostra non sunt potestate. 441
Gloriandum in nullo, quando nostrum nihil sit, ex diuo Cypriano. 219
Gratia dei adiuuantur conuersi, vt proficiant, ac perficiantur, & adhuc, vt ad deum conuertantur, ad ipsam dei gratiam pertinet. 30
Gratia dei est qua nobis donantur peccata, vt reconciliemur deo, pax autem qua reconciliamur deo, attamen vtrunque ad generalem dei gratiam pertinet. 42
Gratia dei non secundum meritum, sed secundum voluntatis ipsius dei placitum datur. 426
Gratia duplex prima & secunda. 29
Gratia non est contra naturam, sed per illam natura libera & regitur. 65
Gratia domini est gloria nostra. 74
De gratia loquutus est transeuntes Augustinus in tribus libris de libero arbitro, ob id non se extollant Pelagiani, quia tēpus id non requirebat. 12
Si gratia non adiuuat bonum propositum non potest esse in homine. 210
Gratia non merito redditur sed gratis donatur, aliter non esset gratia. 167
Gratia quomodo differt a fato. 172
Gratia non operum meritis, sed gratuito datur. 237
Gratia prœoperans, & cooperans: 295

Gratia

Gratia nulla est, si secundum merita datur. 501
Si ad Gratiæ honorem pertinemus, non simus Ingrati, tribuendo nobis, quod accepimus. 161
Gratia nos facit declinare a malo & facere bonum. 323
Gratia est qua sola homines liberantur a malo, & sine qua nullum prorsus siue cogitando, siue volendo, & amando, siue agendo faciunt bonum. 323
Gratia non tantum ostendit quid agendum, sed & præstat vt cum dilectione id agere valeamus. 323
Gratia sola a perditione liberamur. 329
Gratia non tantum perseueranter facit nos posse quod volumus, sed & velle quod possumus. 342
Gratia non prohibet correptionem, nec correptio gratiam negat. 352
Gratias deo agamus de his quæ nobis aperire dignatus est, & de absconditis aduersus indicium eius non murmuremus, sed id nobis saluberimum esse credamus. 338
Ad gratiam dei pertinet, quod homo accedat ad deum, & non recedat ab eo, quia non recedere ab eo non est in nostro arbitrio, vti in primo homine 418
Dicere Gratiam secundum merita nostra dari, est gratiæ negatio. 444
Heretic⁹ non parulus, sed mortuus in ecclesia dici debet. 59
Hierusalem latine visio pacis interpretatur. 89
Hebræi ab Heber. 54
Homines possunt seipsos ab amore visibilium rerum, & temporalium, ad dei præcepta implenda conuertere, sed quia præparat voluntas a dño, tāto augeꝫ munere charitatis, vt possint. 16
Homines peccant non necessitate, sed voluntate. 145
Omnes Homines deus vult saluos fieri, quia omnes qui saluantur, dei saluantur voluntate. 142
Homines ex pessima consuetudine, vbi dicere deberent, deus voluit, dicunt fortuna voluit. 8
Homines sunt opus dei inquantum homines sunt, sed sub diabolo sunt inquantum peccatores sunt, nisi per christum eruantur. 158
Homo ex homine concubitu voluntario, si non peccasset, sine libidine natus fuisset. 118
Homo quia non potest agere aliquid, nisi datum fuerit illi de super, non hoc agit deus summe bonus malitia, sed iustitia, nec per sonarum acceptione, sed causarum secretarum discrettione, quod quam pluribus exemplis, ex ocultissimis dei iudicijs probat Augustinus. 139
Homo non est bonus si nolit, sed gratia dei adhuc adiuuatur, vt velit, nam deus in nobis operatur, & velle. 158
Homo præparat cor, prouerb. 16. sed id fit dono dei, & diuino adiutorio. 176. & 177

Homo

Homo quando nascitur, quia bonum aliquid est inquantum homo est, Manichæum redarguit, laudatque creatorem, inquantum vero trahit originale peccatum, Pelagium redarguit, & habet necessarium saluatorem. 199
Homo non potest sine periculo suo vibrantem cernere vultum creatoris æterni, corporis huius opertus exuuijs. 229
Homo in hac vita potest esse sine peccato, sed hoc tantum in Christo est impletum. 23
Homo vita propria est coaptandus ad cultum dei. 20
Homo signaculo imaginis propter peccatum amisso remansit tantummodo creatura, attamen non totum amisit, quod habebat imaginis. 46
Homo malus auferatur ex hominibus bonis, inquit Apostolus. 1. Cor. 5. auferre malum ex vobis ipsis. 55
Homo non potest esse legis factor, nisi præcedente gratia dei. 76
Homo dicitur peccator, & non peccatum: peccator enim a peccando non homo a peccando dicitur. 82
Homo peccater genuit hominem peccatorem, quia de natura vitiata non nascitur, nisi natura vitiosa. 82
Homo ex se cadere potest, resurgere autem sine dei auxilio nō potest. 86
Homo magis sibi debetur quam cæteris hominibus, & magis deo quam sibi. 11
Homines moriuntur ex pœna peccati, ad vitam vero reuertuntur ex misericordia dei. 74

I

IACOB dilexit deus, & Esau odio habuit, non ex operibus precedentibus, aut sequentibus, proprijs, aut parentum, sed ex sola gratia. 281
Ignorare fatetur Augustinus cur deus vni dedit perseuerantiam, & alteri non dedit. 332
Imperatores Cogentes donatistas ad vnitatem recte faciebant. 299
Impietas non penitus in homine aboleuit imaginem dei, sed id remansit, quod anima hominis nisi rationalis esse non potest. 260
Impossibile est, vt quis immaculatus esse possit in corpore cōstitutus. 227
Quod Imitandum est, vt videtur oculis, aut certa relatione concipitur. 83
Infans vnius diei a culpa non est alienus, nisi sit ex indebita gratia liberatus. 277
Intra mundum facti sumus, & ante mundum electi sumus. 277
Indurauit deus cor Pharaonis non effectiue, sed secundum prescientiam. 280
Infantes baptizandi subito postquam nati, nec opus est expectare

pectare octauū diem, vt hebrei quo ad circuncisionē faciunt. 218
Iniustus debes seruare legem, vt iustificetur, id est, vt iustus fiat, qua tanquam pædagogo perducatur ad gratiam, per quam solam, quod lex iubet possit implere, per quam quippe iustificatur gratis, id est, nullis suorum operum præcedentibus meritis, alioquin gratia iam non est gratia, quandoquidem ideo datur, non quia bona opera fecimus, sed vt ea facere valeamus. 240
Inferos sub terris esse docendum magis, quam ratione probandum. 59
Infernus Christo fuit, quod Ionæ Cetus. 78
Initium gratiæ est ipsam optare gratiam. 323
Iniusti coram deo non gloriantur quia non habent vnde, nec iusti quia ab ipso habent vnde. 345
Inobedientia hominis humanum genus diabolus disipauit. 93
In substantiale nomen nihil est. 70
Inuocare deum est illum in corde vocare. 305
Ioseph vir Mariæ virginis, duos habuit patres, vnum secundum naturam, alium vero secundum legem, nam Heli lege, Iacob autem natura ipsum genuit. 52.54.56
Iugum Christi est charitas. 124
Iudicis est de reo mortis, quam vult ferre sententiam, sic & deus nos iudicauit. 92
Iuditio discretionis oues suas discernit Christus. 293
De iustitia dei dubitare dementis est. 17
Iustitia Christi in vetere testamento velata, in nouo reuelatur quæ iustitia dei dicitur, quia illa nos iustos facit, & hæc est fides quę reuelatur ex fide audientium, in fidem obedientium. 241
Iustitia vera non est, obedire velle literę iubenti, sine viuificante spiritu dei, veluti ex viribus liberi arbitrij: sed vera iustitia est, ex qua fide iustus viuit, quoniam per spiritum gratiæ homini ex deo est. 197
Iustificat impium deus, non præuentus humana voluntate, sed ipse præuenit hominis voluntatem misericordia 133
Iustificatio per fidem Iesu Christi data est, datur, & dabitur credentibus, quæ fides donum est, sicut & gratia, & non merces. 105
Iustificati gratis per gratiam ipsius, non itaque per legem iustificati, nec per per propriam voluntatem, non quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, vt sanetur per gratiam & sanata impleat legem. 240
Non iustificatur homo præceptis bonæ vitæ, nisi per fidem Iesu Christi, hoc est non lege operum, sed lege fidei, non litera, sed spiritu, non factorum meritis, sed gratuita gratia. 245
Iustus bona lege legitime ūtitur, & si ei lex non sit posita, non enim ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei. 240
Iubet deus, vt a nobis deficientes, ad illum confugiamus. 249

L

LAVS, qua Platonem, siue Platonicos, seu Academicos extulit

tulit, ei displicet. 4
Latro, qui in cruce saluatus, incertũ est an fuerit baptizatus. 55
De Latrone in cruce saluato, credendum quod fuerit baptizatus. 69
Ex lege timemus deum, ex fide speramus in deum. 261
Legentes opera diui Augustini non illum imitentur errantem, sed in melius proficientem, inuenient enim fortasse, quomodo scribendo profecerit, si opuscula eius illo ordine, quo scripta sunt, perlegerint. 2
Lex nõ potest impleri nisi a spiritualibus, quales facit grã. 39
Lex non potuit deputatum sibi, facere obedientem, aut perfectum, nec potuit peccatum tollere, nec mortem vincere prænaluit. 75
Lex infirmo iubendo, & non iuuando infirmatur. 75
Lex iubendo, & minando, & neminem iustificando, indicat dono dei iustificari hominem. 239
Lex est litera occidens, sine dei adiutorio. 243. &. 250
Lex operum differt a lege fidei, quia quod illa minando imperat, lex fidei credendo impetrat. 244
Lex iubet vt admoneat, quod faciat fides. 244
Lex quamuis bona auget prohibendo desiderium malũ. 235
Legis litera, si spiritus viuificãs desit occidit, & scire facit peccatum, & non cauere. 234
Lege auditur quid vult deus, gratia fit, vt legi obediatur. 180
Lex auditores iustitiæ facit, gratia vero factores. 180
Lex auget prohibendo peccati desideria, & inde occidit, nisi subueniendo viuificet gratia. 181
Lex Moysi nunc nobis ad instituendam recte vitam necessariam, nemo dubitauerit. 186
Lex iubet, & non iuuat, gratia vero dei per Iesum Christum dominum nostrum in spiritu sancto adiuuat infirmitatem nostram. 197
Lex non est gratia, et nihil ex ea recta fit sine gratia, quia non est data, quæ posset viuificare, sed præuaricationis causa posita est, vt conuinctos concluderet sub peccato, & promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. 198
Lex terret, vt ducat ad fidem, quod pluribus exemplis probat. 209
Lex differt ab euangelio, quia cum terrore data & Euangelium cum spiritu consolatore, illa in tabulis lapideis, euangelium in cordibus humanis, ibi lex extrinsecus est posita qua iniusti terrentur, hic intrinsecus euangelium datum est, quo iustificarentur. 248. &. 259
Lex data est, vt gratia quæretur, gratia data, vt lex impleretur. 252
Lex est virtus peccati prohibendo, & non adiuuando. 113
Lex non potuit auferre peccatum, sed illud auxit. 149

Lex

Lex offendit præuaricatorem. 150
Lex carnis quo ad carnem captiuat illum, in quo nulla est consensio. 152
Libertas maior est necessaria quam adæ in paradiso. 343
Liberum arbitrium peccato Adæ de hominum natura perisse non dicimus, sed ad peccandum valere in hominibus subditis diabolo, ad bene autem pieque viuendum, non valere, nisi ipsa voluntas hominis dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis sermonis, cogitationis adiuta. 167
Liber de immortalitate animę vix intelligitur, ab ipso Augustino. 7
Librum sapientiæ Iudęi non recipiunt in authoritatem canonicam. 56
Non omne quod Libet, libido est, sed omne, quod male libet libido est, in bono enim libitu, libido dici non potest. 109
Libido malum ex diabolo, & non ex deo. 111
Libidine potius aguntur quam agant homines. 116
Libido non est naturale bonum in hominibus, sed per peccatum primorum hominum accidens malum, atque pudendum, cuius non deus author est, sed diabolus. 198
Libido a libendo, id est a libitu per derivationem est nuncupata. 109
Libero homo arbitrio cadere potuit, non autem surgere, nec abisto malo nisi dei gratia quisquam liberatur. 15
Liberum arbitrium captiuatum tantum ad peccatum valet, ad iustitiam vero nisi diuinitus liberatum adiutumque non valet. 109
Liberum arbitrium tantum valet ad peccandum si lateat veritatis via. 232
Liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, sed statuitur. 263
Liberum arbitrium suffecit Pharaoni ad pereundum nam patientia dei debuit illi valere ad salutem, qua differens iustum meritũq; supplicii, miraculorum verbera crebra densabat. 288
Liberum arbitrium vulneratum, vulnere Christi curatur. 87
Liberum arbitrium per peccatum possibilitatis bonum perdidit, nõn nomen & rationem, & sic ineſt hominibus quo ad necessaria vitę, sed non quo ad illa quę ad deum pertinent. 87
Libero arbitrio vitiato, totus homo est vitiatus, per quod absque adiutorio gratiæ, quod deo placeat, nec valet incipere nec perficere sufficit. 89
Qui Liberum arbitrium negat non est catholicus, & quisquis sic esse dixerit, quod sine deo bonum opus, id est, quod ad eius sanctum propositum pertinet, nec incipere, nec perficere possit, catholicus est. 98.
Liberum arbitrium sic est, quod prius deus vult & operatur postea nos volumus & cooperamur. 98

Nec

Nec Liberum arbitrium sine gratia, nec gratia sine libero arbitrio facit habere vitam æternam, nam sessor quem gratia figurauit, dicit, feci triginta milliaria, nam ipse fecit qui iumentum facere fecit, in paruullis vero gratia sine libero arbitrio facit habere vitam æternam. 103

Liberum arbitrium iumento comparatur, quod vt dometur ad opus homini necessarium, de armento vagum apprehenditur & incipit per curam domantis se ad eius proficere voluntatē. 109

Liberum arbitrium iumento, & gratia sessori cōparatur. 98

Liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum vero parum est, nisi ab omnipotenti bono adiuuetur. 342

Locus beatitudinis non assignatur paruulo non baptizato, primum enim locum, fidem catholicorum diuina authoritate regnum credidit esse cœlorum, vnde vt dixi non baptizatus excipitur, secundum gehennam, vbi omnis apostata vel a Christi fide alienus, æterna supplicia experitur, tertium locum penitus ignoramus, imo nec esse in scripturis sanctis inuenimus. 127

Locus gehennę debetur paruulis non baptizatis. 130

M

MAGISTRI plures sunt, cum diuersa, atque inter se aduersa sentiunt: 2

Magistri a magisterio vnius magistri Christi non recedunt, cū idipsum, & verum dicuut omnes. 2

Magistri a Christo recedunt, non cum illius multa dicunt, sed cum addunt sua, vbi ex multiloquio etiam in falsiloquium incidunt. 2

Male velle facillimum est malis, & eorum damnabilem voluntatem non dubiū est dei potestate concludi, vt effectū cupiditatis suæ, nisi ille permiserit, habere non possint. 456

Mali accipiunt potestatem ad damnationem malæ voluntatis suæ, boni autem ad probationem bonę voluntatis sue. 266

Malum & recte factum in potestate voluntatis, sed vt id fieri dum sit libera dei gratia, liberatur. 43

Malum non est natura, sed actus accidens defectu boni. 108

Malum non oritur, ni si ex libero arbitrio. 11

Sicut Malū est male vti bonis, ita bonū est bene vti malis. 57

Malum pro malo reddimus quando fratrem corripiendum non corripimus. 352

Quod Manna vnicnique secundum propriam voluntatem, in ore sappiebat, non occurrit, vnde possit probari, nisi ex lib. sapientię, quem Iudæi non recipiunt in authoritatem canonicā. 56

Mandata iustitiię nemo in hac vita ita seruat, vt non sit ei necessarium pro suis peccatis orando dicere, dimitte nobis debita nostra. 62

In Manu Adę, bonum & malum repositum, hoc est in potestate, & hæc est prima gratia qua primus homo stare potuisset, si mandata domini seruare voluisset. 85

Mandatum si fit timore pœnæ, non amore iustitiæ, seruiliter fit, non liberaliter: & ideo nec fit, non enim fructus est bonus. qui de charitatis radice non surgit. 247

Manichæi dicebant animas cum meritis inquinamentorum in carnem venisse. 208

Ex massa perditionis si nullus liberaretur, Nemo tūc iuste dei iudicium reprehenderet. 339

Merita multa, sed mala præcesserunt conuersionem Pauli. 159

Medicina quanto magis laudatur, tanto magis vituperantur vulnera. 235

Medici dolosi, aut imperiti est etiam vtile medicamentum sic alligare, vt aut non prosit, aut obsit. 463

Misericordia datur fideli, sed prius data fuit, vt esset fidelis. 385

Misericordia dei præuenit ipsam voluntatem, quod si non esset non præpararetur voluntas a domino. 47

Misericordia dei præuenit nos in omnibus, quæ agimus secundum deum. 210

Miseretur deus cuius vult, & cuius nō vult non miseretur, hoc est, cui vult donat, & a quo vult debitum poscit. 279

Miseria ex Adam tracta pro meritis nostris, & non necessitate naturæ, quia naturæ nostræ dura necessitas merito præcedentis iniquitatis exorta est. 3

Mors non potuit intrare in mundum, nisi intrante peccato, & quoniam mors non naturæ conditio, sed pœna peccati, sequatur necesse est pœna peccatum. 277

Mors a deo, prædestinata a deo. 466

Mors & vita tripliciter possunt intelligi, pro vita animæ, pro vita carnis, & pro vtrunque, sic mors, animæ, quam non fecit deus, alia mors carnis, alia perpetua quæ est mors animæ, & carnis. 467

Mors fidelibus vtilis, quoniam peccandi periculis hominem subtrahit, & non peccandi securitatem constituit. 397

Mors non est a deo authore, sed per errorem vitę hominibus in paradiso delitiarum positis venit. 75

Mors est priuatio vitæ, nomen tantum habens, & non essentiam, & ideo deus eius autor dici non potest. 73

Mors nihil est nisi nomen recedente vita. 73

Mors a morsu dicta, eo quod morsu quodāmodo venenosi serpentis, id est diaboli in paradiso Adam fuerit interemptus. 73

Mortis autor est diabolus suggestione, sed per potentiam retributionis, nec autor, nec creator. 466

Qui mortē sibi prædictam cauere noluit, recte perdidit vitā. 75

Motum genitalium, & virilitatem sine qua non potest esse commixtio, deus sic instituit, vt nihil haberet pudendum, non enim fas fuit vt erubesceret creatura de opere sui creatoris, sed inobedientia membrorum, supplicio iusto primis hominibus inobediē sibus reddita est, de qua erubuerunt, & foliis sici pudenda texu-

runt, quæ prius pudenda non fuerunt. 156
Ex Muliere initium peccati & per illam morimur omnes. 82
Multiloquium non dicitur, quando necessaria dicuntur. 1
Mundum esse animal temere dictum, & si philosophi aliter sentiant. 19
Multa bona in homine facit deus, quæ non facit homo, nulla vero facit homo, quę non facit deus, vt faciat homo. 176

N

NABVCHODONOSOR & Pharao, quantum ad naturam ambo homines erant, quantum ad dignitatem, ambo reges, quantum ad causam ambo captiuum populum dei possidentes, quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti, quid ergo fines diuersos, nisi quia vni affuit diuinum auxilium, alteri vero vt induraretur, defuit præsidium? 288
Natura nostra peccatrix semper indiget autore, & cultore, & conseruatore deo, vt spinis & tribulis, zizaniisque libidinis expietur. 118
Natura non negat gratiam, sed gratia reparat naturam. 260
Nocere iusto non est vere ei nocere, quandoquidem etiam merces eius augetur in cœlis, sed sibi peccando nocet, quę ei nocere optat. 17
Noe & suis, aqua diluuij fuit baptismum, & arca ecclesia. 102
Ex Nolentibus deus facit volentes, ob id pro infidelibus orat ecclesia, vt deus illis donet & fidem. 390
Numerus, pondus, & mensura continentur in misericordia, & iudicio ipsius dei. 135

O

OBEDIENTES legi iustificantur, quia nisi essent iustificati non obedirent. 75
Qui obseruat sabbatum vt litera sonat, carnaliter sapit. 246
Oculi dei, sunt spiritus dei. 79
Opera charitatis in tabulis lapideis scripta, lex est operum & litera occidens præuaricatorem: cum autem ipsa charitas diffunditur in corde credentium, lex est fidei, & spiritus viuificans dilectorem. 249
Opera non præcedunt iustificationem, sed sequuntur; 258
Opera bona gentilium, & si videantur recte facta, non tamen sunt laudanda, sed vituperanda si finis discutiatur. 271
Opera trinitatis sunt inseparabilia. 389
Quod Operor ignoro, inquit Paulus Ro. 7, hoc est, nolo, non approbo, non consentio, non facio. 163
Optemus omnes esse filios pacis, cum illos, atque illorum numerum ignoremus. 351
Opuscula illorum, qui antequam esset hæresis Pelagiana scripserunt, non sunt scrutanda, quia illam non nouerunt. 398
Orabat Apostolus ne Corinthij quid malt facerent, vt pro illis eum exaudiret orantem, qui in occulto dat incrementum deus

deus. 323
Oramus vt sanctificetur nomen dei non in se, sed in nobis, & quia ipse dicit sancti estote, quia ego sanctus sum, Leuit. 19. id petimus, & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus, perseueremus. 413
Oramus & perseuerantiam, dicendo panem nostrum quotidianum da nobis hodie, ne a Christi corpore separemur, sed in sanctitate permaneamus. 416
Oramus & perseuerantiam, dicentes ne nos inferas in tentationem. 417. & 418
Oramus, non solum pro nolentibus credere, verum etiam pro repugnantibus, & oppugnantibus: quid ergo petimus, nisi vt fiant ex nolentibus volentes, ex repugnantibus consentientes, ex oppugnantibus amantes, ab illo a quo præparatur voluntas, hoc est a domino? 221
Oramus vt nomen dei sanctificetur non in se, cum sanctum sit, sed in nobis, & sic petimus vt in sanctitate perseueremus. 328
Orent Christiani vt accipiant, quod nondum habent. 324
Orare deum gratia spiritualis est 1. Cor. 13. nemo dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto, ex diuo Ambrosio. 226
Sine Oratione deus potuit nobis donum perseuerantiæ inferre, sed voluit vt oremus, vt agnoscamus a quo hæc accipimus beneficia. 420
Originale peccatum, de primi hominis voluntate descendit. 209
Originale peccatum in paruulis non actione, sed vterina conceptione pertransiit. 122
In Oratione dominica petimus, vt voluntas dei efficiatur in cœlo, & in terra, hoc est, vt in carne, & spiritu, pugna cesset, & voluntas dei fiat. 210. 415
Si Originale peccatum non fuisset, & deus aliquos saluandos, alios vero damnandos creasset homines, nemo posset creatori dicere, quare fecisti sic, quanto minus nunc, si omnes ex apostatica radice debitum damnationis trahimus. 289
Per Ostij aperitionem, initium fidei intelligendum, quodque donum est dei. 410
Ostium verbi aperit deus, vt credamus, illis vero quibus non est datum, vt credant, clausum est. 319
Ouis perdita liberum arbitrium designabat. 98
Oues deus facit, quibus desolatas implet ciuitates. 212
Oues seruantes vocem Christi, & non malorum pastorum, a malis pastoribus non necantur. 279
Oues secure sequuntur pastores, quando ea quæ Christi sunt docent. 287
Oues deifumus ob id gaudere debemus. 301
Oues Tantum pascuntur a Christo ob id nemo, sibi

hoc arroget, vt se pascere oues arbitretur, aut persuadeat. 314
Oues Christi e malorum pastorum, seu diaboli sugestionibus, aut minis, a pastore Christo non recedent, sed in radice, veritatis constanter vsque ad verbera, carceres, & diras mortes permanebunt. 319

P

PAGANIS non fuit prædicatum euangelium, quia illos non credituros Christus præscivit. 423
Patres sancti veteris testamenti, qui fuerunt ante Abraam, & post ipsum omnes fuerunt filij promissionis. 285
Paruuli non propria voluntate, sed origine rei sunt. 29
Paruuli accipiuntur in fide credentium, non obedientia voluntatis, sed nimia dilectione charitatis. 123
Paruuli cum originali peccato nascuntur, alioquin non circuncisis non fuisset pœna assignata. 120
Paruuli non baptizati erunt illic, vbi circuncisi paruuli iudæorum. 132
Paruuli non possunt vitam habere æternam, sine baptismo, & sine participatione corporis, & sanguinis Christi ex determinatione Innocentij papæ. 167
Duorum Paruulorum vnus baptizatur, reliquus vero non baptizatur, non ex fato, sed ex misericordia, & iusto dei iudicio. 169. 171. & 172.
Pastor duo habet vnum propter se, quod Christianus est Alterum propter gregem quod præpositus est. 275
Pastor gaudens quia pastor est, & honorem suum quærens, & tantum propria respicitens Commoda non oues, sed se pascit. 276
Pastor malus rationem reddet de errantibus ouibus. 286
Pastor non deest bonis ouibus, Nam illas Christus educit, & ab erroribus liberat, atque illas seruat. 289
Pastor bonus, ita est pastor, quod & ouis. 301
Pastor noster, & deus noster Christus. 315
Pastores gaudent nomine, at officium pastoris nuplere nolunt. 275
Pastores quando sua dicunt, seipsos pascunt; 275
Pastores mali propria, boni vero quæ gregis sunt vtilia quærunt. 276
Pastores mali proprium honorem, & boni honorem Christi quærunt. 277
Pastores mali debiles ac fortes oues quantum, est in se necant. 279
Pastores mali temporalia prospera gregi promittunt. 290
Pastores mali errantes oues parui pendunt, & boni illas requirunt, 282
Pastores Mali ab ouibus adorari optant, at boni id agere non permittunt. 284. & 285

Pastores

Pastores mali de negligentia puniendi. 285
Pastores velint nolint vt ad lac & lanam perueniant, verba Christi docturi sunt. 287
Pastores boni cum Christo sint, Nam ipse gregem suum pascit, & cum omnibus bene pascentibus ipse solus est, quia omnes in illo sunt. 307
Paulus quomodo imperfectus, & quomodo perfectus. 194 & 195. & 196.
Paulus lucrum existimabat, post hanc vitam secularibus laqueis non teneri, Philip. 1. 224
Paulus fuit gratiæ constantissimus prædicator. 235
Paulus apostolus a Christo immortali, non quo ad diuinitatem, quæ semper immortalis est, sed quo ad humanitatem post resurrectionem. 41
Paulus apostolus vt tabularius omnium ecclesiarum solicitudinem gerebat. 94
Paulus discipulis congratulatur sibi necessarie mittentibus. 177
Passiones Christi sunt imitandæ a Christiano, & non delitiæ conquirendæ. 280
Pax plena & perfecta non habetur hic in via, sed in vera æternitate. 38
Pax & reconciliatio ad gratiam pertinent. 41
Peccatum in puero mortuum, sed reuiuiscit quando particeps rationis est factus. 150
Post Peccatum non manus, aut os, quod peccauit, sed pudenda cooperta sunt. 156
Pelagiani bene faciant anathematizare Manichæos, sed & ipsi anathematizandi sunt. 362
Peccatum Eccle. 49. dicitur iugum, aut quia ex duobus Adã, & Eua venit, vel quia duorum premit, & conterit colla. 112
Peccata venialia sine quibus hæc vita non ducitur, non impediunt ad vitam æternam. 260
Ex peccato prævaricationis conuincitur hominis superbia de sua iustitia præsumentis. 235
Ex Peccato Adę morimur, nos Christus aũt, vt illud occideret est mortuus, & sic iustitia, & nõ potẽtia cũ diabolo pugnauit. 76
Peccator separatur a deo, non loco, sed quia prius incorporaliter ei iunctus fuit. 8
Peccatum est aculeus mortis, aculeus cuius punctione fit mors non aculeus quo pungit mors. 206
Peccatum non committitur, nisi concupiscendo. 233
Peccatum non est peccatum, nisi sit voluntarium. 121
Peccato primi hominis obnoxium nascitur genus humanum. & tantum per iustitiam secundi hominis liberatur. 382
Peccatum originale, dicitur voluntarium, quia ex prima hominis mala voluntate est contractum, & factum est quodammodo hæreditarium. 22

Peccatum non semper in voluntate, quia concupiscentia peccatum, & non est in voluntate. 26
Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere. 27
Nullum peccatum est sine voluntate, siue in opere, siue in origine. 27
Peccatum ad mortem, respicit finem vltimum. 35
Peccatum ad mortem est fidem quæ per dilectionem operatur deserere vsque ad mortem. 344
Peccans ignorans, voluntate vtique facit, quod cum faciendū non sit, putat esse faciendum. 21
Sine Peccato nemo esse potest, & quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est. 224
Pelagius dixit quod deus iustificat, quia legem dedit, cuius intuitu nouerimus quemadmodum viuere debeamus. 238
Pelagiani dicunt libidinem naturale esse bonum, nec in ea esse quod pudeat, quod impugnat Augustinus. 108
Pelagiani inquiunt paruulos non trahere originale peccatum, neque perituros a vita æterna, si sine sacramento baptismi ex vita migrauerint, quod impugnat Augustinus. 120
Pelagiani elati, & superbi, non purgando defensores, sed extollendo præcipitatores sunt liberi arbitrij. 145
Pelagiani ita laudant opus creatoris, vt misericordiam destruant redemptoris. 146
Pelagiani prius dicebant gratiam secundum merita dari, quod postea anathematizarunt, sed ficte. 169
Pelagius dixit deum eligere ex futuris operibus quod destruit Augustinus. 407
Pelagianorum error est, quod initium fidei ex nobis, incrementum vero ex deo. 411
Pelagiani per arbitrij libertatem volunt destruere gratiæ largitorem. 213
Pelagianorum blasphemia, & auaritia præuisa, & ſvaticinata a sanctis. 74
Pelagianorum dogmata. 5. 74
Pelagiani dicebant hominem per liberum arbitrium, tanquam per se sibi sufficientem implere, quod velit, quod destruit Augustinus. 84
Perituroru Aegyptiorum interitum, voluit deus exemplum esse prædestinatis ad salutem. 280
Perfectionem iustitiæ nemo assecutus est in hac vita, nisi Christus. 231
Petra erat Christus, & Petrus a petra petrosus, qui adhuc dicitur petra, vt totius ecclesiæ personam gerit, sed harum duarū sententiarum, quæ sit probabilior, eligat lector. 36
Petrus nunquam pœnitentia motus amare fleuisset, nisi dominus eum respexisset. 97

Perseuerantia est dei donum. 327
Perseuerantiam petimus a deo in oratione dominica. 327
Non perseuerantes & si nobis aliquando videantur electi, non sunt a massa damnationis liberati, Nec secundum propositum vocati. 331
Perseuerare facit in bono, qui facit bonos. 344
Perseuerant vsque in finem electi. 347
Perseuerantia est donum dei, qua vsque in finem perseueratur in Christo. 412
Petrus sibi tribuebat quod ei erat postea a domino largitē dum, hoc est perseuerantiæ donum. 337
Pietas est sapientia, quam græci εὐσεβειαν vocant. 241
Pœnitentia est donum dei. 102
Pij cum impijs in ecclesia morantur. 302
Plato per mundum intelligibilem, intelligit rationem perpetuam, qua deus fecit mundum. 6
Pœna peccati est quod homines moriantur, quod vero ad vitam reuertantur domini miserantis est. 77
Pœna malorum, quæ a deo est, malum est quidem malis, sed in bonis dei operibus est, quoniam iustum est, vt mali puniantur. 43
In Potestate hominis est, mutare in melius voluntatem, sed illa potestas nulla est, nisi a deo detur, de quo dictum est, dedit eis potestatem filios dei fieri. 38
In Potestate malorum est peccare, sed peccando facere hoc, vel illud, non est in potestate illorum, sed dei diuidentis tenebras, & ordinantis eas. 404
Pœnitentia est res optima, & perfecta, quæ defectos reuocat ad perfectum, sed quia est dei donum, oportet pœnitentem orare, quę & ad eius mundationem expediunt, quod spiritus, facit nos facere cum gemitibus inenarrabilibus postulare. 97
Pœna si iusta est peccati pœna est, & supplicium nominatur. 14
Posse habere fidem, sicut posse habere charitatem naturæ est hominum, sed habere fidem quemadmodum habere charitatem, gratiæ est fidelium. 388
Qui præcepta seruat, aut terrena cupiditate, aut metu carnali, procul dubio inuitus facit, ac per hoc in animo non facit, maleret enim non facere si posset impune. 184
Præceptum differt a præmio, nam præceptum est, ut non peccemus, præmium non posse peccare, & alias ponit differentias. 192
Præceptum de dilectione dei, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente in patria implebitur. 273. & 274
Præcipit deus, quod homo non potest, nisi ipse adiuuet. 177
Præceptum correptio, & oratio quomodo ordinata sunt. 324
Prædestinatio differt a gratia, nam prædestinatio est gratiæ præparatio, gratia autem est ipsa donatio. 393
Prædestinatione deus illa præsciuit, quæ fuerat ipse facturus,

vnde dictum est, fecit quæ futura sunt, præscit & quæ non facit, vt peccata. 395
Prædestinationis lumen Christus, quia vt ille nullis precedentibus meritis prædestinatus, sic & nos. 400
Sicut prædestinatus est Christus, vt esset caput nostrum, ita & nos, vt eius essemus membra, ob id conticescant humana merita, quæ per Adam perierunt. 401
De Prædestinatorum numero nemo perit, vt ratione, & exemplo probat. 405
Prædestinationis, & gratiæ immobilis veritas, quod elegit nos deus, vt nos illum eligeremus. 404
Prædestinatio alia alligationis, alia conditionis. 464
Prædestinatio vltionis, & prædestinatio remunerationis. 464
Prædestinatio cõditiõis, alia ad gloriã, alia vero ad pœnã. 466
Prædestinauit illos deus ad gloriam quos suos fidei opere futuros esse prænouit, 375, sed est retractatum primo retract. 23. & in de prædest. sancto, cap. 3. quæ omnia in isto. 3. Tomo, opuscu. habentur.
Prædestinatio est præscientia, & præparatio beneficiorũ dei. 431
Quę prædestinauit deus impleuit, ob id nos voluit pro inimicis fidei orare, vt agnoscamus, qđ ex nolẽtibus volẽtes faciat. 447
Prædestinatio prædicanda, vt non in hominibus, sed in deo gloriemur, 450. & 462
Prædestinationis non est illustrius exemplum, quam Iesus Christus, qui vt caput nostrum prædestinatus est, & sic nos prædestinati, vt eius membra. 451
Prædestinatio a præuidendo, vel præordinando, & præuenien do, futurum aliquid dicitur. 133
Prædestinatus si periret falleretur deus. 330
Prædestinatus si periret vitio humano vinceretur deus. 330
Prædestinatorum numerus est certus, nec potest augeri aut minui. 346
Prædestinatis paruulis, non quia bona vel mala fecerunt sed ex sua potestate illis bona corporis, vel spiritus donat deus. 133
Prædestinatis peccata cooperantur in bonum, quia humiliores reddeunt, atque doctiores: 336. & 347
Præpositus tantum gregis vtilitatem quærat. 275
Præscientia dei non est accidens, sed essentia, quæ semper fuit, & est. 133
Prædestinat quod præscit deus, sed non omne quod præscit prædestinat, mala tantum præscit, & non prædestinat, bona vero præscit, & prædestinat. 138
Præsciti deus mala Iudæ, sed non fecit. 137
Præsciti sunt paruuli non ex peccato propriæ voluntatis, sed originis, & illis pœna est prædestinata. 137
Prædestinat quod præscit deus, hoc est antequã, sit in re præordinat,

dinat, hoc cum ipso authore esse cœperit, vocat, ordinat & disponit. 132
Prædestinat deus sua misericordia, & iustitia reprobat. 132
Prædestinauit deus ad vitam æternam, quos misericordia, & non meritis præsciuit. 135
In prædestinatione taceat humana lingua, nec de meritis extollatur, nam diuinæ voluntatis est hoc donum, & non humanæ fragilitatis meritum. 132
Prædestinauit Iudæ pœnã, sicque & oĩbus reprobis facit. 135
Prædicanda prędestinatio, vt qui habent aures audiendi audiant. 443. & 462
Præparatur in alijs voluntas a domino, in alijs non præparatur, ob id quęrendum quid venit de misericordia, & quid de iuditio: 388
Præscientia & prædestinatio ab æterno fuerunt at vocatio & iustificatio in tempore, fuerunt, & erunt, vsque quo veniat ipsa perpetua in resurrectione glorificatio. 336
Præscientia dei non cogit hominem, vt talis sit, qualem præsciuit deus, sed præscire talem futurum qualis futurus est quamuis eum non sic fecerit deus. 364
Præsciuit nos bonitas dei, sapientia condidit, iustitia damnauit, & gratia liberauit. 354
Quos Præsciuit deus bonos, boni erunt in quantalibet nunc malignitate versentur, si autem malos mali erunt, in quantalibet nunc bonitate cernantur, quod exemplo cuiusdam fratris probat. 434
Præscientia multoties pro prædestinatione accipitur. 440
Præuenit misericordia hominem non bonis, sed multis malis meritis præcedentibus. 347
Promittit deus, qđ ipse facturus est, non qđ homines, quia & si faciunt homines bona quę pertinent ad colendum deum, ille facit, vt ipsi faciant, quæ præcepit, non illi faciunt, vt ipse faciat, quæ promisit, alioquin, vt dei promissa compleantur non in dei, sed in hominum est potestate. 395
Proximo non tantum bonam doctrinam, sed exemplaque bona illi præbeamus 305
Puniendi Tyrij, & Sodonij, sed minus quam illę ciuitates, in quibus facta fuerunt signa, & non crediderunt. 423

Q

QVAERENDVM non est, quare deus hunc saluet, & illũ damnare permittat, quia non est possibile reperire. 460
Quotidiana sanctificatione opus est nobis, vt qui quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus, ex diuo Cypriano martyre. 223

R

RAPTVS est ne malitia immutaret intellectum eius, secundum pericula huius vitæ, & non secundum præscientiam dei, est dictum

dictum.
Recipere aliquid a discipulis euangelij est, necessitatis, & charitatis est prębere. 399
Reconciliari Christo est cum illo pacem habere. 277
Non quia Recti sunt corde, sed vt recti sint corde, deus præter dit iustitiam suam, qua iustificat impium, 350
Recte viuendi donum apostolus secundam dicit gratiam. 235
Religio Christiana, & si non dicebatur, attamen erat ab initio generis humani. 360
Religio dicitur a religando, quia animas nostras deo ligamus, vel ab eligendo. 21
Redit deus mala pro malis, & sic iustus est, & bona pro malis, & sic bonus est, & bona pro bonis, & sic bonus & iustus est. 23
Non Retributa Christo, sed tributa fuit illa sancta generatio, ita & nos gratia renascimur deo, & ille nos facit credere in Christum qui fecit in quem credimus Christum. 460
Res vna & eadē, aliter & aliter accepta bona est, & mala. 403

S

SALVS nunquam defuit illi qui dignus fuit, & cui defuit dignus non fuit, non hoc dixi tanquam ex meritis suis quisquam dignus sit, sed quemadmodum dicit Apostolus, non ex operibus sed ex vocante, quam vocationem ad dei propositum asserit pertinere. 465
Sancti in tantis tribulationibus non permanerēt nisi illis deus velle, & posse perseuerare operaretur. 61
Saulus, qui postea Paulus Apostolus, non ob aliud vt mihi videtur hoc nomen Paulum elegit nisi vt se ostenderet paruum tanquam minimum apostolorum. 345
Sapientia dei, legem & misericordiam in lingua portat, legem qua reos faciat superbos, misericordiam qua iustificet humiliatos. 236
Sapere secundum carnem mors est, sapere secundum spiritum vita & pax. 238
Sancti omnes ab Abel, vsque ad Ioannem Baptistam, siue ab ipsis Apostolis vsque ad hoc tempus, & deinceps vsque ad terminum seculi, in domino laudandi sunt, non in seipsis, quia & illorum anteriorum vox est, in domino laudabitur anima mea, psal. 33. & istorum posteriorum vox est, Gratia dei sum quod sum, 1. Cor. 15. & ad omnes pertinet qui gloriatur in domino glorietur. 1. Cor. 1 233
Sanctorum omnium communis est confessio, si dixerimus q̄ peccatum non habemus nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est. 1. Ioan. 1. 199. & 200
Sciri aliquid vel credi, & tamen non diligi potest, diligi autem quod neque scitur, neque creditur, non potest. 200
Schola in qua deus auditur & docet, valde remota est a sensibus carnis, multos venire videmus filium, sed quomodo & vbi audierint a patre non videmus, nam gratia ista secreta est, hæc gratia a duro corde non respuitur, quia cordis duritiam auferet, quia docendo intus pater, aufert cor lapideum & donat cor carneum, sicut Ezechiel propheta cap. 36. promisit, sic quippe facit filios p̄missiōnis in stola misericordiæ, q̄s p̄parauit in gloriā. 416
In Scripturis sancta multa obscura, quæ cognito locutionis genere diluescunt. 273
Sermones nostri vna nobiscum in manu dei sunt. 68
Seruemus conscientiam & famam bonam. 338
Seruitus est cultus, si propter terrena colatur deus, & talis cultus pertinet ad filios ancillę, si autem colatur propter ipsum deū, vt in vita æterna sit ipse deus, omnia in omnibus liberalis est seruitus pertinens ad filios liberæ, 306
Sperandum in Christo. 189
Spiritus sanctus aliqua apertius, & alia occultius sonare facit mysteria. 817
Spiritus sanctus aliqua apertius, & alia occultius sonare facit mysteria. 276
Spiritus sanctus nō solū adiuuat mētes bonas, sed et illas facit. 214
Vbi spiritus, dñi ibi libertas: hic spiritus est cuius dono iustificamur, quo fit in nobis, vt nō peccare delectet, vbi libertas est. 348
Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, hoc est nos cum gemitu, interpellare facit. 449
Spiritus sanctus nos ad deum clamare, & orare facit, ob id ipse spiritus pro nobis clamare, & orare dicitur. 351
Stultum est putare se habere iustitiam angelorum, si non sumus æquales angelis. 193
Sufficit hominis scire quod apud deum non est iniquitas. 160
Superbia oritur cum sibi quisque præsidit, seque sibi ad viuendum caput facit. 235

T

TEMPVS tolerationis & non separationis, modo est. 304
Tempora mutata sunt, & non fides. 106
Testamentum vetus sic dicitur, propter veteris hominis noxam, quę per literam iubentem, & minantem, minime sanabatur, nouum autem propter nouitatem spiritus, quæ hominem nouū sanat a vitio vetustatis. 251
Quod Timore iustitię fit, nondum bene fit, quia non fit in corde quod fieri videtur in opera, quando mallet homo non facere, si posset impune. 177
Qui Timore legem seruant, non habent apud deum in voluntate, quod apud homines apparet in opere. 237. & 265
Timore non abstinendum a correptione. 352
Tyrijs & Sidonijs quia vt crederent non erat eis datum, negata fuerunt eis media vnde crederent. 431
Totum deo detur, & cogitare, & velle, & operari. 430
Trahitur homo miris, modis, vt velit ab illo, qui iouit intus ipsis hominum cordibus operari, non vt homines quod fieri non

non potest, nolentes credant, sed Vt volẽtes ex nolentibus fiãt. 156
Tutiores viuimus si totũ deo damus, & non illi ex parte, & nobis & ex parte, nos ipsos committimus. 408

V

VARIE fideles ad beatitudinem accedunt, non aurum aut argentum sed fidem attulentes. 321. &. 322
Vasa aliqua in honorem, alia in contumeliam, placuit deo ante mundi constitutionem facere. 280
Velle non possumus aliquid nisi vocemur, & cum post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra, & cursus noster, nisi deus & vires currentibus præbeat & perducat quo vocat. 40 &. 385
Veritas habet, qđ est pœna peccati originalis ī paruulis. 428
Vetus testamentum ex consuetudine qua loquitur ecclesia, quadraginta quatuor continet libros, sed Apostolus vetus dicit testamentum, quod in monte Sina datum fuit. 50
Vetus testamentum carnalia, nouum vero spiritualia promittit. 186
Vetus testamentum dicitur, quia prius per literam reuelatum est, sed nouum prius erat in patribus, attamen, postea est reuelatum per Christum in carne. 188. &. 189
Vita beata non est, nisi perfecta cognitio dei. 5
Vita quæ sola beata dicenda est, vbi & corpus incorruptibile, atque immortale spiritui suo, sine vlla molestia vel reluctatione subditur. 15
Non Viuendum secundum mentem & rationem si quisquam beatum esse optat, sed hæc omnia deo subdenda. 3
Vita & mors a domino deo est, vita a donante & mors a vindicante. 36
Vita æterna quę meritis redditur, gratia dicitur: quia his redditur operibus quę gratia hominibus Contulit. 348
vnitatem ecclesiæ non seruant, qui non sunt filij promissionis. 314
Vocatio, quæ secundum dei propositum fit, non est omnium, sed tantum electorum. 385
Vocatio duplex, vna absoluta, alia secundum propositum electioni correspondens. 405
Vocat deus quos dignatur, & quem vult religiosum facit. 262
Voluntas a velle, & potestas a posse dicitur, & non quod volumus semper possumus, nec qđ possumus semper volumus. 262
Voluntas dei ira semper inuicta est, sed vinceretur si non inueniret quid de contemptoribus faceret, aut vllo modo possent euadere, quod de talibus ille constituit. 268
Omnis Voluntas bona est dei, quia a Christo est reparata vt sit bona. 96
Voluntas humana non valet refrenare concupiscentias, nisi gratia Christi adiecta: 210

Voluntas

Voluntas in Christo tanto magis libera, quanto minus peccato seruire poterat. 402
Voluntatem iustam nullus potest habere, nisi sine meritis præcedentibus acceperit gratiam. 145
Aliud voluntate benefaciendi benefacere, aliud voluntate sic ad malefaciendum inclinari, quod faceret si posset impune. 150
Voluntate peccatur, vt vero gratia est sanata, & recte viuitur. 13
Voluntas humana non potest deo resistere: 349
Voluntas dei de ipsis hominum voluntatibus quicquid vult facit. 349
Voluntate peccauit primus homo, & sic a deo cecidit. 326
Voluntates auersas, & aduersas, conuertere potest deus. 422
Cum Volumus præsto est voluntas, sine vllo interuallo temporis, sed & hoc desuper accipimus a domino. 49
Vox pastoris Christi modo ab ouibus audienda est. 302
Vtile est, vt taceamus aliquod verum, propter incapaces, ne illos, qui non intelligunt, peiores faciamus dummodo intelligentes inde non patiantur. 435
Vsus bonus liberæ voluntatis est ex deo. 25
Vult deus, de hominibus facientibus, quod ipse non vult facere quod vult. 548
Vult deus omnes homines (hoc est omnes prædestinato) saluos fieri. 349
Vxorem dimittere propter fornicationem, non tantum permissum, sed & iussum. 55

FINIS.

M. AVG. S. F.

christiano Lectori Salu.

ANDIDE lector, habes diui Augustini opuscula secundo impressa, a nonnullis mendis primæ impressionis vindicara, ac nouis scholis, argumentis, & materierum elẽchis (pro nostri ingenij mediocritate) illustrata. Quibus plurima studiosis non minus necessaria quàm vtilia addidimus. Nã D. Augustini Epist. ad honoratum (qua fidei & operum tollitur Controuersia) primũ locupletauimus tomum, Secundo verò Tomo tres libros de peccatorũm meritis & remissio (quibus omnia eradicantur Pelagianorum dogmata) apposuimus. Verũ enim verò vt pastoris nostri Christi Erga nos beneuolentiam, & Ouium in manu ipsius degentium (e qua illas nemo erruere valet) animaduerteres inuariabilem firmitatem Libris siue homilijs de pastoribus & de ouibus tertium ditauimus Tomum. Lege igitur & de reuelatis deo gratias age. et si quid capere non potes, Non. D. Augustino, nec mihi id tribuas, sed hebetudini tuæ, & deũ roga vt te ad se conuertat, ac cor lapideum auferat, & carneum donet, vt abscondita huius mundi sapientibus possis intelligere, Qui Augustinum docuit quòd scripsit, & tibi quemadmodum dignabitur impartietur. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI IN LIBROS RETRACTATIONVM, PROLOGVS.

AN DIV est quod facere cogito atque disponо, quod nunc adiuuãte Domino aggrediоr: quia differẽdum esse non arbitror, vt opuscula mea siue in libris siue in epistolis siue in tractatibus, cum quadã iudicaria seueritate recenseam, & quod me offendit, velut censorio stilo denotem. Nec̃ enim quisquã nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed si dicit, non ea debuisse a me dici quæ postea mihi etiam displicerent: verum dicit, & me cum facit. Eorum quippe reprehẽsor est, quorum & ego. Neque enim ea reprehẽdere deberẽ, si dicere debuissem. Sed qui primas nõ potuit habere sapientię, secundas habeat partes modestię: vt qui nõ valuit omnia impœnitẽda dicere, saltem pœnitеat quę cognouerit dicẽda nõ fuisse. Sed vt volet quisq; accipiat hoc quod facio, me tamẽ apostolicã illam sententiã, & in hac re oportuit intueri, vbi ait, Si nosipsos iudicaremus, a domino nõ iudicaremur. Illud etiam quod scriptum est: Ex multiloquio non effugies peccatum: terret me plurimum, non quia multa scripsi, vel quia multa etiã quę dictata non sunt, tamen a me dicta, conscripta sunt. Absit enim vt multiloquium deputẽ quando necessaria dicuntur, quãtalibet sermonũ multitudine ac prolixitate dicantur. Sed istã sententiam scripturę sanctę propterea timeo, quia de tã multis disputationibus meis sine dubio multa colligi possunt, quę si nõ falsa, at certe videãtur, siue etiã conuincãtur non necessaria. Quẽ vero Christus fideliũ suorum non terruit, vbi ait: Omne Verbũ ociosum quodcunq; dixerit homo, reddet pro eo rationẽ in die iudicij. Vnde & eius apostolus Iacobus: Sit, inquit, omnis homo velox ad audiẽdũ, tardus aũt ad loquendũ. Et alio loco: Nolite, inquit, plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniã maius iudiciũ sumitis: In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo nõ offendit, hic perfectus est uir. Ergo mihi hanc

Iudiciaria seueritate sua vult opuscula corrigere Augustinus.

Qui non dicẽda dixit pœniteat. 1. Cor. 11.

Prouer. 10.

Nõ dicit multiloquium quãdo necessaria dicũt

Mat. 12.

Iac. 1.

Iac. 3.

Aug. & si fenex nõ arrogat sibi pfectionẽ christianę doctrinę.

Universidad de Deusto

perfectionem nec nunc arrogo, cum iã sim senex, quam dominus cum iuuenis cœpi scribere, vel apud populos dicere: tantumq; mihi tributum est, vt vbicũque me præsente loqui opus esset ad populum, rarissime tacere atq; alios audire permitterer, & esse velox ad audiẽdum, tardus autẽ ad loquendum. Restat igitur vt me ipse iudicẽ sub magistro vno, cuius de offensionibus meis iudicium euadere cupio. Magistros autẽ plures tũc fieri existimo, cum diuersa atque inter se aduersa sentiunt. Cũ vero idipsum dicunt omnes, & vẽrum dicunt: ab vnius veri magistri magisterio non recedunt. Offendunt. autẽ nõ cum illius multa dicunt, sed cum addunt sua. Sic quippe incidunt ex multiloquio etiã in falsiloquium. Scribere autẽ ista mihi placuit, vt hęc emittam in manus hominum, a quibus ea quę iã ędidi reuocare emẽdanda non posſum. Nec illa sane prętereo, quę cathecumenus iam, licet relicta spe quam terrenam gerebam, sed adhuc secularium literarum inflatus consuetudine scripsi: quia & ipsa exierũt in notitiam describentium atque legentium, & legunt vtiliter si nonnullis ignoscatur: vel si non ignoscatur, nõ tamen inhæreatur erratis. Quapropter quicunque ista legturi sunt, non me imitentur errantem, sed in melius proficientem. Inueniet enim fortasse quomodo scribendo profecerim, quisquis opuscula mea ordine quo scripta sunt legerit. Quod vt posſit, hoc opere quantum potuero, curabo, vt eundem ordinem nouerit.

Tũc plures magistri eũ aduersa sentiũt, qñ vero oẽs verũ dicũt ab vno magistro Christo non recedunt.

Aug. nõ vult vt errãs imitari, sz vt in melius proficiens.

RETRACTATIONVM.

LIBER PRIMVS.

Contra Academicos. CAP. I.

Dogma Academicorum.

VM Ergo reliquissem, vel quę adeptus fuerã in cupiditatibus huius mũdi, vel quę adipisci volebam, & me ad Christianę vitę ociũ cõtulissem, nõdũ baptizatus, cõtra Academicos vel de Academicis primum scripsi, vt argumẽta eorũ quę multis ingerũt veri inueniẽdi desperationẽ, & prohibẽt cuiquã rei assentiri, & omnino aliquid tanquã manifestũ certũque sit, approbare sapientẽ, cum eis omnia videãtur obscura & incerta, ab animo meo, quia & me mouebãt, qnãtis possem rationibus amouerẽ. Quod miserãte atq; adiuuante deo factũ est. Sed in eisdẽ tribus libris meis, non mihi placet toties

toties me appellasse fortunam, quanuis non aliquam deã voluerim hoc nomine intelligi, sed fortuitum rerum euẽtum, vel in corporis nostri, vel in externis bonis aut malis. Vnde & illa verba sunt, quę nulla religio dicere prohibet, forte, forsan, forsitã, fortasse, fortuito. Quod tamẽ totum ad diuinam reuocãdum est prouidẽtiã. Hoc etiam ibi non tacui, dicens: Etenim fortasse quę vulgo fortuna nominatur, occulto quodam ordine regitur, nihilq; aliud in rebus casum vocamus, nisi cuius ratio & causa secreta est. Dixi quidem hoc, veruntamen pœniret me sic illic nominasse fortunam, cum videam homines habere in pessima consuetudine, & vbi dici debet: Hoc deus voluit, dicere, hoc voluit fortuna. Quod autẽ quodam loco dixi, ita comparatum est, siue pro meritis nostris, siue pro necessitate naturæ, vt diuinũ animum mortalibus inhærentem nequaquam sapientię portus accipiat, &c. Aut nihil horũ duorum dicẽdum fuit, quia etiam sic sensus posset esse integer, aut satis erat dicere, pro meritis nostris, sicut verum est ex Adã tracta miseria, nec addere, siue pro necessitate naturę, quãdoquidem naturę nostrę dura necessitas merito prægredentis iniquitatis exorta est. Itemq; illic quod dixi, Nihil omnino colẽdum esse totumq; abijciendum quicquid mortalibus oculis cernitur, quicquid vllus sensus attingit, addenda erãt verba, vt diceretur: Quicquid mortalis corporis vllus sensus attingit. Est enim sensus & mentis. Sed eorum more loquebamur tunc, qui sensum non nisi corporis dicũt, & sensibilia nõ nisi corporalia. Itaq; vbicunq; sic locutus sum, parũ est ambiguitas euitata, nisi apud eos quorũ cõsuetudo est locutionis huius. Item dixi, Quid censeas aliud esse beate viuere, nisi secũdum id quod in homine optimum est viuere? Et quid dixerim in homine esse optimũ, paulopost explicãs: Quis inquam dubitauerit, nihil esse aliud hominis optimum, quã eam partẽ animi, cui dominanti obtemperare cõuenit cętera quęcq;, quę in homine sunt? Hęc autem ne aliã postules definitionem, mens aut ratio dici potest. Hoc quidem verum est: Nã quãtũ attinet ad hominis naturã, nihil est in eo melius quã mẽs & ratio, sed nõ secundũ ipsam debet viuere qui beate viuere vult, alioquin secũdũ hominẽ viuit, cum secundum deum viuendum sit, vt posſit ad beatitudinem peruenire, propter quam consequendam non seipsa debet esse contenta, sed deo mens nostra subdenda est. Item respondens ei cum quo disputabatur: Hic plane, inquam, non erras, quod vt tibi omen sit ad reliqua, libenter optauerim. Hoc licet non serio, sed ioco dictum sit, nollem tamen eo verbo vti. Omẽ quippe me legisse nõ recolo, siue in sacris literis nostris, siue in sermone cuiuspiam ecclesiastici

Remouẽda est e sacris libris hęc dictio fortuna, idem in de ciuit. dei in T. 5.

Casus cuius rõ & cã secreta est. Lib. 1. cap. 1.

Mala ex demeritis Adã, et nõ ex necessitate, naturę vt ĩ Concil. Milenit. can. 1. determinatũ ẽ. Et in cõci. Aphric. can. 76. Et 1. 1. lib. Hypognosticõ cõtra Pelag. c. 1. ĩ T. 7. Et in isto. 3. T. op.

Nihil colẽdum quic

Lib. 1. c. 2. quid mortalis corporis vllus sensus attigit idẽ infra cap. 4. huius. 1. libri.

Nõ secũm mẽtẽ, & ppriã rationẽ uiuẽdũ, si gsuma beatũ eẽ optat, sed hæc oĩa do subdẽda sũt.

Lib. 1. c. 4. Illicq; nos totos cõmittere debebemus, vo-

OMEN. lũta tem eius nũæ volũ-

tati p̃ponẽdo, & nr̃a abnegando. N̄ illi cura ẽd nobis, q̄ prior nos dile xit quã nos illum diligere mus, vt ingt Io. epi. 1. ca. 4. qd ab Aug. exponit ī de gr̃a & lib. arbi. ad Valẽ. ca. 17. & 19. ī To. 7. & ī 2. T. ho. op. Et ī de p̃ dest. sanct. 17. & 19. ī To. 7. & in isto 3. To. opus. & super Euang. Io. trac. 102 ī To. 9. idq̄ cõfirmatũ est ab ecclesia in cõcil. Arausi. can. 25. in. 1. Tom. Concil.

Lib. 1. c. 3. Philocalia & Philosophia.

Ro. 9.

Lib. 10. de Genesi ad literã c. 6. &. 7. in Tomo. 3.

An oẽs hoium spũs cũ spũ adq̄ fue rint creati, vel fuce siue singulis hominibus da ti, se ignora re fatẽ. In deo est summum Hominis bonum, & non in mente.

Lib. 3. c. 12

Lib. 3. ca. 17. & 13.

Lib. 3. cap. 17. Pœnitet se extulisse Platonem.

ecclesiastici disputatoris, quanuis abominatio inde sit dicta, quæ in diuinis libris assidue reperitur. In secundo autem libro prorsus inepta est & insulsa illa quasi fabula de Philocalia & philosophia, quod sint germanę, & eodem parẽte procreatę, Aut enim philocalia, quę dicitur, nõ nisi in nugis est, & ob hoc philosophię nulla ratione germana. Aut ii propterea est hoc nomen honorandum, quia Latine interpretatũ, amorem significat pulchritudinis, & est vera ac summa sapientię pulchritudo, eadem ipsa est in rebus incorporalibus atque summis Philocalia quę philosophia, neq; vllo modo sunt quasi sorores duę. Alio loco cum agerem de animo, dixi, Securior rediturus in cœlum. Iturus autem, quam rediturus dixissem securius, propter eos qui putant animos humanos promeritis peccatorum suorum de cœlo lapsos siue deiectos, in corpora ista detrudi. Sed hoc ego propterea non dubitaui dicere, quia ita dixi in cœlum, tanquã dicerẽ ad deum qui eius est author & cõditor, sicut beatus Cyprianus non cũctatus est dicere. Nam cũ corpus e terra, spiritum posse ideamus e cœlo, ipsi terra & cœlũ sumus. Et in libro Ecclesiastæ scriptũ est: Spiritus reuertatur ad deum qui dedit illũ. Quod vtique sic intelligẽdũ est, vt non resistatur Apostolo dicenti: Nondum natos nihil egisse boni aut mali, Sine cõtrouersia ergo quędam originalis regio beatitudinis animi, deus ipse est. Qui eum non quidẽ de seipso genuit, sed de nulla re alia cõdidit, sicut cõdidit corpus e terra. Nã quod attinet ad eius originẽ, qua fit vt sit in corpore, vtrũ de illo vno sit qui primũ creatus est, quando factus est homo in animam viuã, an semper ita fiãt singulis singuli neq; tũc scibã, nec ad huc scio. In lib. tertio, Si quid mihi videatur quęris, inquã, in mente arbitror esse summum hominis bonũ. Verius dixissem, In deo. Ipso enim mẽs fruiẽ vt beata sit, tãquã summo bono suo. Nec mihi illud placet quod dixi: Libet deierare per omne diuinum.

Item quod dixi de Academicis, quia verũ nouerant, cuius simile appellabant verisimile, idque ipsum verisimile appellaui falsum, quod approbant, Duas obcausas non recte dictum est; vel quod falsum esset, quod aliquo modo esset simile alicuius veri, quia in genere suo, & hoc verũ est, vel quod approbant ista falsa, quæ vocabant verisimilia, cum illi nihil approbarent, & affirmarent nihil approbare sapientẽ. Sed quia hoc ipsum verisimile etiam probabile nuncupabant, hinc factum est vt hoc de illis dicerẽ. Laus quoque ipsa qua Platonẽ vel Platonicos seu Academicos

cos philosophos tantum extuli quantum impios homines non oportuit, non immerito mihi displicuit: præsertim quorum cõtra errores magnos defendenda est Christiana doctrina. Illud etiam quod in comparatione argumentorum Ciceronis, quibus in libris suis Academicis vsus est, meas nugas esse dixi, quibus argumenta illa certissima ratione refutaui, quanuis iocando dictum sit, & magis ironia videatur, nõ debuit tamen dici. Hoc opus sic incipit: O vtinam Romaniane hominẽ sibi aptum.

Lib. 3. cap. 20.

LIBRVM de beata vita, non post libros de Academicis, sed inter illos vt scriberem contigit. Ex occasione quippe ortus est diei natalis mei, & tridui disputatio ne completus, sicut satis ipse indicat. In quo libro constitit inter nos, qui simul quærebamus, non esse beatam uitam nisi perfectam cognitionem dei. Displicet autem illic, quod Manlio Theodoro, ad quem librum ipsum scripsi, quanuis docto & Christiano viro plus tribui quam deberem. Et quod fortunam etiam illic sæpe nominaui. Et quod tempore vitæ huius in solo animo sapientis dixi habitare vitam beatam, quomodolibet se habeat corpus eius, cum perfectam cognitionem dei, hoc est qua homini maior esse non possit, in futura vita speret Apostolus, quæ sola beata vita dicenda est, vbi & corpus incorruptibile atque immortale spiritui suo sine vlla molestia vel reluctatione subdetur. Sane istum librum nostro in codice interruptum repperi & non parum minus habere, & sic a fratribus quibusdã descriptus est, nec adhuc apud aliquem integrum inueneram, ex quo emendarem quando hæc retractaui. Hic liber sic incipit. Si ad philosophiæ portum.

De beata vita CAP. II.

In præfatione.

Disput. 3.

1. Cor. 13.

1. Cor. 15.

PER idem tempus inter illos qui de Academicis scripti sunt, duos etiã libros de ordine scripsi, in quibus magna quæstio versatur, vtrum omnia bona & mala diuinæ prouidentię ordo contineat. Sed cum rem viderem ad intelligendum difficilem, satis ægre ad eorum perceptionem cum quibus agebam disputando posse perduci de ordine studendi loqui malui, quo a corporalibus ad incorporalia potest profici. Verum & in his libris displiceret mihi sæpe interpositum fortunę vocabulum, Et quod non addebam, corporis, quando sensus corporis nominaui. Et quod multum tribui liberalibus disciplinis, quas multi sancti multum nesciunt, quidam autem qui sciunt eas, sancti non sunt. Et quod Musas quasi aliquas deas, quanuis iocando commemoraui. Et quod admirationem vitium nuncupaui. Et quod philosophos non vera pietate præditos, dixi virtutis luce fulsisse. Et quod duos mundos, vnum sensibilem, alterum intelligibilem, non ex Platonis vel ex Platonicorum persona, sed ex

De ordine. CAP. III.

Lib. 2. cap. 7.

Lib. 1. cap. 2.

Lib. 1. c. 1. &. 2.

Lib. 1. cap. 8.

Lib. 1. cap. 3.

Lib. 1. cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Io.18.

mea sic commendaui, tanquam hoc etiam dominus significare voluerit, quia non ait, Regnum meum non est de mundo: sed, Regnum meum non est de hoc mundo: cum posset & aliqua locutione dictum inuenire: & si alius a domino Christo significatus est mundus, ille congruentius posset intelligi, in quo erit cœlum nouum & terra noua, quando complebitur quod oramus, dicentes: Adueniat regnum tuum. Nec Plato quidem in hoc erra-

Apoc.21.
Matth.6.

uit, quia esse mundum intelligibilem dixit, si non vocabulum quod ecclesiasticæ consuetudini in re illa non vi-

Plato p mũdũ intelligibilẽ itelligit rationẽ ppetuã qua deus fecit mundum,

tatum est, sed ipsam rem velimus attendere. Mundum quippe ille intelligibilem, nuncupauit ipsam rationem sempternam atque incommutabilem, qua fecit deus mundum. Quam qui esse negat, sequitur vt dicat, irrationabiliter deum fecisse quod fecit, aut cum faceret vel antequam faceret, nescisse quid faceret, si apud eum ratio faciendi non erat. Si vero erat, sicut erat, ipsam videtur Plato vocasse intelligibilem mundum. Nec tamen isto nomine nos vteremur, si iam satis essemus literis ecclesiasticis eruditi. Nec illud mihi placet, quod cum dixissem:

Lib.2,cap,20.

Summa opera dãda est optimis moribus: mox addidi: Deus enim noster aliter nos exaudire nõ poterit: Bene autem viuentes facillime exaudiet. Sic enim dictum est, tanquam deus non exaudiat peccatores, quod quidem

Io.7.
Q it deus exaudit peccatores.

dixit in Euangelio, sed ille qui nondũ cognouerat Christum, a quo fuerat iam illuminatus in corpore. Nec illud placet, quod Pythagoræ philosopho tantum laudis dedi, vt qui hanc legit vel audit, posit putare me credidisse nullos errores in Pithagorica esse doctrina, cum sint plures, ijdemque capitales. Hoc opus sic incipit: Ordinem rerum Zenobi.

Errores multi & capitales in pithagorica doctrina.

Soliloquiorum. CAP. IIII.

INTER hæc scripsi etiam duo volumina secundum studium meum & amorem rationæ indagandæ veritatis de his rebus quas maxime scire cupiebam, me interrogans, mihique respondens, tanquam duo essemus, ratio & ego, cum solus essem. Vnde hoc opus Soliloquia nominaui, sed imperfectum remansit. Ita tamen vt in primo libro quæreretur, & vtcunque appareret, qualis esse debeat qui vult percipere sapientiam, quæ vtique non sensu corporis, sed mente percipitur. Et ex quadam ratiocinatione in libri fine colligitur, ea quæ vere sunt, immortalia esse. In secundo autem de immortalitate animæ diu res agitur, & non peragitur. In his sane libris non approbo, quod in oratione dixi, Deus qui nisi mundos verum scire noluisti. Respondeti enim potest, multos etiam non mundos multa scire vera. Neque enim definitum est hic quid sit verum, quod nisi mũdi scire non possint, & quid sit scire. Et illud quod ibi

Lib.1.cap.15.
Lib.1,cap.1.

1.sent.dist.2. cap.1.

positum

positum est: Deus cuius regnum est totus mundus, quem sensus ignorat, Si deus intelligendus est, addenda fuerant verba, vt diceretur, Quem mortalis corporis sensus ignorat. Si autem mundus dictus est quem sensus ignorat, ille recte intelligitur qui futurus est in cœlo nouo & terra noua. Sed etiam hic addenda erant illa verba, vt diceretur: mortalis corporis sensus. Sed illo more adhuc loquebar, quo sensus proprie corporis appellatur. Nec assidue reperendum est quod & superius inde iam dixi, sed hoc recolendum, vbicunque ista locutio in meis literis inuenitur. Et vbi dixi de patre & filio, Qui gignit, & quem gignit, vnum est, dicendum fuit, vnum sunt. Sicut aperte ipsa veritas loquitur, dicens; Ego & pater vnum sumus. Nec illud mihi placet, quod in ista vita deo intellecto tam beatam esse animam dixi, nisi forte spe. Item quod dixi, Ad sapientiæ cognitionem non vna via peruenitur: non bene sonat, quasi alia via sit præter Christum, qui dixit, Ego sum via. Vitanda ergo erat hæc offensio aurium religiosarum, quanuis alia sit illa vniuersalis via, aliæ autem viæ de quibus in Psalmo canimus, Vias tuas domine notas fac mihi, & semitas tuas doce me. Et in eo quod ibi dictum est, Penitus esse ista sensibilia fugienda: cauendum fuit, ne putaremur illam Porphyrij falsi philosophi tenere sententiam, qua dixit, Omne corpus esse fugiendum, Non autem dixi ego omnia sensibilia, sed ista, hoc est corruptibilia, sed hoc potius dicendum fuit. Non autem talia sensibilia futura sunt in futuri seculi cœlo nouo & terra nona. Item quodam loco dixi, quod disciplinis liberalibus eruditi, sine dubio in se illas obliuione obrutas eruunt discendo, & quodammodo refodiunt. Sed hoc quoque improbo. Credibilius est enim propterea uera, respondere de quibusdam disciplinis, etiam imperitos earum, quando bene interrogantur: quia præsens est eis quantum, id capere possunt, lumen rationis æternæ, vbi hæc immutabilia vera conspiciunt, non quia ea nouerant aliquando & obliti sunt, quod Platoni vel talibus visum est. Contra quorum opinionem quanta pro suscepta opera dabatur occasio, in libro duodecimo De trinitate, diserui. Hoc opus sic incipit; Volenti mihi multa ac varia mecum.

Mortalis corporis sensus ignorat deũ, idem supra cap.1.
Apoc.21.
Idem supra Cap.1.
1.sent. dist.2. cap.omnes.
Ioan.10.
Lib.1.cap.7.
Roma.8.
Lib.1.cap.13.
Solus Christus uia ad sapiẽtiã.
Ioan.14.
Psal.24.
Lib.1.cap.14.
Lib.2. cap.20.
Cap.15.

De immortalitate animæ. CAP. V.

POST libros Soliloquiorũ iã de agro Mediolanum reuersus, scripsi librũ de immortalitate animę, quẽ mihi quasi cõmonitorium esse volueram propter Soliloquia terminãda, quę imperfecta remanserant. Sed nescio quo modo me inuito exijt in manus hominum, & inter mea opuscula nominat. Qui primo ratiocinationũ cõtorsione atq; breuitate sic obscurus est, vt fatiget cũ legit etiã

Cap.1.
Liber de immortalitate aiæ vix

Intelligitur ab Augustino. Cap. 4.

intentionem meam, vixque intelligatur a meipso. Dein de cogitans nihil aliud quam animos hominum in quadam argumentatione eiusdem libri dixi, Non esse in eo quod nihil discit, disciplina potest. Item quod alio loco dixi, Nec vllam rem scientia complectitur, nisi quæ ad aliquam pertinet disciplinam: nec venit in mentem deum non discere disciplinas, & habere omnium rerum scientiam, in qua etiam præscientia est futurorum. Tale est & illud quod ibi dictum est: Non esse vitam cum ratione vlli, nisi animæ. Neque enim deo sine ratione vita est, cũ apud eum & summa vita & summa sit ratio. Et illud quod aliquanto superius dixi. Id quod intelligitur eiusmodi esse semper, cum intelligatur & animus, qui utique non eiusmodi est semper. Quod vero dixi, Animum propterea non posse ab æterna ratione separari, quia non ei localiter iungitur: profecto non dixissem, si iam tunc essem literis sacris ita eruditus, vt recolerem quod scriptũ est, Peccata vestra separant inter vos & deum. Vnde intelligi datur etiam earum rerum posse dici separationem quæ non locis, sed incorporaliter iunctæ fuerant. Quid sit etiam quod dixi; Anima si caret corpore, in hoc mundo non est: non potui recordari. Nunquid enim animæ mortuorum aut non carent corpore, aut in hoc mundo non sunt: Quasi vero inferi non sint in hoc mundo? Sed quia carere corpore in bono posui, fortasse nomine corporis pestes corporeas appellaui. Quod si ita est, nimis insolenter verbo vsus sum. Illud quoque temere dictum est: A summa essentia speciẽ corpori per animam tribui, qua est in quantumcunque est. Per animam ergo corpus subsistit, & eoipso est quo animatur: siue vniuersaliter vt mundus, siue particulariter vt vnumquodq; animal intra mundum. Hoc totum prorsus temere dictum est. Hic liber sic incipit: Si alicubi est disciplina.

Cap. 1.

Cap. 6.

Iesai. 19.

Cap 13.

Cap. 15.

De libris disciplinarum. CAP. VI.

PER idem tempus quo Mediolani fui baptismum percepturus, etiam disciplinarũ libros conatus sum scribere, interrogans eos qui mecum erant, atque ab huiusmodi studijs non ab horrebant: per corporalia cupiens ad incorporalia quibusdam quasi passibus, certis vel peruenire vel duci. Sed earum solum de grammatica librum absoluere potui, quem postea de armario nostro perdidi, & de musica sex volumina: quantum attinet ad eam partem quæ rhythmus vocatur. Sed eosdem sex libros iam baptizatus, iamq; ex Italia regressus in Africam scripsi. Incohaueram quippe tantummodo istam apud Mediolanũ disciplinam. De alijs vero quinque disciplinis illic similiter incohatis: de dialetica, de rhetorica, de geometria, de arithmetica, de philosophia, sola principia remanserunt, quæ tamẽ etiam ipsa perdidimus:

2. Retr. cap. 11.

dimus: sed haberi ab aliquibus existimo. Hoc opus sic incipit: Omnia nomina tredecim.

IAM baptizatus autem cum Romæ essem, nec ferre tacitus possem Manichæorum iactantiam, de falsa & fallaci continentia vel abstinentia, qua se ad imperitos decipiendos veris Christianis, quibus comparandi non sunt, insuper præferũt, scripsi duos libros, vnum de moribus ecclesiæ catholicæ: alterũ de moribus Manichæorum. In eo igitur qui est de moribus ecclesiæ catholicæ, vbi posui testimonium, in quo legitur: Propter te affligimur tota die, estimati sumus vt oues occisionis, mendositas nostri codicis me fefellit minus memorem scripturarum, in quibus nondum assuetus eram. Nam eiusdem interpretationis alij codices non habent, Propter te afficimur: quod vno verbo alij dixerunt mortificamur. Hoc esse verius Græci libri inducant, ex qua lingua in latinã scdm Septuaginta interpretes, veterũ diuinarũ scripturarum est facta translatio: & tamen secũdum hæc verba, id est propter te afficimur, multa dispu tans dixi quæ in ipsis rebus non tanquam falsa impro bo, Veruntamen conuenientiam scripturarum veterum & nouarum, quam demonstrare cupiebam, ex his duntaxat verbis non vtique demonstraui. Vnde autem mihi error obrepserit, dixi: & alijs testimonijs eandem cõuenientiam sufficienter ostendi. Similiter & paulo post testimonium posui de libero sapientię, secundum codicẽ nostrum, in quo scriptum erat: Sobrietatem enim sapientia docet, & iustitiam & virtutem. Et secundũ hæc verba disserui res quidem veras, sed ex occasione mendositatis inuentas. Quid enim verius quam quod sapientia doceat veritatem contemplationis, quam nomine sobrietatis significaram putaui, & actionis probitatem, quam per duo alia intelligi volui, per iustitiam atq; virtutem: cum codices eiusdem interpretationis veriores habeant: Sobrietatem enim & sapientiam docet, & iustitiam & virtutem? His enim nominibus Latinus interpres quatuor illas virtutes, quę maxime in ore philosophorum esse adsolent, nominauit, sobrietatem appellãs temperantiam: prudentię imponens nomen, sapientiam fortitudinem vero virtutis vocabulo enuncians, solam iustitiam suo nomine interpretatus est. Has autem quatuor virtutes in eodem libro Sapientię suis nominibus appellatas, sicut a Græcis vocantur, longe postea reperi mus in codicibus Græcis. Item quod posui de libro Salomonis, Vanitas vanitatum, dixit ecclesiastes. In multis quidem codicibus legi, sed hoc Gręcus non habet: habeat autem, Vanitas vanitatum: quod postea vidi: & inueni eos Latinos esse veriores, qui habent vanitatũ, non

De morib. eccl. catholicæ, & de moribus Manichæorum. CAP. VII. Cap. 9. Psal. 43. Roma. 8.

Roma. 8.

Cap. 16. Sap. 8.

Has ꝙtuor virtutes ex euangelio discimus, fortitudinẽ qdẽ qñ dicit dñs ne timueritis eos qui occidunt corpus, aiam aũt occidere nõ possũt Mat. 10. Et prudẽtiã qñ admonet, Eccl. 1. Estote prudentes vt serpentes

Mat.10. iustitia aũt qñ docet, sicut vultis vt faciant vobis hoies, ita & Vos facite eis Mat. 7. tẽperantiã qũ dicit, q̃ aspexerit mulierem ad concupiscendũ, iã mechatus est eã in corde suo Mat. 5 Cap. 27.

Maior charitas patriç, quam viç

Cap. 30.

Deut. 4.

Hõ hic nõ põt esse sine vitio, idem in epist. 5. epi. quæ est 95. in. 2. Tom. & in 2. To. horũ opusc. & in cõci. Mileuit. can. 6. 7. & 8. & in concil. Aphri. can. 81. 82. & 83. in. 1. Tom. concil. & in de Eccle. dogm. ca. 21. & 26. & 27. in 3. Tom. & in. 1. Tomo horum opuscu.

Ephe. 5.

Matth. 6.

Tota eccle. dicit dimitte nobis debita nra, et nõ humiliter

non vanitatum. Ex occasione tamen huius mendositatis quæcunque dixerui, vera esse in ipsis rebus apparent. Quod autem dixi, Eum ipsum quem cognoscere volumus, hoc est deum, prius plena charitate diligamus, melius diceretur sincera quam plena ne forte putaretur charitatem dei non futuram esse maiorem, quando videbimus facie ad faciem. Sic itaque hoc accipiatur: tanquam plena dicta sit, qua maior esse non possit, quam diu ambulabamus per fidem. Erit enim plenior, imo plenissima, sed per speciem. Item quod dixi de ijs qui subueniunt indigentibus, quia misericordes vocantur, etiam si sapientes vsque adeo sint, vt iam nullo animi dolore turbentur, non sic accipiendum est tanquam definierim in hac vita esse tales sapientes. Non enim dixi, cum sint: sed dixi, etiam si sint. Alio loco vbi dixi, Iam vero cum hæc humana dilectio inhærentẽ vberius suis nutriuerit & roborauerit animum, sequendo deo factum idoneum, vbi eius maiestas ex tanta parte quanta homini dum terrę huius inhabitator est sufficit, aperire se cœperit, tãtus charitatis ardor innascitur, & tantum diuini amoris consurgit incendium, vt exustis omnibus vitijs, & homine sanctificato atque purgato, satis appareat quam diuine dictum sit: Ego sum ignis consumens: possunt putare Pelagiani, istam perfectionem in hac mortali vita me dixisse posse contingere. Sed non hoc putent, Ardor quippe charitatis sequendo deo factus idoneus, & tam magnus vt vitia cuncta consumat, in hac vita nasci & crescere potest: perficere vero propter quod nascitur, vt nullum insit homini vitium, non consequenter hic potest: quamuis tanta ista res eodem ardore charitatis perficiatur, vbi perfici & quando perfici potest: vt quemadmodum lauacrum regenerationis purgat a reatu omnium peccatorum quæ humana traxit natiuitas, & contraxit iniquitas, ita illa perfectio purget ab omni labe vitiorum, sine quibus humana esse non potest in hoc seculo infirmitas. Sicut accipiendum est etiã quod ait Apostolus: Christus dilexit ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, mundans eam lauacro aquę in verbo, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Hoc est enim lauacrum aquę in verbo quo mundatur ecclesia. Sed cum tota dicat ecclesia quandiu hic est: Dimitte nobis debita nostra: non vtique hic est sine macula & ruga, aut aliquid eiusmodi: ex eo tamen quod hic accipit, ad illam gloriam quę hic nõ est

est perfectionemque perducitur. In alio libro cuius est titulus de moribus Manichęorum, illud quod dixi, Dei bonitas omnia deficientia sic ordinat, vt ibi sint vbi cõgruentissime possunt esse donec ordinatis moribus ad id recurrant vnde defecerunt: non sic accipiendum est, tanquam omnia recurrant ad id vnde defecerunt, sicut Origeni visum est, sed ea omnia quæ recurrunt. Non enim recurrent ad deum a quo defecerunt, qui sempiterno igne punientur, quanuis omnia deficientia sic ordinẽtur, vt ibi sint vbi congruentissime possunt esse: quia & illi qui non recurrunt, congruentissime in pœna sunt. Alio loco, Nemo fere, inquam, de scarabeis dubitat, quin de fimo in pilam rotundato ab his atque obruto existant: cum hoc vtrum verum sit, multi dubitent, multi ne audiuerint quidem. Hoc opus sic incipit: In alijs libris satis opinor.

De animę quantitate. CAP. VIII.

IN EADEM vrbe scripsi dialogũ, in quo de anima multa quæruntur ac differũtur, id est vnde sit, qualis sit, quanta sit, cur corpori fuerit data, cum ad corpus venerit qualis efficiatur, qualis cum abcesserit. Sed quoniam quanta sit, diligentissime ac subtilissime disputatũ est, vt eam si possemus ostenderemus corporalis quantitatis non esse, tamẽ magnum aliquid esse, ex hac vna inquisitione totus liber nomen accepit vt appellaretur. De animę quantitate. In quo libro illud quod dixi, Omnes artes animum secum attulisse mihi videri: nec aliud quicquam esse id quod dicitur discere, quam reminisci ac recordari, non sic accipiẽdum est, quasi ex hoc approbetur animam vel hic in alio corpore, vel alibi sine in corpore, siue extra corpus aliquando vixisse, & ea quæ interrogata respondet, cum hic non didicerit, in alia vita ante didicisse. Fieri enim potest, sicut iam in hoc opere supradiximus, vt hoc ideo possit, quia natura intelligibilis est, & connectitur non solũ intelligibilibus, verum etiam immutabilibus rebus. Eo ordine facta est, vt cum se ad eas res mouet quibus connexa est, vel ad seipsam, inquantum eas videt, in tantum de his vera respondeat. Nec sine oĩs artes eo mõ secũ attulit ac secũ habet. Nã de artibus quę ad sensus corporis pti nent, sicut multa medicinę, sicut astrologię omnia, nisi quod hic didicerit, non potest dicere. Ea vero quæ sola intelligentia capit, propter id quod dixi, cum vel a seipsa vel ab alio fuerit bene interrogata, & recordata respondet. Alio loco, Vellem, inquam, hinc plura dicere, ac meipsum cõstringere, dũ quasi tibi præcipio, vt nihil aliud agerẽ quam redderer mihi, cui me maxime debeo,

CAP. I.

Cap. 20.

Lib. 12. de trinitate. cap. 15.

Aĩa vt cõnexa intelligibilibus rebus de his vera respõdet, & de seipsi, de sensibilibus aũt nihil scit nisi q̃ hic di scit

Cap. 23.

ſ3 veraciter, vt determinatũ est ab eccle. vbi supra idẽ infra. c. 19. huius libri. Retra. cap. 14. De ciui. dei. c. 17

Universidad de Deusto

Hō ꝑus sibi rēdēdus ē, vt in deſurgat ad deum. Luc. 12.

vnuſquiſq; magis ſe ſibi d3, q̄ oibus ĥoibus, & deo magis q̄ ſibi

beo, Vbi videor dicere potius debuiſſe, redderet deo, cui me maxime debeo. Sed quoniam prius ſibi ipſe homo reddendus eſt, vt illic quaſi gradu facto, inde ſurgat atque attollatur ad deum: ſicut filius ille minor prius reuerſus eſt ad ſemetipſum, & tunc ait, Surgam & ibo ad patrem meum: ideo ſic ſum locutus. Denique mox addidi, Atque ita fieri amicum mancipium domino. Quod ergo dixi, Cui me maxime debeo, ad homines retuli: Magis enim mihi me debeo quam hominibus cæteris, quanuis deo magis quā mihi. Hic liber ſic incipit: Quoniam video te abundare ocio.

De lib. arbitrio. CAP. IX.

Malū. nō exortū, niſi ex li. ar.

CVM adhuc Romæ demoraremur, voluimus diſputando quærere, vnde ſit malum. Et eo modo diſputauimus, vt ſi poſſemus id quod de hac re diuinę authoritati ſubditi credebamus, etiam ad intelligentiam noſtram quantum diſſerendo opitulante deo agere poſſemus, ratio conſiderata et tractata perduceret. Et quoniā conſtitit inter nos diligenter ratione diſcuſſa, malū non exortum niſi ex libero voluntatis arbitrio, tres libri quos eadem diſputatio peperit, appellati ſunt de libero arbitrio. Quorum ſecundum & tertium in Aphrica, ĩ q̄ etiā Hippone regio presbyter ordinatus, ſicut tunc potui terminaui. In his libris ita multa diſſerta ſunt, vt incidētes nō nullæ quæſtiones, quas vel enodare non poterā, vel longam ſermocinationem in preſenti requirebant, ita differentur, vt ex vtraq; parte, vel ex omnibus eadem quęſtionum partibus, in quibus nō apparebat quid potius congrueret veritati, ad hoc tamen ratiocinatio noſtra concludetur, vt quodliber eorum verum eſſet, laudandus crederetur, vel etiā oſtenderetur deus. Propter eos quippe diſputatio illa ſuſcepta eſt, qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci, & deum, ſi ita eſt, creatorem omnium naturarum culpandum eſſe contendunt: eo modo volentes ſecundum ſuę impietatis errorem (Manichæi enim ſunt) immutabilem quandam & deo coęternam introducere malignā naturam. De gratia vero dei: qua ſuos electos ſic prędeſtinauit, vt eorum qui iam in eis vtuntur libero arbitrio, ipſe etiam præparet voluntates. nihil in his libris diſputatum eſt propter hanc propoſitam quæſtionem vbi aūt incidit locus vt huius gratię fieret commemoratio, tranſeunter commemorata eſt: non quaſi inde ageretur, operoſa ratiocinatione defenſa. Aliud eſt enim quærere, vnde ſit malū: & aliud eſt quęrere vnde reddeatur ad priſtinum, vel ad maius perueniatur bonum. Quapropter noui hęretici Pelagiani, qui liberum ſic aſſerunt voluntatis arbitrium, vt gratiæ dei non relinquant locum, quandoquidem eam ſecundum merita noſtra dari aſſe-

n de hære. c. 46 & ĩ de. 5. hære. c. 6. ĩ To. Et in To. 1. ho. opuſc. Prou. S. ſerm. 70

In tribus libris de li. ar. trāſſeum tes eſt loquutus de gratia.

2. ſent. diſtin. 28 ap. 1.

runt, nō ſe extollant quaſi eorum egerim cauſam, quia multa in his libris dixi pro libero arbitrio, quæ illius diſputationis cauſa poſcebat. Dixi quippe in libro primo, Malefacta iuſtitia dei vindicari, Et addidi, Non. n. iuſte vindicarentur, niſi fierent voluntate. Item cū ipſam bonam voluntatem tam magnum bonum eſſe mōſtrarem, vt omnibus corporeis & externis bonis meritо anteponeretur, dixi, Vides igitur iam vt exiſtimo in voluntate noſtra eſſe conſtitutum, vt hoc vel fruamur, vel careamus tanto & tam vero bono. Quid enim tam in voluntate quam ipſa voluntas ſita eſt? Et alio loco: Quid ergo cauſę eſt, inquam, cur dubitandum putemus, etiam ſi nunquam ante ſapientes fuimus, voluntate nos tamen laudabilem & beatam vitam, voluntate turpem & miſeram mereri, ac degere? Item alio loco: Ex quo conficitur, inquam, vt quiſquis recte honeſteq; vult vi uere, ſi id ſe velle prę fugacibus rebus velit, aſſequatur tantam rem tanta felicitate, vt nihil aliud ei quam ipſum velle ſit habere quod voluit. Itēq; alibi dixi. Hoc enim ęterna lex illa, ad cuius conſiderationem redire iam tempus eſt, incōmutabili ſtabilitate firmauit, vt in voluntate meritum ſit, in beatitate autē & miſeria, præmium atque ſupplicium. Et alio loco, Quid, inquam, quiſque ſectandum & amplectendum eligat, in voluntate eſſe poſitum conſtitit. Et in libro ſecundo: Homo enim ipſe, inquam, inquantum homo eſt, aliquod bonū eſt, quia recte viuere cum vult poteſt. Et alio loco dixi: recte fieri non poſſe, niſi eodem libero voluntatis arbitrio. Et in libro tertio: Quid opus eſt, inquā, quæri vnde iſte motus exiſtat, quo voluntas euertitur ab incommutabili bono ad commutabile bonum, cum eum non niſi animi, & voluntarium, & ob hoc culpabilem eſſe fateamur, omniſque de hac re diſciplina, vtilis ad id valeat, vt eo motu improbato atque cohibito, voluntatē noſtram ad perfruendum ſempiterno bono, a lapſu temporalium conuertamus? Et alio loco, Optime, inquam, de te veritas clamat: Non enim poſſes aliud ſentire eſſe in poteſtate noſtra, niſi quod cum volumus, facimus. Quapropter nihil tam in noſtra poſtate quam ipſa voluntas eſt. Ea enim prorſus nullo interuallo mox vt volumus prę ſto eſt. Item alio loco, Si enim tu laudaris, inquam, videndo quid facere debeas, cum id non videas, niſi in illo qui eſt incommutabilis veritas, quanto magis ille qui & velle præcepit, & poſſe præbuit, & nō impune nolle permiſit? Deinde ſubiunxit, dicens, Si. n. hoc debet quiſque quod accepit, & ſic homo factus eſt vt neceſſario peccet, hoc debet vt peccet. Cū ergo peccat, quod debet facit. Quod ſi ſcelus eſt dicere, neminē

Lib. 1. cap. 12.

2. ſenten. diſt. 28. cap. alibi.

2. ſenten. diſt. 41 cap. ſi autem.

Lib. 1. cap. 13.

Lib. 1. cap. 14.

Lib. 1. cap. 15.

Cap. 1.

Lib. 2. cap. 18.

Cap. 1.

Lib. 3. cap. 3.

2. ſent. diſt. 28. c. alibi, & diſt. 41. cap. ſi autem.

Lib. 3. cap. 16.

natura

Lib.3.cap.17. natura ſua cogit vt peccet. Et iterum: Quæ tandem eſſe poterit, inquam, ante voluntatem cauſa voluntatis? Aut enim & ipſa voluntas eſt, & a radice iſta voluntatis non receditur: aut non eſt voluntas, & peccatū nullum habet. Aut igitur voluntas eſt prima cauſa peccandi: Aut nullum peccatū eſt prima cauſa peccandi: Nec eſt cui recte imputetur peccatum, niſi peccanti. Nō ergo eſt cui recte imputetur peccatum niſi voluntati. Et paulopoſt: Quis, inquam, peccat in eo quod nullo modo cauere poteſt? Peccat aūt: Cauere igit poteſt. Quo teſtimonio meo in quodam libro ſuo Pelagius vſus eſt. Cui libro cum reſpondiſſem titulum libri mei eſſe volui, De natura & gratia. In his atque huiuſmodi verbis meis, quia gratia dei cōmemorata nō eſt, de qua tunc nō agebatur, putant Pelagiani vel putare poſſunt, ſuam nos tenuiſſe ſententiam. Sed fruſtra hoc putant. Voluntas qp pe eſt, qua & peccatur, & recte viuitur: quod his verbis egimus, Voluntas ergo ipſa niſi dei gratia liberetur a ſeruitute qua facta eſt ſerua peccati, & vt vitia ſuperet, adiuuetur: recte pieque viuit a mortalibus nō poteſt. Et hoc diuinum beneficium quo liberatur, niſi eam præueniret, iam meritis eius redderetur, & nō eſſet gratia, quæ vtique gratis datur. Quod in alijs opuſculis noſtris tatis egimus, iſtos inimicos huius gratiæ nouos hæreticos refellentes, Quanuis & in his libris qui non contra illos omnino, quippe ille nondum erat, ſed contra Manichæos conſcripti ſunt, de libero arbitrio, non omnimodo de iſta dei gratia reticuimus, quā neſcinda impietate conantur auferre, Diximus quippe in ſecundo libro.

Quomō voluntas ē qua peccatur, & qua recte viuit. ide ab innocētio papa in epiſt. 26. i. 1. To. concil.

Lib.2.cap.19. 2.ſent. diſtī. 26. cap. ſi vero. Non ſolum magna, ſed etiam minima bona non eſſe poſſe, niſi ab illo a quo ſunt omnia bona, hoc eſt deo. Et paulopoſt, Virtutes, inquam, quibus recte viuitur, magna bona ſunt: Species autem quorum libet corporum, ſine quibus recte viui poteſt, minima bona ſunt Potentiæ vero animi, ſine quibus recte viui non poteſt, media bona ſunt. Virtutibus nemo male vtitur. Ceteris autem bonis, id eſt mediis & minimis, non ſolum bene, ſed etiam male quiſque vti poteſt. Et ideo virtute nemo male vtitur: quia opus virtutis eſt bonus vſus iſtorum, quibus etiam non bene vti poſſumus, Nemo autem bene vtendo male vtitur. Quare abundantia & magnitudo bonitatis dei, non ſolum magna ſed etiam media & minima bona eſſe præſtitit. Magis laudanda eſt bonitas eius in magnis quam in mediis, & magis in mediis qꝫ in minimis his bonis: ſed magis in omnibus, quam ſi non omnia tribuiſſet. Et alio loco, Tu tātum, inquam, pietatem inconcuſſam tene, vt nullum tibi bonum vel ſentienti vel intelligenti, vel quoquomodo cogitanti occurrat

2.ſent.diſtin.26. cap.quæritur.

Lib.2.cap.20.

currat, quod non ſit ex deo. Itemq; alio loco dixi: Sed quoniam non ſicut ſponte homo cecidit, ita etiā ſponte ſurgere poteſt: porrectam nobis de ſuper dexteram dei, id eſt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum firma fide teneamus. Et in libro tertio, cum dixiſſem illud, quo & Pelagium de meis opuſculis vſum fuiſſe commemorauit Quis enim, inquam, peccat in eo quod nullo modo cauere poteſt? Peccatur autem: Cauere igitur poteſt: continuo ſecutus adiunxi, Et tamen etiam per ignorantiam facta quædam improbantur, & corrigenda iudicantur, ſicut in diuinis authoritatibus legimus. Ait enim Apoſtolus: Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci. Ait & propheta: Delicta iuuentutis meę, & ignorantiæ meæ ne memineris. Sunt etiam neceſſitate facta improbanda vbi vult homo recte facere & non poteſt. Nā vnde ſunt illę voces: Non enim quod volo facio bonū, ſed quod odi malum, hoc ago. Et illud: Velle adiacet mihi, perficere aūt bonū nō (inuenio). Et illudd: Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnē. Hæc enim inuicem aduerſantur, vt nō ea quæ vultis faciatis? Sed hęc omnia hominum ſunt ex illa mortis dānatione venientium. Nam ſi non eſt iſta pœna hominis ſed natura, nulla iſta peccata ſunt. Si.n. nō receditur ab eo modo, quo naturaliter factus eſt, ita vt melius eſſe nō poſſit, ea quæ debet facit cū hæc facit. Si autē bonus homo eſſet, aliter eſſet: nunc autem quia ita eſt, non eſt bonus, nec habet in poteſtate vt bonus ſit, ſiue non videndo qualis eſſe debeat, ſiue videndo & nō volendo eſſe qualem ſe debere eſſe videt: pœnam iſtam eſſe quis dubitet? Omnis autem pœna ſi iuſta eſt, peccati pœna eſt, & ſupplicium nominatur. Si autē iniuſta eſt pœna, quo niam pœnam eſſe nemo ambigit, iniuſto aliquo dominante homini impoſita eſt. Porro quia de omnipotentia dei & iuſtitia dubitare dementis eſt, iuſta hæc pœna eſt, & pro peccato aliquo pēdit. Nō. n. quiſquā iniuſtus dñator, aut furripere hominē potuit velut ignorāti deo, aut extorquere inuito tanquā inualidiori, vel terrendo vel cōfligēdo, vt hominē iniuſta pœna cruciaret. Relin quit ergo vt hęc pœna iuſta de dānatione hois veniat. Et alio loco: Approbare, inquā, falſa proueris vt erret inuitus, & reſiſtente atq; torquēte calore carnalis vinculi, nō poſſe a libidinoſis operibus temperare, non eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna damnati. Cum autem de illa voluntate recte faciendi loquimur, de illa ſcilicet, in qua homo factus eſt loquimur. Ecce quam lōge antequam Pelagiana hæreſis extiſſet, ſic diſputauimus, velut iam contra illos diſputaremus. Cum enim omnia bona dicerentur ex deo, id eſt & magna & media

1.ſent.diſt.36. cap.& ideo.

1.Tim.1. Pſal.24. Roma.7. Gal.5

Lib.3.cap.18. 3.ſent.diſtin.25. cap.tradit.

Auguſtinus diſputauit ꝺ grāco tra Pelagianos antequā eſſet hæ

resis Pelagiana 2.sent.distin.26 cap.quæritur.

dia & minima,in medijs quidem bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium, quia & male illo vti pussumus,sed tamen tale est,vt sine illo recte viuere nequeamus.Bonus autem vsus eius iam virtus est,quæ in magnis reperitur bonis,quibus male vti nullus potest, Et quia omnia bona,sicut dictum est,& magna et media et minima ex deo sunt,sequitur vt ex deo sit etiam bonus vsus liberæ voluntatis,quę virtus est,& in magnis numeratur bonis.Deinde dictum est:Ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta,liberet dei gratia,quia sponte homo,id est libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere.Ad quam miseriam iustæ damnationis pertinet ignorantia & difficultas quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suæ,nec ab isto malo,nisi dei gratia quisquam liberatur Quam miseriam Pelagiani nolunt ex iusta damnatione descendere,negãtes originale peccatum,quanuis ignorantia & difficultas,etiam si essent hominis primordia naturalia,nec si culpandus deus,sed laudandus esset, sicut in eodem tertio libro disputauimus.Quæ disputatio contra Manichæos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas Veteris instrumenti,in quibus originale peccatum narratur, & quicquid inde in literis apostolicis legitur:detestabili impudentia immissum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum,tanquam non fuerit ab apostolis dictum, Contra Pelagianos autem hoc defendendum est,quod vtraque scriptura commendat,quã se accipere profitentur. Hoc opus sic incipit: Dic mihi quęso te.

Hõ li.ar.cadere põt,si ñ surgere idẽ derminatũ ẽ ab eccl.in cõcil. araus.cã.2.et ab Innocẽtio Papa epi.26.et ĩ decre. cœle.papę cã.15 in.1.To.concil. Li.3.c.20.&.21. 3.sen.distin.15. cap.sed forte.

De genesi uduersus Manichęos. CAP. X.

IAM vero in Aphrica constitutus, conscripsi duos libros de Genesi contra Manichæos, Quanuis enim superioribus libris quicquid disputaui, vnde ostenderẽ deum summe bonum & immutabilem creatorẽ esse omnium mutabilium naturarum,nec vllam esse naturam, malam siue substãtiam inquantum natura est atque substantia,aduersus Manichæos nostra inuigilaret intẽtio: isti tamen duo libri apertissime aduersus eos æditi sunt in defensionem veteris legis,quam vehemẽti studio væsani erroris oppugnant.In primo ab eo quod scriptum est:In principio fecit deus cœlum & terram:donec septẽ peragantur dies,vbi legitur deus requieuisse in die septimo. In secundo autem ab eo quod scriptum est, Hic liber creaturę cœli & terræ,donec Adam & mulier eius dimissi sunt de paradiso,& custodia posita est ligno vitæ. Deinde in fine libri,errori Manichęorum fidem catholicę veritatis opposui,quid illi dicant, & nos quid dicamus breuiter aperteque complectẽs.Quod vero dixi:Illud autem lumen non irrationabilium animalium oculos pascit,sed pura corda eorum qui deo credunt,& ab

Cap.1. Gene.1.

Gene.3.

Lib.1,cap,3:

ab amore visibilium rerum & temporaliũ se ad eius prę cepta implenda conuertunt,quod omnes homines possunt si velint,non existiment noui hæretici Pelagiani secundum eos esse dictum. Verum est enim omnino omnes homines hoc posse si velint,sed præparatur voluntas a domino,& tantum augetur munere charitatis vt possint.Quod hic ideo dictum non est, quoniam præsenti necessarium non erat quæstioni, Quod vero ibi legitur benedictionem dei,qua dictum est,Crescite & multiplicamini:in carnalem fœcunditatem post peccatum cõuersam esse credendam,si non potest alio modo dictum videri,nisi vt putentur illi homines non habituri fuisse filios homines nisi peccassent:omnino non approbo.Illud etiam non est consequens,vt ideo intelligatur in allegoria tantummodo esse accipiendum,quod herbæ virides,& ligna fructifera omni generi bestiarum, & omnibus auibus,& omnibus serpentibus in libro Geneseos dantur ad cibum,quia sunt & quadrupedia & volatilia, quæ solis carnibus viuere videantur. Fieri enim posset vt alerentur ab hominibus etiam de fructibus terræ, si propter obedientiam qua ipsi homines deo sine vlla inimicitate seruirent,mererentur omnes bestias & aues omni modo habere seruientes.Item monere potest, quomodo dixerim de populo Israel:adhuc corporali circuncisione & sacrificijs,tanquam in mari gentium populus ille legi seruiebat.Quandoquidem apud gentes sacrificare non poterant,sicut eos & nunc videmus sine sacrificijs remansisse,nisi forte quod per pascha immolant ouem, hoc insacrificio deputetur.In II etiã libro illud quod posui,nomine pabuli significari posse vitam,cum melioris interpretationis codices non habeant pabulũ sed fœnum,non satis apte dictum videtur.Non enim congruit fœni nomen significationi vitæ,quomodo pabuli. Item videor non recte appellasse verba prophetica quib.scriptum est,Quid superbit terra & cinis?quia nõ in eius libro legitur quem certissimus appellandum esse prophetam. Nec illud apostoli, vbi adhibet testimonium de Genesi,dicens. Factus est primus homo Adam in animam viuentem, sicut ille voluit,intellexi cum exponerem quod scriptum est,Insufflauit deus in faciem eius flatum vitæ, & factus est homo in animam viuam,vel in animam viuentem. Apostolus enim ad hoc adhibuit illud testimonium,vt probaret esse corpus animale: ego autem hinc putaui hoc esse monstrandum, animalem factum prius hominem, non corpus hominis sed lum. Quod autem dixi, Nulli naturæ nocere peccata nisi sua:ideo dixi,quoniam iusto qui nocet,non ei vere nocet, quandoquidem etiam mercedem eius auget in

Proue.8 ser.70.

Lib.1.cap.19. Gene.2.

Lib.2, cap.20.

Lib,1,c.23

Cap,3.

Lib.2.cap.5. Eccle.10.

Lib.2.cap. 8. 1.Cor.15. Gen.2:

1.Cor.15.

Lib.2.cap.20. Mat.5.

cœlis: sibi autem peccando vere nocet, quia propter ip
sam voluntatem nocendi, recipiet id quod nocuit. Pos
sunt sane Pelagiani ad suum dogma trahere istam senten
tiam, & ideo dicere paruulis aliena non nocuisse, pec
cata, quia dixi nulli naturæ nocere peccata nisi sua; non
intuentes ideo paruulos, qui vtique pertinent ad huma
nam naturam, trahere originale peccatum, quia in pri
mis hominibus natura humana peccauit, ac per hoc na
turæ humanæ nulla nocuere peccata nisi sua. Per vnum
quippe hominem in quo omnes peccauerunt, peccatum
intrauit in mundum, non enim nulli homini, sed nulli na
turæ dixi peccata nocere nisi sua. Item in eo quod pau
lopost dixi. Nullum esse malum naturale, possunt
quærere similem latebram, nisi hoc dictum ad naturam
talem referatur, qualis sine vitio primitus condita est.
Ipsa enim vere ac proprie natura hominis dicitur. Tran
slato autem verbo vtimur, vt naturam dicamus etiam
quali nascitur homo. Secundum quam locutionem di
xit Apostolus: Fusmus enim & nos aliquando natura fi
lij iræ, sicut & cæteri. Hoc opus sic incipit: Si eligerem
Minachæi quos deciperent.

Nulli naturæ peccata nocent nisi sua.

Rom.5.

Eph.2.

De musica CAP. XI. Sap.13.& 14. & 15.

DENIDE vt supra commemoraui, sex libros de mu
sica scripsi, quorum ipse sextus maxime innotuit, quon
am res in eo digna cognitione versatur, quomodo a cor
poralibus & spiritalibus, sed mutabilibus numeris per
ueniatur ad immutabiles numeros qui iam sunt in ipsa
immutabili veritate, & sic inuisibilia dei per ea quæ fa
cta sunt intellecta conspiciantur. Quod qui non possunt
& tamen ex fide Christi viuunt, ad illa certius atque fel
cius conspicienda post hanc vitam veniunt, Qui autem
possunt, si desit eis fides Christi, qui vnus mediator ei
dei & hominum, cum tota sapientia sua pereunt. In hoc
libro illud quod dixi, Corpora enim tanto meliora sunt
quanto numerosiora talibus numeris: anima vero istis
quę per corpus accipit carendo fit melior, cum sese aue
tit a carnalibus sensibus, & diuinis sapientiæ numeris re
formatur, non sic accipiendum est, quasi non sint futuri
numeri corporales in corporibus incorruptibilibus &
spiritalibus, cum multo speciosiora & decentiora futura
sint, aut anima eos sensura non sit, quando erit optima
quemadmodum hic eis carendum sit melior. Hic enim
opus habet auertere se a carnalibus sensibus ad intelligi
bilia capiẽda, quia infirma est & minus idonea vtrisque
simul adhibere intẽtionem suam. Et in his corporalibus
nunc illecebra cauenda est quandiu anima illici ad delec
tationem turpem potest. Tunc autem tam firma erit ap
que perfecta, vt numeris corporalibus non auertatur a
contemplatione sapientiæ, & ita sentiat eos vt non illi
ciat

Rom.1.

1.Thi.2.

Lib.6.cap.4.

Aĩa ĩ patria ita deo cõiũcta erit vt numeris corporalibus non auertaĩ a contẽplatiõe sapiẽtiæ

atur ab eis, nec eis carendo fiat melior, sed ita sit bona & recta, vt nec latere possint eam nec occupare. Item quod dixi, Hæc autem sanitas tunc firmissima erit atq; certissima, cum pristinæ stabilitati certo suo tempore at que ordine hoc corpus fuerit restitutum. non ita dictum putetur, quasi non sint futura post resurrectionem cor pora meliora, quam primorum hominum in paradiso fuerunt, cum illa iam non sint alenda corporalibus ali mentis quibus alebantur ista: sed pristina stabilitas ha ctenus accipienda est, quatenus ægritudinem ita nullam corpora illa patientur, sicut nec ista pati possent ante peccatum. Alio loco: Laboriosior est, inquam, huius mundi amor. Quod enim in illo anima quærit, constan tiam scilicet æternitatemque, non inuenit: quoniam re rum transitu completur infirma pulchritudo, & quod in illa imitatur constantiam, a summo deo per animam traij citur: quoniam prior est species tantummodo tempore commutabilis, quam est ea quæ & tempore & loeis. Hęc verba si eo modo accipi possent, vt non intelligatur insi ma pulchritudo nisi in corporibus hominum, omnium que animalium quæ cum sensu corporis viuunt, ratio manifesta defendit. Hoc quippe in ea pulchritudine imi tatur constantiam, quod in compage sua manent eadem corpora inquantum manent: id autem a summo deo in ea per animam traijcitur. Anima quippe ipsam compa gem tenet ne dissoluatur & diffluat: quod videmus in corporibus animalium anima discedente contingere. Si autem infima pulchritudo in omnibus corporibus intel ligatur, cogit ista sententia etiam ipsum mundum ani mal credere, vt etiam id ipsum quod in illo imitatur con stantiam, a summo deo per animam traijciatur, Sed ani mal esse istum mundum, sicut Plato sensit, alijque philo sophi quam plurimi, nec ratione certa indagare potui, nec diuinarum scripturarum authoritate persuadari pos se cognoui. Vnde tale aliquid a me dictum quo id ac cipi possit, etiam in libro de immortalitate animæ teme re dictum notaui. Non quia hoc falsum esse confirmo, sed quia nec verum esse comprehendo, quod sit ani mal mundus. Hoc sane inconcusse retinendum esse non dubito, deum nobis non esse istum mundum, siue anima eius ulla siue nulla sit. Quia si vlla est, ille qui eam fecit, est deus noster: Si autẽ nulla est, nullorum de us potest esse iste, quanto minus deus noster. Esse tamen spiritualem vitalemque virturem, etiam si non sit animal mundus. Quæ virtus in angelis sanctis ad decorandum atque ad ministrandum mundũ ideo seruit, & a quibus nõ intelligitur, rectissime creditur. Angelorum autẽ san ctorũ nomine, omnem sanctã creaturam spiritualẽ, in dei

idẽ sup. Io. trac. 41. in Tom. 9. Lib. 6. cap. 5.

Meliora corpora resurgentium quam primorũ hominum in paradiso.

Lib. 6. cap. 14

Lib. 7. de ciui. dei cap. 23.

Mũdũ esse aĩal temere dictum. Cap. 15. 1. Retract. ca. 5.

secreto atque occulto ministerio constitutam nunc appellauerim: sed spiritus angelicos sancta scriptura nomine animarum significare non solet. Proinde in eo quod circa finem libri huius dixi: Rationales & intellectuales numeri beatarum animarum atque sanctarum legem ipsam dei, sine qua folium de arbore non cadit, & cui nostri capilli numerati sunt, nulla interposita natura excipientes, vsque ad terrena & inferna iura transmittunt: non video quemadmodum, vocabulum animarum secundum scripturas sanctas forsitan possit ostendi: quandoquidem hic non nisi angelos sanctos intelligi volui, quos habere animas nusquã me legisse in diuinis eloquijs canonicisque recolo. Hic liber primus sic incipit: Modus qui pes est. Sextus autem, Satis diu penes.

Lib.6. cap.17.

Mat.7.

De magistro CAP. XII.

Deus ẽ magister qui docet hominem scientiam. Mat.23.

PER IDEM tempus scripsi librum, cuius est titulus, de magistro: in quo disputatur & quæritur, & inuenitur, magistrum non esse qui docet hominem scientiam nisi deum. Secũdum illud etiam quod in Euangelio scriptum est: Vnus est magister vester Christus. Hic liber sic incipit: Quid tibi videmur efficere velle cum loquimur.

De vera religione. CAP. XIII.

Cap.10.

TVNC etiam de vera religione librum scripsi, in quo multipliciter & copiosissime disputatur, vnum verum deum, id est trinitatem, patrem & filium & spiritum sanctum religione vera colendum: & quanta misericordia eius, per temporalem dispensationem concessa sit hominibus Christiana religio, quæ vera religio est, & ad eundem cultum dei quemadmodum, sit homo quandam vita sua coaptandus. Maxime tamen contra duas naturas Manichæorum liber hic loquitur. In hoc libro quodam loco: Sit, inquam, tibi manifestum atque perceptum, nullum errorem in religione esse potuisse, si anima pro deo suo non coleret animam aut corpus aut phãtasmata sua. Hic animam pro vniuersa creatura incorporali posui, non loquens more scripturarum, quæ animam quando non translato verbo vtuntur, nescio vtrum velint intelligi nisi eam qua viuũt animalia mortalia, in quibus & homines sunt, quandiu mortales sunt. Paulopost autem eund em sensum melius sum breuiusq; complexus, vbi dixi, Non ergo creaturæ potius quam creatori seruiamus, nec euanescamus in cogitationibus nostris, & perfecta religio est. Creaturam quippe vno nomine vtranque, id est spiritalem corporalemque significauit. Restat quod ibi dixi, aut phantasmata sua: propter quod hic dixi, nec euanescamus in cogitationibus nostris. Item quod dixi, Ea est nostris temporibus Christiana religio, quam cognoscere ac sequi securissima & certissima salus est, secundum hoc nomen dictum est, non secundum ipsam rem, cuius hoc nomen est. Nam res ipsa quæ

Si aĩa nõ colit creaturas, nullus error in religione.

Perfecta religio Roma.1.

Religio christiana, & si nõ dicebat, attamẽ erat ab initio gẽris humani.

quæ nunc Christiana religio nuncupatur, erat & apud antiquos, nec defuit ab initio generis humanis, quousque ipse Christus veniret in carne, vnde vera religio quæ iam erat, cœpit appellari Christiana. Cum enim eum post resurrectionem ascensionemque in cœlum cœpissent apostoli prædicare, & plurimi crederent, primum apud Antiochiam, sicut scriptum est, appellati sunt discipuli Christiani. Propterea dixi, Hæc est nostris temporibus Christiana religio, non quia prioribus temporibus non fuit, sed quia posterioribus hoc nomen accepit. Alio loco: Intende igitur, inquam, in hæc quæ sequuntur diligenter & pie quantum potes: tales enim adiuuat deus, Quod non ita intelligendum est, quasi tantummodo tales adiuuet, cum adiuuet etiam non tales vt sint tales, id est vt diligenter & pie quærant. Tales autem adiuuat vt inueniant. Itemque alibi: Deinde, inquam, iam erit consequens, vt post mortem corporalem quam debemus primo peccato, donec tempore suo atque ordine suo hoc corpus restituatur pristinæ stabilitati. Quod sic accipiendum est, quia etiam pristina stabilitas corporis quam peccando amisimus, habebat tantam felicitatem, vt in defectum nõ vergeret senectutis. Huic ergo pristinæ stabilitati restituetur hoc corpus in resurrectione mortuorum. Sed habebit amplius, vt nec alimentis corporalibus sustentetur: sed ad sufficientiam vificetur solo spiritu, cum resurrexerit in spiritum viuificãtem, qua causa etiam spiritale erit. Illud autem quod primum fuit, quanuis non moriturum nisi homo peccasset, tamen animale factum est, hoc est in animam viuentem. Et alibi: Vsque adeo, inquam, peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Potest videri falsa hæc definitio, sed si diligenter discutiatur, inuenietur esse verissima. Peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati, sicut superius ostendi, cum quædam commemorarem ex libro tertio De libero arbitrio. Quanuis & illa quæ immerito non voluntaria peccata dicuntur, quia vel a nescientibus vel a coactis perpetrantur, non omnino possunt sine volũtate committi: quoniam & ille qui peccat ignorans, voluntate vtique facit, quod cum faciendum non sit, putat esse faciendum. Et ille qui concupiscente aduersus spiritum carne, non ea quæ vult facit, concupiscit quidem nolens, & in eo non facit quod vult. Sed si vincitur, concupiscentiæ consentit volens, & in eo non facit nisi quod vult liber scilicet iustitiæ, seruusque peccati. Et illud quod in paruulis dicitur originale peccatum, cum adhuc non vtantur arbitrio voluntatis, non

Cap.12.

Aã peccatũ corpus nõ habebat defectũ senectutis, nec habebit post resurrectionem.

1.Cor.15.

Cap.14.

Q. ũo peccatũ, nõ ẽ peccatũ, ni si sit volũtariũ.

Sup.cap.9.

Gal.5.

Ro.6.

Peccatũ originale dr volũtariũ

Ga ex prima hominis mala uoluntate est cõtractum.

abſurde vocatur etiam voluntarium, quia ex prima hominis mala voluntate contractum, factum eſt quodammodo hæreditarium. Non itaque falſum eſt quod dixi: Vſque adeo peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo ſit peccatum ſi non ſit voluntarium. Ideo gratia dei non ſolum reatus omnium peccatorum ſoluitur in omnibus qui baptizantur in Chriſto, quod ſit ſpiritu regenerationis, verum etiam in grandibus voluntas ipſa ſanatur, & præparatur a domino, quod ſit ſpiritu fidei & charitatis. Alio loco in eo quod dixi de domino Ieſu Chriſto: Nihil egit vi, ſed omnia ſuadendo & mouendo: non mihi occurrerat quod vendentes & ementes flagellando eiecit de templo. Sed quid hoc, aut quantum eſt? Quanuis & dæmones nolentes ab hominibus, non ſermone ſuaſionis, ſed vi poteſtatis eiecerit. Item alio loco: Prius, inquam, iſti ſequendi ſunt, qui vnum deum ſummum ſolum verum deum & ſolum colendum eſſe dicunt, ſi apud hos veritas non eluxerit, tunc demum migrandum eſt. Quod ita poteſt videri dictum, quaſi de huius religionis veritate dubitauerim. Dixi autem ſicut ei congruebat ad quem ſcribebam. Sic enim dixi: Si apud hos veritas non eluxerit, nihil dubitans quod apud eos elucęſceret, quemadmodum ait Apoſtolus: Si Chriſtus non reſurrexit: non vtique dubitans quod reſurrexerit. Item quod dixi, Nec miracula illa in noſtra tempora durare permiſſa ſunt, ne anima ſemper viſibilia quæreret, & eorum conſuetudine frigeſceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit: verum eſt quidem: non enim nunc vſque, cum manus imponitur baptizatis, ſic accipiunt ſpiritum ſanctum, vt loquantur linguis omnium gentium: aut nunc vſque ad vmbram tranſeuntium prædicatorum Chriſti ſanantur infirmi, & ſi qua talia tunc facta ſunt, quæ poſtea ceſſaſſe manifeſtum eſt. Sed non ſic accipiendum eſt quod dixi, vt nunc in Chriſti nomine fieri miracula nulla credantur. Nam egoipſe quando iſtum ipſum librum ſcripſi ad Mediolanenſium corpora martyrum, in eadem ciuitate cæcum illuminatum fuiſſe iam noueram, & alia nonnulla, qualia tam multa etiam iſtis temporibus fiunt, vt nec omnia cognoſcere; nec ea quæ cognoſcimus enumerare poſſimus. Et alio loco illud quod dixi: Sicut ait apoſtolus, Omnis ordo a deo eſt: non eiſdem verbis hoc dixit Apoſtolus, quanuis eadem videatur eſſe ſententia. Ait quippe ille: Quæ autem ſunt, a deo ordinata ſunt. Et alibi: Prorſus, inquã nemo nos fallat: quicquid recte vituperatur, in melioris comparatione reſpuitur. Hoc de ſubſtantijs atq; naturis dictum eſt: inde enim diſputabatur, nõ de bonis actionibus atque peccatis. Item q; alibi: Sed nec ſic quidem, inquam, ab homine homo diligendus eſt, vt diligantur carnales fratres, vel filij, vel coniuges, vel quicunque cognati, aut affines, aut ciues. Nam & iſta dilectio temporalis eſt. Non enim vllas tales neceſſitudines habebimus, quæ naſcendo & moriendo contingunt, ſi natura noſtra in præceptis & imagine dei manens, in iſtam corruptionem non relegaretur. Hunc ſenſum prorſus improbo, quem iam & ſuperius improbaui in primo libro de Geneſi contra Manichæos. Ad hoc enim ducit, vt credantur illi coniuges primi non generaturi poſteros homines, niſi peccaſſent, tanquam neceſſe fuerit vt morituri gignerentur, ſi de concubitu maris & fœminæ gigneren tur. Nondum enim videram fieri potuiſſe, vt non morituri de non morituris naſcerentur, ſi peccato illo magno non mutaretur in deterius humana natura: ac per hoc ſi & in parentibus & in filijs fœcunditas felicitasque manſiſſet, vſque ad certum ſanctorum numerum, quem præſtinauit deus, naſcerentur homines non parentibus ſucceſſuri morientibus ſed cum viuentibus regnaturi. Et ſent ergo etiam iſtæ cognationes atque affinitates, ſi nullus delinqueret, nulluſque moreretur, Item alio loco, Ad vnum deum tendentes, inquam, & ei vni religantes animas noſtras, vnde religio dicta creditur, omni ſuperſtitione careamus. In his verbis meis ratio quę reddita eſt, vnde ſit dicta religio, plus mihi placuit. Nam non me fugit aliam nominis huius originem expoſuiſſe Latini ſermonis authores, quod inde ſit appellata religio, quod religatur: quod verbum compoſitum eſt a legendo, id eſt eligendo, vt ita Latinum videatur religio, ſicut eligio. Hic liber ſic incipit, Cum omnes vitæ bonæ.

Prouer. 8. ſerm. 70.
Cap 16.
Matth. 21.
Matth. 8.
Cap. 25.
1. Cor. 15.
Act. 8.
Act. 5.
Cap. 41.
Roma. 13.
Cap. 30. & 41.
Cap. 46.
Cap. 19.
Si fœcũditas, & felicitas in hoĩbus mãſiſſet, vſq; ad certũ ſanctorũ numerum quẽ deus p̃deſtinauit
Cap. 55. naſcerẽt hoĩes, & nõ morerent, ſ; cũ viuentibus regnarent.
Religio vnde.

IAM vero apud Hipponem regium presbyter ſcripſi librum De vtilitate credendi, ad amicum meum quem deceptum a Manichæis, adhuc eo errore noueram detineri, & irridere catholicæ fidei diſciplinam, quod iuberentur homines credere: non autem quid eſſet verum certiſſima ratione docerẽtur. In hoc libro dixi. In quibus tamẽ legis præceptis atq; mandatis, quibus nunc Chriſtianos vti fas nõ eſt, quale vel ſabbatum eſt vel circumciſio vel ſacrificia, & ſi quid huiuſmodi eſt, tãta myſteria cõtinẽtur, vt omnis pius intelligat nihil eſſe pernicioſius, quã aliquid ibi eſt, accipi ad literã, id eſt ad verbũ: nihil autẽ ſalubrius, quã ſpũ reuelari. Inde eſt: Litera occidit, ſpiritus aũt viuificat. Sed aliter expoſui verba ipſa apoſtoli Pauli, & quãtũ mihi vr, vel potius ex ipſis rebus appa ret, multo cõueniẽtius in eo libro q inſcribit De ſpiritu & litera: quãuis nõ ſit & iſte ſenſus reſpuẽdus, Ite dixi, duo ſunt, n, p ſong in religiõe laudabiles, Vna eorũ qui iã

De vtilitate credendi ad Honoratum.
CAP. XIIII.
Cap. 3.
2. Corin. 3.
Cap. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuenerunt, quos etiam beatissimos iudicare necesse est. Alia eorum qui studiosissime & rectissime inquirũt. Primi ergo sunt iam in ipsa possessione alteri in via, qua tamen certissime peruenitur. In his verbis meis, si illi qui tam inuenerunt, quos in ipsa possessione esse iam diximus, sic accipiantur beatissimi, vt non in hac vita, sed in ea quam speramus, & ad quam per fidei viam tendimus sint, non habet iste sensus errorem: ipsi enim iudicandi sunt quod quærendum est inuenisse, qui iã ibi sunt quo nos quærendo & credendo, id est viam fidei tenendo cupimus peruenire. Si autem in hac vita putantur isti esse vel fuisse, id verum esse non mihi videtur: Non quia in hac vita nihil veri omnino inueniri potest quod mente cernatur, non fide credatur: sed quia tantum est quic
1. Cor. 13. quid est, vt non faciat beatissimos. Neque enim quod ait Apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, & nunc cernitur ex parte, non cernitur mente, cernitur plane, sed beatissimos nondum facit. Illud enim beatissimos facit quod ait: Tunc autem facie ad faciem, & tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Qui hoc inuenerunt, ipsi dicendi sunt in beatitudinis possessione consistere, ad quam ducit via fidei quam tenemus, & quo credendo cupimus peruenire. Sed qui nam sint illi beatissimi qui iã sunt in ea possessione quo ducit hæc via, magna quæstio est. Et angeli quidem sancti quod ibi sint, nulla quæstio est. Sed de sanctis hominibus iam defunctis, vtrum ipsi saltem dicendi sint iam in illa possessione consistere, merito quæritur. Iam enim corpore quidem corruptibili, quo anima aggrauatur, exuti sunt, sed
Roma. 8. adhuc expectant etiam ipsi redemptionem corporis sui, & caro eorum requiescit in spe, nondum in futura incorruptione clarescit. Sed vtrum ad contemplandam cordis oculis veritatem, sicut dictum est, facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus est disputando
Cap. 12. inquirere. Item quod dixi, Nam scire magna & honesta vel etiam diuina, beatissimum est, ad eãdem beatitudinẽ referre debemus. In hac enim vita quantuncunque id sciatur, nondum est beatissimum: quoniam incomparabiliter ampliꝰ quod inde nescitur. Et quod dixi: Multum interesse vtrum aliquid mẽtis certa ratione teneatur, quod scire dicimus, an famę vel literis credendũ posteris vtiliter commendetur. Et paulo post: Quod scimus igitur, debemus ratiõi: quod credimus, authoritati: non sic accipiẽdũ est vt in sermone vsitatiore vereamur nos dicere scire, quod idoneis testibus creditmus. Propriè quippe cum loquimur, id solũ scire dicimur, quod mẽtis firma ratione cõprehẽdimus. Cũ vero loquimur verbis cõsuetudini aptioribus: sicut loquitur etiam diuina scriptura,

ptura, non dubitemus dicere scire nos, & quod percipimus nostri corporis sensibus, & quod fide dignis credimus testibus, dum tamen inter hæc & illud quid distet intelligamus. Item quod dixi: Nemini dubium est, omCap. 12. & 15. nes homines aut stultos esse aut sapientes: potest videri esse contrarium illi quod legitur in libro tertio de libero arbitrio, quasi vero natura humana præter stultitiam & sapientiam nullam mediam recipiat affectionem. Sed illCap. 24. ud ibi dictum est vbi de primo homine quærebatur, Lib. 3. de lib. ar. vtrum sapiens fuerit factus, an stultus an neutrum: quo in. To. 1. & in. 2 niam nullo modo stultum dicere poteramus qui sine vi To. horũ. opusc. tio factus est, cum sit stultitia magnum vitium, & sapientem quo modo diceremus qui potuit seduci, nõ satis apparebat. Ideoque ad compendium dicere volui, quasi Mediũ inter sapietiã et stultitiã vero natura humana præter stultitiam & sapientiã nullam mediam recipiat affectionem. Intuebar quippe & paruulos, quos licet confiteamur trahere originale peccatum, tamen nec sapientes nec stultos possumus proprie dicere, nondum vtentes libero arbitrio, seu bene seu male. Nunc autem aut sapientes aut stultos esse omnes homines dixi, eos volens intelligi qui iam ratione vtuntur, qua discernũtur a pecoribus, vt homines sint, sicut dicimus beatos esse omnes homines velle. Nunqd enim in hac sententia tam vera atque manifesta metuimus ne intelligantur & paruuli, qui hoc adhuc velle nõ possunt? Alio loco cum miracula commemorasse quæ Cap. 16. dominus Iesus fecit cum hic esset in carne: adiunxi, dicens: Cur, inquietis, ista modo non fiunt? Atque respondi, quia non mouerent nisi mira essent: si autem solita essent, mira non essent. Hoc autem dixi, quia non tanta nec omnia modo, non quia nulla fiunt etiam modo. In fine autem libri. Sed quoniam sermo iste noster, inquã: Cap. 38. multo processit longius quam putabam, hic finem libro faciamus, in quo memineris volo, nondum Manichęos me cœpisse refellere, & illas nugas nondum inuasisse, neque de ipsa catholica doctrina magnum aliquid aperuisse, sed voluisse tantummodo eruere ibi si possem falsam opinionem de veris Christianis malitiose aut imperite vobis insinuatam, & erigere ad magna quædam & diuina discenda. Quare hoc volumen ita sese habeat, placatiore autem animo tuo facto, ero fortassis in cęteris promptior. Hęc non ita dixi, quasi nihil aduersus Manichæos adhuc scripsissem, vel nihil de doctrina catholica mandassem literis, cum rot superius ædita volumina de vtraque re non me testentur tacuisse, sed in hoc libro ad illum scripto nondum Manichęos refellere cœperam, & illas nugas nondum inuaseram, neque de ipsa catholica magnum aliquid aperueram, quoniam speraram:

Universidad de Deusto

Cõtra manicheos d duabus animabus. CAP. XV.

Idẽ Manicheis inde heref.c.46. & I de.5.here.c. 6.I To.6.& i.1. To.horũ opuſ. Cap.1.

raham hoc initio facto, ad eum ipſum me ſcripturum fuiſſe, quæ hic nondum ſcripſeram. Hic liber ſic incipit: Si mihi Honorate.

POST hunc librum ſcripſi adhuc presbyter contra Manicheos de duabus animabus, quarum dicunt vnã partem dei eſſe, alteram de gente tenebrarum, quam non condiderit deus, & quæ ſit deo coæterna: & has ambas animas, vnam bonam, alteram malam, in vno homine eſſe delirant: Iſtam ſcilicet malam propriam carnis eſſe dicentes, quam carnẽ etiam dicunt gentis eſſe tenebrarum. Illam vero bonam ex aduentitia dei parte quę cum tenebrarum gente conflixerit, atque vtrunque miſcuerit. Et omnia quidem bona hominis illi bonæ animæ, omnia vero mala illi malę animę tribuunt. In hoc libro illud quod dixi, Nulla eſſe qualemcunque vitam, quæ non eo ipſo quo vita eſt, & inquantum omnino vita eſt, ad ſummum vitę fontem principiumque pertineat: ita dixi, vt tanquam creatura ad creatorem pertinere intelligatur, non autem de illo eſſe tanquam pars eius exiſtimetur. Item quod dixi, Nuſquam ſcilicet niſi in voluntate eſſe peccatum, poſſunt Pelagiani pro ſe dictum putare, propter paruulos quos ideo negant habere peccatum, quod eis in baptiſmate remittatur, quia nondum arbitrio voluntatis vtuntur. Quaſi vero peccatum quod eos ex Adam dicimus originaliter trahere, id eſt reatu eius implicatos, & ob hoc pœnę obnoxios detineri, vſquam eſſe potuerit niſi in voluntate, qua voluntate commiſſum eſt, quando diuini præcepti eſt facta tranſgreſſio. Poteſt etiam putari falſa eſſe iſta ſententia, qua diximus, Nuſquam niſi in volũtate eſſe peccatum, quia dixit Apoſtolus: Si autem quod nolo hoc facio, iã non ego operor illud, ſed id quod habitat in me peccatum. Hoc.n. peccatum vſq; adeo nõ eſt in voluntate, vt dicat, Quod nolo, hoc facio. Quomodo ergo nuſquã eſt niſi in voluntate peccatum? Sed hoc peccatum de quo ſic eſt locutus Apoſtõlus, ideo peccatum vocatur, quia peccato factum eſt, & pœna peccati eſt: quandoquidem hoc de concupiſcentia carnis dicitur, quod aperit in conſequentibus dicens, Scio quia nõ habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum: velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Perfectio quippe boni eſt, vt nec ipſa cõcupiſcẽtia peccati ſit in homine, cui quidẽ quando bene viuitur, non conſentit voluntas, veruntamen non perficit bonum, quia ineſt adhuc concupiſcentia cui repugnat voluntas, cuius concupiſcentiæ reatus in baptiſmate ſoluitur, ſed infirmitas manet, cui donec ſanetur, omnis fidelis qui bene proficit ſtudioſiſſime reluctatur. Peccatũ autẽ qđ nuſq; eſt niſi in voluntate, illud

Cap.10. 2.ſen.diſt.41.c. illius etiam, Hoc pelagianũ dog.cõdẽnat ab eccl.i cõcil.mil. can.2.& 3 cõcil. Aphri.can.79.

Roma.7.

Roma.7.

In baptiſmo oĩs deleť iniqtas, ſ3 aliq remanet infirmitas. Idẽ ſup Ioã.trac. 41. in To.9.

præcipue intelligẽdum eſt, quod iuſta damnatio conſecuta eſt. Hoc enim per vnũ hominẽ introiuit in mundum: quanquam & hoc peccatũ quo conſentitur peccati cõcupiſcentiæ, non niſi voluntate cõmittitur. Propter hoc & alio loco dixi, Nõ igitur niſi volũtate peccatur. Itẽq; alio loco ipſam volũtatẽ definiui dicẽs, Voluntas eſt animi motus, cogente nullo, ad aliquid vel non admittẽdũ vel adipiſcẽdum. Quod propterea dictum eſt, vt hac definitione volens a nolente diſcerneretur, & ſic ad illos referretur intentio, qui primi in paradiſo fuerunt humano generi origo mali, nullo cogente peccãdo, hoc eſt libera voluntate peccando, quia & ſcientes contra præceptum fecerunt, & ille tentator ſuaſit vt hoc fieret, nõ coegit. Nam & qui neſciens peccauit, non incongruenter nolens peccaſſe dici poteſt, quanuis & ipſe quod neſciens fecit, volens tamen fecit, ita nec ipſius eſſe potuit ſine voluntate peccatum. Quę voluntas vtique ſicut definita eſt, animi motus fuit, nullo cogente, ad aliquid, vel non admittendum, vel adipiſcendũ. Quod.n. ſi noluiſſet non feciſſet, non coactus eſt facere. Quia vuluit ergo fecit, etiã ſi nõ quia voluit peccauit, neſciens peccatũ eſſe quod fecit: ita nec tale peccatũ ſine voluntate eſſe potuit, ſed voluntate facti, non volũtate peccati. Quod tamen factũ peccatũ fuit: hoc enim factũ eſt qđ fieri nõ debuit. Quiſquis autẽ ſciens peccat, ſi poteſt cogẽti ad peccatũ ſine peccato reſiſtere, nec tamen facit: vtique volẽs peccat, qm̃ qui poteſt reſiſtere, non cogitur, cedere. Qui vero cogẽti cupiditati bona voluntate reſiſtere nõ poteſt, & ideo facit cõtra præcepta iuſtitię, iam hoc ita peccatum eſt vt ſit etiam pœna peccati. Quapropter peccatum ſine voluntate eſſe non poſſe veriſſimũ eſt. Item quę definitio peccati qua diximus, peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequendi quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere: propterea vera eſt, quia id deſinitum eſt quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati: nam quando tale eſt vt idem ſit & pœna peccati, quantum eſt quod valet voluntas ſub dominante cupiditate, niſi forte ſi pia eſt vt oret auxilium. Intantum enim libera eſt: quia intantum liberata eſt, & intantum appellatur volũtas. Alioquin tutius cupiditas, quam voluntas proprie nuncupanda eſt: quæ non eſt, ſicut Manichæi deſipiunt, alienæ naturæ additamentum, ſed noſtræ vitium, a quo non ſanamur niſi gratia ſaluatoris. Quod quiſquam dicit etiam ipſam cupiditatem nihil aliud eſſe quam voluntarem, ſed vitioſam peccatoq; ſeruientem, nõ reſiſtẽdum eſt: nec de verbis, cum res conſtat, controuerſia facienda eſt. Si enim oſtenditur ſine voluntate nullum eſſe peccatum ſiue in opere

Roma.5.

15.q.1.cap.3.

Cap.11.ſ 15.q.1.cap.2. 2.ſen.diſt.35.c.2

ſine voluntate nullũ ẽ pcũm, ſ ue in corpore, ſ ue in origine. Cap.12.

pere siue in origine, Rursus in eo quod dixi, Iam quæ rere cœperam: vtrum illud malum genus animarum an tequam bono miscetur, habuisset aliquam voluntatẽ, Si enim non habebat, sine peccato atque innocẽs erat, & ideo nullo modo malum. Cur igitur inquiunt peccatum diciris paruulorum, quorum voluntatem non tenetis ream? Respondetur non eos proprietate voluntatis, sed origine reos teneri. Omnis enim homo terrenus qđ est origine, nisi Adam? Porro autem Adam habebat vtique voluntatem, qua voluntate cum peccasset, peccatũ per eum intrauit in mundum. Itemque in eo quod dixi, Natura esse malæ animę nullo modo queunt. Si quæritur quomodo accipiamus quod ait apostolus, Fuimus & nos natura filij irę sicut & cæteri. respondemus naturam in his verbis meis me intelligi voluisse illam quæ proprie natura dicitur, in qua sine vitio creati sumus. Nam ista propter originem natura appellatur, quæ origo vtique habet vitium quod est contra naturam. Et iterum in eo quod dictum est, Peccati reum teneri quemquam, quia non fecit quod facere non potuit, sũmæ iniquitatis & insanię est. Cur ergo, inquiunt, paruuli tenentur rei? Respondetur, quia ex eius origine tenentur, qui non fecit quod facere potuit, diuinũ scilicet seruare mãdatum. Quod autem dixi, Illæ animę quicquid faciunt, si natura non voluntate faciunt, id est si libero & ad faciendum, & ad non faciendum motu animi carent, si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccatum earum tenere non possumus: propterea non perturbat de paruulis quæstio, quia ex illius origine rei tenentur qui voluntate peccauit, quando libero & ad faciendum & ad non faciendum motu animi non carebat, eique ab opere malo abstinendi summa potestas erat. Quod Manichæi de tenebrarum gente non dicunt, quam fabulosissime inducunt, eamq; naturam semper malam, nunquam bonam fuisse contendunt. Illud autem quæri potest quomodo dixerim, Etiam si sunt animæ, quod interim incertum est, corporeis officijs nõ peccato, sed natura deditæ, nosque quanquam sint inferiores, aliqua tamen interiore vicinitate contingunt, nõ illas ideo malas haberi oportere, quia nos cum eas sequimur & corporea diligimus, mali sumus: quandoquidem de illis hoc dixi, de quibus superius loqui cœperã, dicens, Quanquam etiam si eisdem concedatur inferiore alio genere animarum nos illici ad turpia: non inde cõficiunt, aut illas naturas malas esse, aut istas summum bonum. De his enim disputationem vsque ad hũc locum perduxi, vbi dixi, Etiam si sunt animę, quod interim incertum est, corporeis officijs, non peccato, sed

Roma. 5.

Ephe. 2.

2. sen. dist. 29. c. similiter.

2. sentẽ. distl. 27. cap. si igitur.

Paruuli tenẽtur ex origine illius qꝫ volũtate peccauit.

Cap. 23.

natura deditę, &c. Quęri ergo potest, cur dixerim, quod interim incertum est, cum prorsus dubitare non debuerim non esse tales animas. Sed hoc ideo dixi, quia expertus sum qui dicerent diabolum & angelos eius bonos esse in genere suo, & in ea natura in qua eos creauit deus ordine proprio tales quales sunt: sed nobis malum esse, si illiciamur & seducamur ab eis, si autẽ caueamus eos atq; vincamus, decorũ, atq; gloriosum. Et hoc q di cũt videnť sibi, vt id ꝓbẽt, de scripturis adhibere idonea testimonia. Vel illud qđ scriptũ est in libro Iob, cũ diabolus describeret: Hoc est initiũ figmẽti dñi qđ fecit ad illudendum ab angelis suis. Vel illud in Psalmo cxiii. Draco hic quem finxisti ad illudendum ei. Quam quæstionem quæ non aduersus Manichęos qui hoc nõ sentiunt, sed aduersus alios qui hoc sentiunt suscipienda esset atque soluenda, pertractare atque enodare tũc nolui, ne librum multo quam vellem facerem longiorem: cum viderem etiam si hoc concederetur, tamen debere Manichęos ac posse cõuinci, introducentes infanissimo errore, naturam mali æterno bono cohæternam, Ideo ergo dixi, quod interim incertum est, non quod ego inde dubitarem, sed quod inter me & illos quos ita sapere inueneram, nondum esset ista quęstio dissoluta, quã tamen in alijs longe posterioribus libris meis, de Genesi ad literam secundum scripturas sanctas quanta potui manifestatiõe dissolui. Alio loco, Propterea, inquã, corporea diligẽdo peccamus, qꝫ spiritalia diligere et iustitia iubemur, & natura possumus, tũc in nõ genere optimi & beatissimi sumus. Vbi qri potest, cur natura & nõ gratia possumus dixerim. Sed cõtra Manichæos de natura qstio versabat. Et vtiq; id agit gratia, vt sanata natura qđ vitiata nõ potest, possit per eũ qꝫ venit quærere, & saluũ facere quod perierat. Quã tamen gratiã etiam tunc recolens orauí pro familiarissimis meis qui mortiferõ illo adhuc tenebantur errore, & dixi, Deus magne, deus omnipotens, deus summæ bonitatis, quem inuiolabilem & incorruptibilem atque immutabilem credi atq; intelligi fas est, trina vnitas, quam catholica ecclesia colit, supplex oro expertus in me misericordiã tuã, ne homines cum quibus mihi a puerilia in hominum vita tu fuit summa consensio, in tuo cultu a me dissentire permittas. Sic vtique orans, iam fide retinebam, non solum conuersos ad deum gratia eius adiuuari, vt proficiant ac perficiantur, vbi adhuc dici potest pro merito conuersionis illorum istam dari gratiam, verum etiam vt conuertantur ad deum ad ipsam dei gratiam pertinere, quandoquidem pro eis orauí qui erant ab illo nimis auersi, atque vt ad illam conuerterentur orauí. Hic li-

Iob. 40.

Psal. 115.

Luc. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acta cõtra Fortunatum Manichæum.
CAP. XVI.

ber sic incipit: Opitulante dei misericordia.

EODEM tempore presbyteri mei, contra Fortunatum quendam Manichæorum presbyterum disputaui, qui plurimum temporis apud Hipponem vixerat, fecerateque tam multos, vt propter illos ibi eum delectaret habitare. Quæ disputatio nobis altercantibus excepta est a notarijs veluti gesta cõficerentur, nã & die habet, & consulẽ, hanc in librum, memorię mãdandã contulimus. Versatur ibi quæstio, vnde sit malum. Me asserẽte exortũ fuisse hominis malum ex libero voluntatis arbitrio. Illo autem naturã mali deo coæternã persuadere moliente: sed consequenti die tandẽ confessus est nihil se aduersus nos inuenire quod diceret. Nec sane catholicus factus est sed tamen ab Hippone discessit. In hoc libro illud quod dixi, Animã dico esse factã a deo, vt cętera omnia quæ a deo facta sunt: & inter illa quę deus omnipotẽs fecit, principalem locum datũ esse animæ: ita dixi vt hoc generaliter de vniuersa creatura rationali accipi vellẽ, quanuis in scripturis sanctis animas dictas esse angelorum, aut non omnino aut nõ posse facile reperiri, sicut supra iam diximus. Item alio loco: Ego dico, inquam, peccatum non esse, si nõ propria voluntate peccetur: vbi peccatum illud intelligi voluit quod non est etiam pœna peccati. Nam de tali pœna dixi alibi in eadem disputatione, quod dicendum fuit. Ita que dixi, Vt postea eadem ipsa caro quæ nos pœnis torsit in peccatis manentes, subijciatur nobis in resurrectione, & nulla aduersitate nos quatiat, quo minus legem & præcepta diuina seruemus. Quod non ita est accipiendum, tanquam & in illo dei regno, vbi incorruptibile atq; immortale corpus habebimus, de scripturis diuinis lex & præcepta sumenda sint: sed quia perfectissime ibi lex eterna seruabitur, & illa duo præcepta de diligendo deo & proximo, non in lectione, sed in ipsa perfecta & sempiterna dilectione tenebimus. Hoc opus sic incipit: Quinto calen. Septembris.

Disput. 1.

Disput. 2.

Disput. 1.

Disput. 2.

De fide et symbolo.
CAP. XVII.

PER idem tempus coram episcopis hoc mihi iubentibus, qui plenarium totius Aphricæ concilium Hippone regio agebant, de fide & symbolo presbyter disputaui. Quã disputationem, nonnullis eorum qui nos familiarius diligebant studiosissime instantibus: in librum cõgessi, in quo de rebus ipsis ita differitur, vt tamen non fiat verborum illa contextio, quæ tenenda memoriter competentibus traditur. In hoc libro cum de resurrectione carnis ageretur: Resurget, inquã, corpus secundũ Christianam fidem, quæ fallere non potest. Quod cui videtur incredibile, qualis sit nunc caro attendit, qualis autem futura sit non considerat, quia illo tẽpore immutationis

Cap. 18.

tionis angelicæ, nõ iã caro erit & sanguis, sed tantum corpus, & cætera quę ibi de corporum terrestriũ in corpora cœlestia mutatione disserui, quoniam dixit Apostolus cum inde loqueretur, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Sed quisquis ea sic accipit, Vt existimet ita corpus terrenum quale nunc habemus, in corpus cœleste resurrectione mutari, vt nec mẽbra ista, nec carnis sit futura substantia: proculdubio corrigẽdus est, cõmunitus corpore domini, qui post resurrectionem in eisdem membris non solum conspicitendus oculis, verũ etiam manibus tangendus apparuit, carnemque se habere etiam sermone firmauit, dicens: Palpate et videte, qa spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Vnde constat, apostolum nõ carnis substantiã negasse in regno dei futuram, sed aut homines qui secundũ carnem viuunt, carnis & sanguinis nomine nuncupasse, aut ipsam carnis corruptionem, quæ tunc vtique nulla erit. Nam cum dixisset, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt: bene intelligitur tanquã exponendo quid dixerit continuo subdisse: Neq; corruptio incorruptionẽ possidebit. De quare ad persuadendũ infideli bus difficili, diligenter quantum potui me disseruisse reperiet quisquis De ciuitate dei librũ legerit nouissimũ. Hoc opus sic incipit, Quoniam scriptum est.

1. Cor. 15.

Luc. 24.

Ioan. 14.

Cap. 5. & 21. in Tom. 5.

CVM de Geneſi duos libros cõtra Manichæos cõdidissem, quoniã secundũ allegoricã expositionẽ scripturæ verba tractaueram, nõ ausus naturalium rerum tanta secreta ad literam exponere, hoc est quẽadmodũ possent secundum historicam proprietatem quæ ibi dicta sunt accipi volui experiri in hoc quoq; negociosissimo ac difficillimo opere quid valerem, sed in scripturis exponendis tyrocinium meum sub tanta sarcinę mole succubuit, Et nondum perfecto vno libro ab eo quem sustinere non poteram, labore conquieui. Sed in hoc opere cum mea opuscula retractarem, iste ipse vt erat imperfectus venit in manus, quem neque edideram & abolere decreueram, quoniam scripti postea XII libros, quorũ titulus est De Geneſi ad literã. In quibus quanuis multa quæsita potius q̃ inuenta videãtur tamen eis iste nullo modo est cõparandus. Verũ et hunc postea q̃ retractaui, manere volui: vt esset index, quantũ existimo nõ inutilis, rudimentorum meorum in enucleandis atque scrutandis diuinis eloquijs. Eiusque titulum esse volui, De genesi ad literam imperfectus. Inueni quippe eum vsq; ad hæc verba dictatũ: Pater tantum pater est, nec filius alius est quam filius: quia & cũ dicitur similitudo patris, quanquã ostendat nullã inter uenire dissimilitudinem, nõ tamen solus est pater, si habet

De genesi ad literã imperfecto.
CAP. XVIII.

Cap. 16.

Universidad de Deusto
Gene,1.
Biblioteca

het similitudinem. Post hec repetiui verba scripturę rursus consideranda atque tractanda. Et dixit deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hucusque dictarum librum imperfectum reliqueram. Quod autem ibi sequitur, addendum putaui cum eum retractarem: nec sic tamen perfici, sed hoc quoque addito imperfectum reliqui. Si enim perfeciſſem, ſaltem de omnibus operibus & verbis Dei, quæ ad ſextum diem pertinent, diſputaſſem. In hoc libro ea notare quæ mihi diſplicent, vel defendere quæ aliis non bene intellecta diſplicere poſſunt, ſuperfluum mihi viſum eſt. Breuiter enim potius admoneo, vt illi duodecim libri legantur, quos longe poſtea epiſcopus feci, & ex ipſis de iſto iudicet. Hic liber ſic incipit: De obſcuris naturaliũ rerũ.

De ſer. domini ĩ monte.

CAP. XIX

Matth. 5.

PER idem tempus De ſermone domini in monte, ſecundum Matthæum, duo volumina ſcripſi, In quorum primo propter id quod ſcriptum eſt: Beati pacifici, quoniam ipſi filii dei vocabuntur; Sapientiam, inquam, congruit pacificis, in quibus iam ordinata ſunt omnia, nullusque motus aduerſus rationem rebellis eſt, ſed cuncta obtemperant ſpiritui hominis, cum & ipſe obtemperet deo. Quod merito mouet quomodo dixerim, Non enim cuiquam prouenire in hac vita poteſt, vt lex repugnans legi mentis omnino non ſit in membris. Quandoquidem etiam ſi ei ſic reſiſteret ſpiritus hominis, vt in nullum eius laberetur aſſenſum: non ideo tamen illa non repugnaret. Hoc ergo quod dictum eſt, Nullum eſſe motum aduerſus rationem rebellem: recte accipi poteſt id nunc agentibus pacificis damnando concupiſcentias carnis, vt ad iſtam pacẽ pleniſſimam quandoque ventũ. Proinde quod alio loco cum eandem ſententiã euangelicam repetens dixiſſem: Beati pacifici, quoniam ipſi filii dei vocabuntur; adiunxi dicens, Et iſta quidem in hac vita compleri poſſunt, ſicut completa eſſe in Apoſtolis credimus: ſic accipiendum eſt, non vt in apoſtolis hic viuentibus nullum carnis motum arbitremur ſpiritui repugnaſſe, ſed hactenus hic iſta poſſe compleri, quatenus in apoſtolis credimus eſſe completa, ea menſura ſcilicet perfectionis humanæ, quanta in hac vita poteſt eſſe perfectio. Non enim dictum eſt, iſta in hac vita compleri poſſunt; nam completa eſſe in apoſtolis credimus, ſed dictum eſt, ſicut completa eſſe in apoſtolis credimus vt ita compleãtur ſicut in illis completa ſunt: id eſt quadam perfectione, cuius capax eſt iſta vita, non ſicut cõplenda ſunt illa quæ ſperamus pace pleniſſima, quando dicetur, Vbi eſt mors contentio tua? Alio loco quod interpoſui teſtimonium, Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum, nondum intellexeram de Chriſto proprie verius accipi. Alijs quippe hominibus niſi ad menſurã daretur ſpiritus, non duplum peteret Heliſæus quã fuit in Helia. Item quod ſcriptum eſt: Iota vnum & vnus apex non tranſiet a lege donec omnia fiant: cũ exponerem, nihil dixi poſſe aliud intelligi, niſi vehementem perfectionis expreſſionem. Vbi merito quæritur, vtrum iſta perfectio ſic poſſit intelligi, vt tamẽ verum ſit, neminem iam vtentem voluntatis arbitrio hic viuere ſine peccato. A quo.n. vſq; ad vnũ apicem lex perfici poteſt, niſi a quo fiunt vniuerſa diuina mandata? Sed in eiſdẽ mandatis eſt etiam quod iubemur dicere: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quã orationem vſq; ad finem ſeculi tota dicit eccleſia. Omnia ergo mandata facta deputantur: quando quicquid non fit ignoſcitur. Sane quod ait dominus, Quicunq; ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines &c. vſque ad eũ locum vbi ait, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum: multo melius & conuenientius expoſui in alijs poſterib. ſermonibus meis, quod etiam hic retexere longum eſt. Ad hoc autẽ iſte ibi perducitur ſenſus, vt eorũ ſit iuſtitia maior quã ſcribarum & Phariſęorum, qui dicunt & non faciunt. De ſcribis quippe & Phariſæis alio loco ipſe dominus ait, Dicũt enim & non faciũt. Illud etiã melius intelleximus poſtea quod ſcriptum eſt, Qui iraſcitur fratri ſuo. Codices enim Græci non habent, ſine cauſa, ſicut hic poſitum eſt: quanuis idẽ ipſe ſit ſenſus. Illud enim diximus intuendũ, quid ſit iraſci fratri ſuo, quoniam nõ fratri iraſcitur qui peccato fratris iraſcitur, ſine cauſa iraſcitur. Itẽ quod dixi, Hoc & de patre & de matre & de cęteris vinculis ſanguinis intelligendum eſt, vt in eis oderimus quod genus humanum naſcendo, & moriendo ſortitum eſt: ita ſonat quaſi non eſſent futuræ iſtæ neceſſitudines ſi nullo naturæ humanæ præcedente peccato nemo moreretur. Quem ſenſum iam ſuperius improbaui. Eſſent enim profecto cognitiones & affinitates, etiam ſi originali nullo exiſtente peccato, ſine morte creſceret & multiplicaretur genus humanum. Ac per hoc aliter ſoluenda eſt quæſtio, cur dominus præceperit diligendos inimicos, cum alio loco præcipiat odio habendos & parentes & filios, non ſicut hic ſoluta eſt, ſed ſicut eam poſterius ſæpe ſoluimus: id eſt vt diligamus inimicos lucrandos regno dei, & oderimus in propinquis, ſi impediunt a regno dei. Item de præcepto quo prohibetur vxor

Roma. 7. In hac vita ſemper caro ſpũi repugnat. Roma. 7. Gal. 4. Nõdũ plena, nõdum pfecta pax ꝙa nõdũ ęternitas, idẽ ſup euã. Ioã. tracta. 41. in Tomo. 9. Lib. 1. Matth. 5.

Ioan. 3.

4. Reg. 2. Mat. 5.

Tota Eccle. vſque in finem ſeculi dicit dimitte nobis debita noſtra, quod non humiliter ſed verater dictũ eſſe intelligitur, idem ſupra in cap. 7. huius libri, & epiſt. 95. in. 2. T. & in. 2. Matth. 5. To. horum opuſculo, & in cõcil. Mileuit. can. 6. 7. & 8. & in concil. Aphric. can. 81. 82. & 83. in. 1. Tom. concil. & in de Eccleſia. dog. ca. 21. & 26. & 27. in. 1. To, horum opuſcu. Matth. 23. Matth. 5.

Et ſi non fuiſſet originale peccatum, attamen fuiſſent cognationes & affinitates. Luc. 14. Matth. 5. Luc. 14. Diligamus inimicos lucrãdos regno dei, & odio proſequamur ꝓpiquos,

si nos spediũt, a regno dei, Matth.5.&.19. Psal.72.

non dimitti, nisi propter fornicationem: hic quidem scrupulosissime disputaui. Sed quam velit dominus intelligi fornicationem propter quam liceat dimittere vxorem, vtrum eam quæ damnatur in stupris, an illam de qua dicitur: Perdidisti omnem qui fornicatur abs te, in qua tu quoque & ista est: neque enim non fornicatur a domino, qui tollens membra Christi, facit ea membra meretricis: etiã atque etiam cogitandum est atque requirendum. Nec no lo in re tanta tamque ad dignoscendum difficili putare lectorem istam sibi nostram disputationem debere sufficere; sed legat & alia, siue nostra quæ postea scripta sunt siue aliorum melius considerata atque tractata: vel ipse, si postea, ea quæ hic merito mouere possunt, vigilantiore atque intelligentiore mente discutiat. Non quia omne peccatum fornicatio est, neque enim omnem peccantem deus perdit, qui quotidie sanctos suos exaudit, dicentes, Dimitte nobis debita nostra: cum perdat omnem qui fornicatur ab eo. Sed quatenus intelligenda atque limitanda sit hæc fornicatio, & vtrum etiam propter hanc liceat dimittere vxorem, latebrosissima quæstio est. Licere tamen propter istam, quæ in stupris committitur, nulla quæstio est. Et vbi dixi hoc permissum esse, non iussum, non attendi aliam scripturam, dicentem: Qui tenet adulteram, stultus & impius est. Nec sane adulteram dixerim fuisse deputandam illam mulierem etiam postquam audiuit a domino, Nec ego te damnabo, vade, deinceps iam noli peccare: si hoc obedienter audiuit, Matth.6. Psal.72. Prouer.2. Ioan.8.

1.Ioan.5. Peccatũ ad mortẽ respicit finem vltimũ. Idẽ in libro expositiõis ĩchoatę epistol. ad Ro. ĩ 2.T.ho. op.& ĩ d Corptiõe,& gr̃a.c. 12.i T.7.& ĩ 2. To.ho. opus.

co alio peccatum fratris ad mortem, de quo dicit Ioannes apostolus: Non pro illo dico vt roget quis: ita definiui vt dicerem, Peccatum fratris ad mortem puto esse cui post agnitionẽ dei per gratiam domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est deo inuidentiæ facibus agitatur. Quod quidem non confirmaui, quoniam hoc putare me dixi, sed tamen addendum fuit, si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam: quoniam de quocunque pessimo in hac vita constituto, non est vtique desperandum, nec pro illo imprudenter oratur: de quo non desperatur. In 11. item libro: Nullus, quam, licebit ignorare dei regnum, cum eius vnigenitus non solum intelligibiliter, sed etiam visibiliter in hominis dominico de cœlo venerit, iudicaturus viuos & mortuos. Sed non video vtrum recte dicatur homo dominicus qui est mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, cum sit vtique dominus: dominicus autem homo quis in eius sancta familia non potest dici. Et hoc quidem vt dicerem apud quosdam legi tractatores catholicos diuinorum eloquiorum. Sed vbicunque hoc dixi, dixisse me nollem.

Lib 2.

nollem. Postea quippe vidi non esse dicendum, quanuis nonnulla possit ratione defendi. Itẽ quod dixi, Nullius enim fere conscientia deum potest odisse; video non fuisse dicendum. Multi enim sunt de quibus scriptum est: Superbia eorum qui oderunt te. Alio loco in eo quod dixi ob hoc dixisse dominum, Sufficit diei malitia sua: quia cibos sumere vrgebit ipsa necessitas, quam propterea malitiam nominatam arbitror, quia pœnalis nobis est, pertinet enim ad hanc fragilitatem quam peccando meruimus; non attendi etiam primis hominibus data fuisse in paradiso corporis alimenta, antequam istam mortis pœnam peccando meruissent. Sic enim erãt immortales in corpore nondum spiritali, sed animali, vt tamen in eiusmodi immortalitate corporalibus alimentis vterentur. Item quod dixi, Quam sibi deus elegit gloriosam ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, nõ ideo dixi quia nunc ex omni parte iam talis est, quanuis ad hoc electa non dubitetur, vt talis sit quando Christus apparuerit vita eius, tunc enim & ipsa cum illo apparebit in gloria. Propter quam gloriam dicta est ecclesia gloriosa. Item quod dominus ait, Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & apperietur vobis: operose quidẽ tria ista quid inter se differant exponendum putaui, sed longe melius ad instantissimam petitionem omnia referuntur. Hoc quippe ostendit, vbi eodem verbo cuncta concluserit dicens, Quanto magis pater vester qui in cœlis est dabit bona petentibus se. Non enim dixit, petentibus & quærentibus & pulsantibus. Hoc opus sic incipit: Sermonem quem locutus est dominus.

Psal.73. Mat.6. Malitia diei nobis est pœnalis. 1.Cor.15. Ephe.5. Col.3. Mat.7.

VOLENS etiam causam Donatistarum ad ipsius humillimi vulgi & omnino imperitorum atq; idiotarũ notitiam peruenire, & eorum quantum fieri posset per nos inhærere memoriæ, psalmum qui eis cantaretur per Latinas literas feci. Sed vsque ad Vltimã. Tales enim abecedarios appellant. Tres vero vltimas omisi, sed pro eis nouissimum quasi epilogum adiunxi, tanquam eos mater alloqueretur ecclesia. Hypopsalma etiam quod respõdetur, & prooemium causæ, quod nihilominus cantatur, non sunt in ordine literarum: Earum quippe ordo incipit post prooemium. Ideo autem non aliquo carminis genere id fieri volui, ne me necessitas metrica ad aliqua verba quę vulgo minus sunt vsitata compelleret. Iste Psalmus sic incipit: Omnes qui gaudetis.

In cõcil Arausican.5.&.6. hęc determinat controuersia, vbi hęc oĩa dei esse dona cõclusum ẽ sit. To. cõcil. Psalmus contra partẽ Donati. CAP. XX.

LIBRVM etiam contra epistolam Donatiqui partis Donati secundus post Maiorinum episcopus apud Carthaginem fuit, eodem presbyterij mei tempore scripsi, in qua epistola ille agit, vt non nisi in eius communione baptisma Christi esse credatur, cui nos contradici-

Cõtra epistolã Dõati hęretici. CAP. XXI.

Q̃d Petrus petra D. Aug. et su p euãg. ioã. tra. xj. i T. 9. Et q̃d Christus petra a qua Petrosus

Mat. 16.

dictus Petrus, habes ī sermõe. 13. ī euãg. scdm Mat. in To. 10.

Mat. 16. 1. Cor. 10.

mus. In hoc libro dixi in quodam loco de apostolo Petro, quod in illo tanquam in petra fundata sit ecclesia: qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosij, vbi de gallo gallinacio ait; Hoc ipse petra ecclesia canente, culpam diluit. Sed scio me postea frequentissime sic exposuisse quod a domino dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, vt super hunc intelligeretur quem confessus est Petrus dicens, Tu es Christus filius deiviui: ac si Petrus ab hac petra appellatus, personam ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petram ædificatur, & accepit claues regni cœlorum. Non enim dictum est illi, Tu es petra: sed tu es Petrus, petra autem erat Christus, quem confessus Simon sicut eum tota ecclesia confitetur, dictus est Petrus. Harum autem duarum sententiarum quæ sit probabilior eligat lector. Alio loco dixi, Nullius mortem deus quærit: quod sic accipiendum est, quia homo sibi acquisiuit mortem deserens deum, & acquirit qui non recurrit ad deũ, secundum quod scriptum est: Deus mortem non fecit. Sed etiam illud non minus verum est, Vita & mors a domino deo est: vita scilicet a donante, mors a vindicante. Item quod dixi: Donatum cuius epistolam rebellebam, rogasse vt imperator inter ipsum & Cæcilianum transmarinos episcopos iudices daret: non ipsum, sed alium Donatum, eiusdem tamen schismatis hoc fecisse probabilius inuenitur. Ille autem non erat Carthaginiensis Donatistarum episcopus, sed a Casis nigris, qui tamen primus apud Carthaginem ipsum nepharium schisma commisit. Nec sane Donatus Carthaginensis vt Christiani rebaptizarentur, instituit: quod ego eum instituisse credideram quando eius epistolæ respondebam. Nec de libro Sapientiæ ipse abstulit de media sententia verba adrem necessaria, vbi cum scriptum sit ? Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit illum quid proficit lauatio eius: iste sic posuit tanquam scriptum esset, Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lauatio eius? Nos autem & antequam esset pars Donati sic habuisse codices plurimos, veruntamen Aphros, vt non esset in medio, & iterum tangit illum, posteadidicimus. Quod si tunc scissem, non in istum tanquam in furem diuini eloquij, vel violatorem tanta dixissem. Hic liber sic incipit: Abs te ipso præsente audieram.

Donatus Carthaginẽsis nõ īstituit christiani rebaptizarent. Eccl. 34.

Cõtra Adimãtũ Manichęi discipulum.

CAP. XXII.

EODEM tempore venerant in manus meas quędam disputationes Adimãti, qui fuerat Manichęi discipulus, quas conscripsit aduersus legem & prophetas, velut cõtraria eis euangelica & apostolica scripta demonstrare conatus. Huic ergo respondi, verba eius ponẽs eisq; reddens responsionem meam. Quod opus vno volumine

concluſ, & in eo quibuſdam quæſtionibus nõ ſemel ſed iterum reſpondi, quoniam quod primum reſponderam perierat, & tunc inuentum eſt, cum iam iterum reſpondiſſem. Aliquas ſane earundem quæſtionum popularibus eccleſiaſticis ſermonibus ſolui, adhuc etiam quibuſdam non reſpondi. Aliquæ remanſerunt, quæ rebus aliis magis vrgentibus prætermiſſæ ſunt, cumulo quoque obliuionis adiuncto. In hoc ergo dixi: Certis enim quibuſdam vmbris & figuris rerum ante domini aduentum ſecundum mirabilem atque ordinatiſſimam diſtributionẽ temporum populus ille tenebatur qui teſtamentum vetus accepit, tamen in eo tanta prædicatio & prænuncia tio noui teſtamenti eſt, vt nulla in euangelica atque apoſtolica diſciplina reperiantur, quanuis ardua & diuina præcepta & promiſſa, quæ illis etiam libris veteribus deſint. Sed addendum erat atque dicendum, vt pene nulla in euangelica atque apoſtolica, doctrina reperiantur, quanuis ardua & diuina præcepta & promiſſa, quæ illis etiam libris veteribus deſint. Quid eſt enim quod in ſermone euangelico in monte dominus dicit: Auditiſtis quia dictum eſt antiquis hoc, ego autem dico vobis hoc: ſi nihil ipſe amplius præcipit quam præceptum eſt in illis veteribus libris? Deinde regnum cœlorum illi populo fuiſſe promiſſum non legimus in ijs quæ promiſſa ſunt lege data per Moſen in monte Sina, quod proprie vetus dicitur teſtamentum, quod præfiguratum dicit Apoſtolus per ancillam Saræ & filium eius, ſed & ibi figuratum eſt & nouum per ipſam Saram & filium eius. Proinde ſi figuræ diſcurrantur, omnia ibi prophetata reperiuntur, quæ ſunt præſentata vel expectantur præſentanda per Chriſtum. Veruntamen propter quædam præcepta non figurata, ſed propria, quæ non in vetere teſtamento, ſed in nouo inueniuntur, cautius & moderatius diceretur, pene nulla, quam nulla hic eſſe quæ non ſint & illic, quãuis illic ſint illa duo præcepta de dilectione dei & proximi, quo rectiſſime omnia & legitima & pphetica & euãgelica & apoſtolica referuntur. Item quod dixi, Tribus modis in ſcripturis ſanctis filiorum nomen accipitur, minus conſiderate dictum eſt, & alios enim quoſdam modos ſine dubio prętermiſſus, ſicut dicitur filius gehennę, vel filius adoptiuus. Quæ vtique nec ſecũdum naturã, nec ſecundum doctrinam, nec ſecundum imitationem diſcuntur. Quorum trium modorum tanquam ſola ſint exẽpla reddidimus. Secundum naturã, ſicut Iudęi filii Abrahæ: ſecundum doctrinam, ſicut filios ſuos quos euangelium docuit Apoſtolus vocat ſecundum imitationem, ſicut filii Abrahæ nos ſumus, cuius imitamur fidẽ. Quod autem dixi, Cum induerit incorruptionem & immortalitatem

Mat. 5.

Gal. 4.

Cap. 5.

Filis natura, adoptiõe, doctrina, imitatione, & gehenna.

Mat. 3. Ioan. 8. Gal. 4. Ro. 4. & 9. Cap. 12. 1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.26.

Mat.12.

In ptāte hoīs ē mutare ī melius volūtatē, ſ3 illa ptās nulla ē,niſi a deo detur,de quo dictum eſt:Dedit eis poteſtatem filios dei fieri.Cum enim hoc ſit in poteſtate quod cum volumus facimus,nihil tamen in poteſtate quam ipſa voluntas eſt,ſed præparatur voluntas a domino.Eo modo ergo dat poteſtatem.Sic intelligendum eſt &quod dixi poſtea.In noſtra poteſtate eſſe, vt velinſeri bonitate dei, vel excidi eius ſeueritate mereamur:quia in poteſtate noſtra non eſt,niſi quod noſtram ſequitur volūtatem.Quæ cum ſortis & potēs præparatur a domino, facile fit opus pietatis,etiam quod difficile atque impoſsibile fuit.Hic liber ſic incipit,De eo quod ſcriptum eſt.

2.ſen.diſt. 41.c.ſi ät. 2.ſen.diſt. 28.c.ſic ēt

CVM presbyter adhuc eſſem,contigit vt apud Carthaginem inter nos qui ſimul eramus,ad Romanos apoſtoli epiſtola legeretur,& quædam interrogabar a fratribus,quibus cum ſicut poteram reſponderem,voluerunt ſcribi potius quæ dicebam.quam ſine literis fundi.Vbi cum eis obtemperarem,liber vnus acceſsit ſuperioribus opuſculis meis.In quo libro: Quod autem air,inquam, Scimus quia lex ſpiritalis eſt,ego autem carnalis ſum vendatus ſub peccato:ſatis oſtendit non poſſe impleri legem,niſi a ſpiritalibus,quales facit gratia dei.Quod vtique non ex perſona apoſtoli accipi volui,qui iam ſpiritalis erat:ſed hominis ſub lege poſiti,nondum ſub gratia.Sic enim prius hæc verba ſapiebam,quę poſtea lectis quibuſdam diuinorum tractatoribus,eloquiorum,quorum me moueret auhoritas,conſideraui diligentius,& vidi etiam de ipſo apoſtolo poſſe intelligi,quod air:Scimus quoniam lex ſpiritalis eſt,ego autem carnalis ſum. Quod in eis libris quos contra Pelagianos nuper ſcripſi quantum potui diligenter oſtendi. In iſto ergo libro & hoc quod dictum eſt,Ego autem carnalis ſum: & deinde cætera vſque ad eum locum,vbi dicit,Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum:dixi hominē deſcribi adhuc ſub lege,nondum ſub gratia cōſtitutum,benefacere volentē,ſed victum concupiſcentia carnis male facientē,A cuius concupiſcētię dominatu non liberat,niſi gratia

Roma.7.

Lex ſpleri non pōt niſi,a ſpiritualibus quos facit gratia dei.

CAP. XXIII.

Roma.7.

gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrū dono ſpiritus ſancti,per quē diffuſa charitas in cordibus noſtris vincit carnis concupiſcentias, ne conſentiamus eis ad male faciendum,ſed potius bona faciamus.Vnde quidē iam euertitur hæreſis Pelagiana, quæ vult non ex deo nobis,ſed ex nobis eſſe charitatem qua bene ac pie viuimus.Sed in illis libris quos aduerſus eos edidimus, etiā ſpiritalis hominis iamque ſub gratia conſtituti melius intelligi verba iſta monſtrauimus,propter carnis corpus, quod ſpiritale nondum eſt, erit autem in reſurrectione mortuorum,& propter ipſam carnis concupiſcentiam, cum qua ita conflictant ſancti, non ei conſententes ad malum,vt tamen in eius motibus quibus repugnātibus reſiſtunt,non careant in hac vita.Non eos autem habebunt in illa,vbi abſorbebitur mors in victoriam.Propter hanc itaque concupiſcentiam motuſque ipſos quibus ita reſiſtitur vt tamen ſint in nobis, poteſt quiſque ſanctus iam ſub gratia poſitus,dicere iſta omnia quę hic eſſe dixi verba hominis nondū ſub gratia poſiti,ſed ſub lege.Quod hic oſtēdere longum eſt,&hoc vbi oſtēderim dictum eſt:Item diſputans quid elegerit deus in nōdum nato,cui dixit ſeruiturum eſſe maiorem,& quid in eodem maiore ſimiliter nondum nato reprobauerit,de qui bus propter hoc commemoratur,quanuis longe poſt ea prolatum propheticum teſtimonium:Iacob dilexi,Eſau autem odio habui:ad hoc perduxi ratiocinationem vt dicerem,Non ergo elegit deus opera cuiuſquam in præſcię tia,quæ ipſe daturus eſt,ſed fidem elegit in præſcientia, vt quem ſibi crediturum eſſe præſciuit,ipſum elegerit cui ſpiritum ſanctū daret,vt bona operando etiam vitā æter nam conſequeretur.Nondum diligentius quæſiueram, nec adhuc inueneram qualis ſit electio gratię:de qua idē dicit Apoſtolus,Reliquiæ per electionem gratię ſaluę facę ſunt,quę vtique non eſt gratia ſi eam merita vlla præcedant,ne iam quod datur,non ſecundum gratiam,ſed ſecundum debitum reddatur potius meritis quam donetur.Proinde quod continuo dixit:Dicit enim idem apoſtolus:Idem deus qui operatur omnia in omnibus.Nuſquā autē dictum eſt,Deus credit omnia in omnibus: ac deinde ſubtūxi,Quod ergo credimus,noſtrū eſt:quod autē bonum operamur illius eſt qui credentibus dat ſpiritū ſanctū,Profecto non dicerem ſi iam ſcirē etiam ipſam fidem inter dei munera reperiri,quæ dantur in eodem ſpiritu.Vtrunque ergo noſtrum eſt propter arbitrium voluntatis,& vtrunque tamen datum eſt per ſpiritum fidei & charitatis.Neque enim ſola charitas,ſed ſicut ſcriptū eſt,Charitas cum fide a deo patre,& domino noſtro Ieſu Chriſto,Et quod paulopoſt dixi:Noſtrum eſt,n. credere

Roma.5.

1.Cor.15.

Cap.6.

1.ſent. diſtin.41 cap. opinari.

Aoma.9.

Malac.1.

Hoc idē retra- ctat ab Aug.i ē pdeſt.ſanct.ca.3 in Tom.7.& in iſto.3.Tom.op.

Roma.11.

Cap.61.

Ephe.6.

Roma.5.

& velle, illius autem dare credentibus, & volentibus sa
cultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem
charitas diffunditur in cordibus nostris: verum est qui
dem, sed eadem regula, & vtrunque ipsius est, quia ipse
Prouer.8. ferm, transl,70. præparat voluntatem: & vtrunque nostrum, quia non
fit nisi volentibus nobis. Ac per hoc quod etiam postea
dixi, Quia nec velle possumus nisi vocemur, & cū post
vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra &
cursus noster, nisi deus & vires currentibus præbeat, &
perducat quo quo vocat. Ac deinde subiunxi: Manife
Cap. 26. Rom.9. stum est ergo, non volentis nec currentis, sed miserentis
dei esse quod bene operamur, omnino verissimum est.
Sed parum de ipsa vocatione disserui, quæ sit secundum
Vocatio duplex vna absoluta, al tera secundum propositum. propositum dei. Non enim omnium qui vocantur talis
est, sed tantum electorum. Itaque quod paulo post dixi,
Sicut enim in iis quos eligit deus, non opera sed fides
inchoat meritum, vt per munus dei bene operentur: sic
in iis quos damnat, infidelitas & impietas incohat pœ
Roma.5. næ meritum, vt per ipsam pœnam etiam male operen
tur: verissime dixi, Sed fidei meritum etiam ipsum esse
donum dei, nec putaui quærendum esse, nec dixi. Et alio
loco, Cuius enim miseretur, inquam, facit eum bene ope
rari, & quem obdurat, relinquit eum vt male operetur.
Vt simus fide les dei est donū idē ifra in de p̄ dest. sanctorum cap. 3. 2. sent. distin. 41 cap. multi. Cap. 63. 1. Tim. 1. Sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribui
tur, & ista obduratio præcedenti impietati. Quod quidē
verum est, sed adhuc quærendum erat, vtrum & meritū
fidei de misericordia dei veniat. i. vtrum ista misericor
dia ideo tantummodo fiat in homine, quia fidelis est, an
etiam facta fuerit vt fidelis esset. Legimus enim dicente
Apostolo, Misericordiā consecutus sum vt fidelis essem,
Non ait, quia fidelius eram. Fideli ergo datur quidē, sed
data est etiam vt esset fidelis. Rectissime itaque alio loco
in eodem libro dixi, Quoniam si non ex operibus, sed
misertcordia dei & vocamur vt credamus, & credenti
bus præstatur vt bene operemur, non est gētibus inuiden
da misertcordia: quanuis minus ibi diligenter de illa quę
per dei propositū fit vocatione tractauerim. Hic liber sic
incipit: Sensus hi sunt in epistola Pauli ad Rom.

Expositio epistolæ Pauli ad Galatas. in T. 4 CAP. XXIIII. sup cap. primū. POST hunc librum exposui eiusdem apostoli epistolam ad Galatas, non carptim, id est aliqua prętermittęs, sed continuāter & totam, Hanc autem expositionē vno volumine cōprehendi. In quo illud quod dictū est, Priores ergo apostoli veraces qui nō ab hoibus, sed a deo p̄ hominē missi sunt, per Iesum Christū scilicet adhuc mor
Paulus apostolus, a xp̄o īmortali, nō q̄ ad dimortalem, a qua nunquam recessit, in qua totus deus erat, & eum moriturus adhuc erat, Hunc autem sensum sequentia manifestant. Adiunxi enim dicens, Priores sunt cæteri apostoli per Iesum Christum adhuc ex parte hominem, id est mortalem. Nouissimus est Apostolus Paulus per Iesum Christum iam totum deum, id est ex omni parte immortalem, Hoc enim dixi, exponēs quod ait Apostolus, Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem: quasi iā Iesus Christus non sit homo. Sequitur enim, Qui suscitauit illum a mortuis, vt hinc appareret cur dixerit, neque per hominem. Proinde propter immortalitatem iam nunc non homo Christus deus, propter substantiam vero naturæ humanæ, in qua ascendit in cœlum, etiam nūc me diator dei & hominum homo Christus Iesus, quoniam sic veniet quomodo eum viderunt eūtem in cœlum. Itē quod dixi, Gratia dei est qua nobis donantur peccata vt reconciliemur deo: pax autē qua reconciliamur deo, sic accipiendum est vt tamen sciamus etiam vtrumque ad generalem dei gratiā pertinere, quomodo in populo dei aliud specialiter Israel, aliud Iudas, & tamen vtrunque generaliter Israel. Item cum exponerē, Quid ergo lex? trangressionis gratia posita est: ita distinguendū putaui, vt interrogatio esset. Quid ergo? Ac deinde respon sio. Lex transgressionis gratia posita est. Quod quidem non abhorret a vero, sed melior mihi videtur ista distinctio, vt interrogatio sit, Quid ergo lex? & inferatur responsio, Transgressionis gratia posita est. Quod autem dixi, Ordinatissime itaq; subiunxit. Quod si spiritu diCap. 5. cimini, non adhuc estis sub lege: vt intelligamus eos esse sub lege, quorum spiritus ita cōcupiscit aduersus carnem, vt non ea quę volunt faciant, id est non se teneant in victos in charitate iustitiæ, sed a concupiscente aduersum se carne vincantur: Hoc ex illo sensu est, quo sentiebam id quod dictum est, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi inuicē aduersantur, vt non ea quę vultis faciatis: ad eos pertinere qui sub lege sunt, nondum sub gratia. Adhuc enim nō intellexeram hęc verba, & illis q̄ sub gratia sunt nō sub lege, propterea conuenire, quia & ipsi concupiscentias carnis, contra quas spiritu concupiscunt, quanuis eis non consentiant, nollent tamen vlias habere si possent. Et ideo non quæcunque volunt faciunt quia volunt eis carere, nec possunt. Tunc enim eas non habebunt, quando nec corruptibilem carnem. Hic liber sic incipit, Causa propter quam scribit Apostolus.

EPISTOLAE quoque ad Romanos sicut ad Galatas expositionem susceperam. Sed huius operis si perficeretur,

uinitatē q̄ semp̄ īmortalis est, i3 quo ad humani tatē post resurrectionem factam immortalem.

Gal.1.

1. Thim.2. Luc.24. Act.1. cōparatio, quod pax et gr̄a: gr̄aliter gr̄a idē ca. sequenti.

Cap.1.

Idē sup.c. p̄cedē ti. & sup eūāge. Ioan. tracta. 41. in Tom.9. Exp.epi.ad Ro. inchoatę in T.4 CAP. XXV.

ficeretur, plures libri erant futuri. Quorum vnum in fola disputatione ipsius salutationis absolui, ab initio sed licet vsque ad illud, vbi ait, Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Factum est quippe vt immoreremur cum vellemus soluere incidentem sermoni nostro difficilimam quæstionem de peccato in spiritum sanctum, quod non remittatur neq; in hoc seculo neque in futuro. Sed deinde alia volumina cessaui adiungere, exponendo epistolam totam, ipsius operis magnitudine ac labore deteritus, & in alia faciliora defexus sum. Ita factum est, vt librum quem feceram primũ relinquerem solum, cuius esse titulum volui, Epistolę ad Romanos inchoatę expositio. Vbi quod dixi, Gratiam esse in dimissione peccatorũ, pacem vero in reconciliatione dei: Vbicunque hoc dixi, non sic accipiendum est ac si pax ipsa & reconciliatio non pertineat ad gratiã generalem, sed quod specialiter nomine gratiæ remissionem significauerit peccatorũ, Sicut legem & specialiter dicimus, secundum quod dictum est, Lex & prophetæ: & generaliter, vt in ea sint & propheræ. Hic liber sic incipit, In epistola quam Paulus Apostolus scripsit.

Matth.12.

Pax & recõciliatio, ad gr̃a3 pertinẽt, idẽ in, c, precedẽti ſ3 nomine gr̃ę ſpecialiter ſignatur remiſſio peccatorum.

De diuerſis quęſtionibus, 83. in Tom. 4.

CAP. XXVI.

EST etiam inter illa quę scripsimus quoddam proli xum opus, quod tamen vnus deputatur liber, cuius est titulus, De diuersis quęstionibus octogintatribus. Cum autem disperse fuissent per chartulas multas, quoniam ab ipso primo tempore conuersionis meæ, posteaquam in Aphricam venimus, sicut interrogabar a fratribus, quando me vacantem videbant, nulla a me seruata ordinatione dictatæ sunt, iussi eas iam episcopus colligi, & vnum ex eis librũ fieri, adhibitis numeris, vt quod quisque legere voluerit, facile inueniat. Harũ quæstionum est I, vtrum anima ſ ipsa sit, II, de libero arbitrio. III, Vtrum deo authore sit homo deterior. IIII, quæ sit cã, vt sit hõ deterior. V, vtrũ animal irrationale beatũ esse possit. VI, de malo. VII, quæ proprię in aĩante anima dicatur. VIII, vtrũ per se anima moueatur. IX, vtrũ corporeis sensibus percipi veritas possit. In qua illud quod dixi, Omne quod corporeus sensus attingit, quod & sensibile dicitur sine vlla intermissiõe temporis commutatur, sine dubio: verum quidem non est in corporibus resurrectionis incorruptibilibus, sed nunc ea nullus nostri corporis sensus attingit, nisi forte diuinitus tale aliquid reueletur. X, vtrum corpus a deo sit. XI, quare Christus de fœmina natus sit. XII, loco Vbi titulus est, Sententia cuiusdam sapientis: non est mea, sed quia per me innotuit quibusdam fratribus, qui tũc a me ista diligentissime colligebant, & placuit eis, inter nostra eã scribere voluerunt. Est autem cuiusdam Fontei Carthaginiensis

giniensis, quide vita Bracmanarum aliquanta conscrisit, de mente mundanda ad videndum deum, quod Paganus quidem scripsit, sed Christianus baptizatus mortuus est. XIII, quo documento constet homines bestijs excellere. XIIII, nõ fuisse corpus dñi nr̃i Iesu xp̃i phãtasma. XV, de intellectu. XVI, de filiodei. XVII, de scientia dei XVIII, de trinitate. XIX, de deo & creatura. XX, de loco dei. XXI, vtrũ deus author mali non sit. Vbi videndum est, ne male intelligatur quod dixi, Malũ author nõ est, quia omnium quæ sunt author est: quia inquantum sunt, intantum bona sunt. Et ne hinc putetur non ab illo esse pœnam malorum, quę vtique malum est ijs qui puniuntur. Sed hoc ita dixi quemadmodum dictum est, Deus mortem non fecit: cum alibi scriptum sit, Mors & vita a domino deo est. Malorum ergo pœna quæ a deo est, malum est quidem malis, sed in bonis dei operibus est, quoniam iustum est vt mali puniantur, & vtiq; bonum est omne quod iustum est. XXII, deum non pati necessitatem. XXIII, de patre & filio. Vbi dixi quod eã ipse genuerit, qua sapiens dicitur sapientiam: sed melius istam quęstionem in libro postea De trinitate tractauimus. XXIIII, vtrum & peccatum & recte factum, in libero sit voluntatis arbitrio. Quod ita esse omnino verissimum est. Sed vt ad recte faciendum liberum sit, dei gratia liberatur. XXV. de cruce Christi. XXVI. de differentia peccatorum. XXVII, de prouidẽtia. XXVIII, qua re deus mundum facere voluerit. XXIX, vtrum aliquid sit sursum aut deorsum in vniuerso. XXX, Vtrum omnia in vtilitatem hominis creata sint. XXXI, eũ qui vt vult viuit, beatum esse. Nec ipsa mea est, sed Ciceronis: verum tamen quia & hæc per me innotuit fratribus, inter ista quæ colligebant scripserunt eam volentes nosse quemadmodum virtutes animi ab illo diuisę ac definitę sint. XXXII, vtrum rem vllam alius alio magis intelligat, atque ita eiusdem rei per infinitum eat intelligẽtia XXXIII, de metu. XXXIIII, vtrum non aliud amandum sit quam metu carere. XXXV, quid amandum sit. In qua illud quod dixi, id esse amandum, quod nihil est aliud habere, quam nosse, non satis approbo. Neque enim deum non habebant, quibus dictum est, Nescitis quia templũ dei estis vos, & spiritus dei habitat in vobis, nec tamẽ eum nouerant, vel non sicut noscendus est nouerant. Item quod dixi, Nemo igitur beatam vitam nouit, et miser est. Nouit, dixi, quomodo noscenda est. Nam quis eã penitus nescit, eorum duntaxat qui iam ratione vtuntur, quando quidẽ beatos se esse velle nouerũt? XXXVI, de nutrienda charitate. Vbi dixi, Deus igitur & animus quo amatur, charitas proprie dicitur purgatissima & consumata

2.sen.dist.35.ca. qđ autẽ. & 2. dist. 37.ca.cũ ergo.

Sap.1.

2.sent.dist.36.c. & ideo, & cap. quod autem.

1.sen.dist.36.ca. præterea.

Malũ et recte factũ in potestate voluntatis, ſ3 vt ad id faciẽdũ sit libera dei gr̃a liberatur, idẽ supra cap.23.

1.Cor.6.

Eph.5. & consummata, si nihil aliud amatur. Quod si verũ est, quomodo ergo Apostolus ait, Nemo vnquam carnem suam odio habuit? Et ex hoc admonet vt diligãtur vxores. Sed ideo dictum est, proprie dilectio dicitur, quoniã caro diligitur quidem, nec tamen proprie, sed propter animam cui subiacet ad vsum. Nam & si propter seipsam videtur diligi, cum eam nolumus esse deformem, ad aliud referendum est decus eius, ad illud scilicet, a quo decora sunt omnia. XXXVII, de semper nato. XXXVIII, de conformatione animæ. XXXIX, de alimentis. XL, cum animarum natura vna sit, vnde hominum diuersæ voluntates. XLI, cũ omnia deus fecerit, quare nõ æqualiter fecerit. XLII, quemadmodum dei sapientia dominus Iesus Christus, & in vtero matris fuerit & in cœlis XLIII, quare filius dei in homine apparuerit, & spiritus sanctus in columba. XLIIII, quare tãto post venit dominus Iesus Christus. Vbi cum generis humani tanquam vnius hominis ætates commemorarem: dixi, Nec oportuit venire diuinitus magistrum cuius imitatione in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Et adiunxi ad hoc valere quod Apostolus dicit, sub lege tanquã sub pædagogo paruulos custoditos. Sed potest mouere cur alibi dixerimus, Christum in generis humani sexta ætate tanquam in senectute venisse. Hoc ergo qđ de iuuentute dictum est, ad vigorem feruoremq; fidei refertur, quæ per dilectionem operatur: illud autem de senectute ad temporum numerum. Potest enim intelligi vtrunque in vniuersitate hominum, quod non potest in ætatibus singulorum. Sicut in corpore non potest esse simul & iuuentus & senectus, in animo autem potest illa propter alacritatem, ista propter grauitatem. XLV, aduersus mathematicos. XLVI, de ideis. XLVII, vtrũ aliquando cogitationes nostras videre possimus. Vbi qđ dixi, angelica corpora, qualia nos speramus habituros, lucidissima atq; ætherea esse credendum est. Si hoc sine membris quæ nunc habemus, & sine substantia, quanuis incorruptibilis, tamẽ carnis accipiatur, erratur. Multo autem melius in opere De ciuitate dei, quæstio ista tractata est, de videndis cogitationibus nostris. XLVIII, de credibilibus. XLIX, quare filij Israel sacrificabant vt sibiliter pecorum victimas. L, de æqualitate filii. LI, de homine facto ad imaginem & similitudinem dei. Vbi quod dixi, Homo sine vita non recte appellatur, cũ dicatur homo etiam cadauer hominis. Ergo saltem dicere debui, nõ proprie dicitur: vbi dixi, n recte dicit. Itẽ dixi, Neq; insite distinguit, qđ aliud sit imago & similitudo dei, aliud ad imaginẽ & similitudinẽ dei, sicut hoiem factũ accipimus, Quod non ita intelligẽdũ est, quasi hõ non

Matth.3.

Gal.3.

Xps in iuuentute & in senectute generis humãi venit.

Gal.5.

Lib.23.cap.29.

nõ dicat imago dei, cũ dicat Apostolus, Vir quidẽ nõ debet velare caput, cum sit imago & gloria dei: sed dicitur etiam ad imaginem dei, quod vnigenitus non dicitur, qui tantũmodo imago est non ad imaginem. LII, de eo quod dictum est: Pœnitet me fecisse hominẽ. LIII, de auro & argẽto, quod Israelitæ ab Ægyptijs accepe runt. LIIII, de eo quod scriptum est, Mihi autem adhærere deo bonum est. Vbi quod dixi, Quod autẽ est omni anima melius, id deum dicimus, magis dici debuit, omni creato spiritu melius. LV, de eo quod scriptum est, Sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. LVI, de annis quadragintasex ędificati templi. LVII, de centum quinquagintatrib⁹ piscibus. LVIII, de Ioanne Baptista. LIX. de decem virginibus. LX, de die autem illo et hora nemo scit, neq; angeli cœlorum, neque filius hominis, nisi solus pater. LXI, de quod scriptum est in euangelio, turbas dominũ in eremo pauisse de quinq; panibus, Vbi qđ dixi duos pisces duas illas significare personas, regiam scilicet & sacerdotalem, ad quas etiam sacrosancta illa vnctio pertinebat: Dicendum potius fuit, maxime pertinebat, quoniam vnctos aliquando legimus & prophetas. Item qđ dixi, Lucas qui tanquam ascendentem post abolitionẽ peccatorum sacerdotem Christum insinuat, per Nathã ascendit ad Dauid: quia Nathan propheta missus erat, cuius correptione Dauid ipsius peccati abolitionẽ pœnitendo impetrauit, Non sic accipiendum est tanquam ipse fuerit Nathan propheta, qui filius Dauid: quia nec hic dictũ est, qa ipse ꝓpheta missus erat: ꝙ dictũ est, Quia Nathan propheta missus erat, vt mysterium non in eodem homine, sed in eodem nomine intelligatur. LXII, de eo quod scriptum est in euangelio, quod baptizabat Iesus plures quam Ioannes, quanuis ipse non baptizarer, sed discipuli eius. Vbi quod dixi, Latro ille cui dictum est: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso, qui nec ipsum baptismum acceperat. Hoc quidem & alios ante nos rectores sanctæ ecclesiæ posuisse in suis literis inuenimus, sed quibus documentis satis posset ostendi quod non fuerit baptizatus ille latro, ignoro. De qua re in posterioribus quibusdam opusculis nostris diligentius disputatum est, maxime in eo quod ad Vincentiũ Victorem de animæ origine scripsimus. LXIII, de Verbo LXIIII, de muliere Samaritana. LXV, de resurrectiõe Lazari. LXVI, de eo quod scriptũ est, An ignoratis fratres scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur homini, inquantum tempus viuit? vsque ad locum in quo scriptum est, Viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantẽ spiritum eius vobis. Vbi illud ait Apostolus

1.Cor.21.

Homo factus ad imaginẽ dei. Gene.7. Exod.12. Psal.72.

De.53.piscibus 2.de doct. chri. c.16.i.To.3.& 1.T.ho.op.& exp. psal. 49.in Tom.8. Ma.24 Io.6.

Luc.3.

2.Reg.22.

Nathã qũo filius Dauid. Ioab.4.

Luc.23.

De cõs. dist.4.c. baptismi.4.sen. dist.4.c.sunt alij

Io.4. Io.12.

Roma.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stolus, Scimus autem quia lex spiritalis est, ego autē carnalis sum: exponere volens, dixi, id est carni cōsentio, nondum spiritali gratia liberatus. Quod non sic accipiendum est, quasi spiritalis homo iam sub gratia constitutus, etiam de seipso non possit hæc dicere. Venundatus sum sub peccato. Quod enim operor non intelligo, Nō enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odio habeo illud facio; & cætera quæ sequuntur vsque ad eum locum vbi dictum est: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quod postea didici, sicut iam sum ante confessus. Rursus exponens quod ait apostolus: Corpus quidem mortuum est propter peccatū. Mortuum, inquam, corpus dicit, quandiu tale est, vt indigentia rerum temporalium molestet animam. Sed melius mihi postea visum est ideo mortuum corpus dictum, qđ habeat iam moriendi necessitatem, quam nō habuit ante peccatum. LXVII, de eo quod scriptum est, Existimo enim quod indigne sint passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: vsque ad id quod dictum est: Spe enim salui facti sumus. Vbi cum exponerem quod scriptum est, Et ipsa creatura, idest ipse homo, cum iam signaculo imaginis propter peccatum amisso remansit tantummodo creatura. Quod non ita accipiendum est quasi totum amiserit homo quod habebat imaginis dei. Nam si omnino non amisisset, non esset propter quod diceretur, Reformamini in nouitate mentis vestræ. Et, In eandem imaginem transformamur. Sed rursum si totum amississet, nihil maneret vnde diceretur, Quanquam in imagine ambulet homo, tamē vane cōturbat. Itē quo dixi spiritaliter sūmos angelos viuere, infimos vero aliter: audacius dictum est de infimis quam vt possit vel scripturis sanctis, vel ipsis rebus ostendi: quia & si forsitan potest, difficilime potest. LXVIII, de eo quod scriptum est, O homo tu quis es, respondeas deo? Vbi dixi, quia etiam si leuioribus, quibuscq peccatis, aut certe quanuis grauioribus & multis, tamē magno gemitu & dolore pœnitendi misericordia dei dignus fuerit, non ipsius est, qui si relinqueretur interiret, sed miserentis dei qui eius precibus doloribusque subueniri. Parū est enim velle, nisi deus misereatur: sed deus non misereatur qui ad pacem vocat, nisi voluntas præcesserit ad pacem. Hoc dictum est post pœnitentiam. Nam est misericordia dei etiam ipsam præueniens voluntatē, quę si non esset, non præpararetur voluntas a domino. Ad eam misericordiā pertinet & ipsa vocatio quæ etiā fidem præuenit. De qua paulopost cum agerē dixi, Hęc autem vocatio quæ siue in singulis hominibus siue in populis atque in ipso genere humano per temporum opportunitas

Roma.8.

Roma.8.

Roma.12. 2.Cor.3. Psal.38. Infra i de spū et lra cap.28.

Roma.11.

In concil.arausican.3.4.&5.in 1.Tom. concil.

portunitates operat, altæ & profunde domini ordinationis est. Quo pertinet etiam illud, In vtero sanctificaui te & cū esses in renibus patris tui, vidi te. Et Iacob dilexi, Esau autem odio habui, &c. Quanuis testimoniū illud, Cum esses in renibus patris tui, vidi te: vnde mihi tanquam scriptum sit, occurrerit, nescio. LXIX, de eo qđ scriptum est, Tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiacet omnia. LXX, de eo quod Apostolus dicit, Absorpta est mors in victoriam: vbi est mors cōtentio tua? vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis peccatum, virtus peccati lex. LXXI, de eo quo scriptum est, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. LXXII, de temporibus æternis. LXXIII, de eo quod scriptū est, Et habitu inuētus vt homo. LXXIIII, de eo quod scriptum est in epistola Pauli ad Collossenses, In quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum qui est imago dei inuisibilis. LXXV, de hęredita te dei. LXXVI, de eo quod Apostolus Iacobus dicit, vis autē scire o homo inanis, quia fides sine operibus ocio sa est. LXXVII, de timore, vtrum peccatū sit. LXXVIII, de pulchritudine simulacrorū. LXXIX, quare magi Pharaonis fecerunt miracula quędam sicut Moses famulus dei. LXXX, aduersus Apollinaristas. LXXXI, de quadragesima & quinquagesima. LXXXII, de eo quod scriptum est, Quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. LXXXIII, de coniugio in eo quod dominus ait, Si quis dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis. Hoc opus sic incipit: omne verum.

Hier.1.
Malac.1.
Osee.13.
1.Cor.15.
Phil.2.
Col.1.
Exod.7.
Heb.13.
Matth.19.

ITEM de mendacio scripsi librum, qui & si cum alio quo labore intelligitur, habet tamen non inutilem ingenij & mentis exercitationem, magis cq moribus adhibendā. Hunc quoq auferre statuerā de opusculis meis, quia & obscurus & anfractuosus, & omnino molestus mihi videbatur, propter quod eum nec edideram. Deinde cum postea scripsissem alterū, cuius titulus est, Cōtra mendacium, multo magis istum non esse decreueram & iusseram, sed nō est factū. Itaque in ista retractatione opusculorum meorum, cum eum incolumen reperissem, etiā ipsum retractatum manere præcepi: maxime quia in eo non nulla sunt necessaria, quæ in illo altero non sunt. Propterea vero filius inscriptio est Contra mendacium: istius autem, De mēdacio: quoniam per illum totum oppugnatio est aperta mendacij, istius autem magna pars in inquisitionis disputatione versatur. Ad eundem tamen finē vterq dirigit. Hic liber sic incipit, Magna quæstio est de mēdacio.

De mendacio In To.4.

CAP. XXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI RETRACTATIONVM LIBER SECVNDVS.

Deus diuersis q̃stionib. ad Simplicianũ. To. 9.

CAP. I.



LIBRORVM Quos episcopus ego borauí, primi duo sunt ad Simplicianum ecclesiæ Mediolanensis antistitem, qui beatissimo successit Ambrosio, de diuersis quæstionibus quarum duas ex epistola Pauli Apostoli ad Romanos, in primum librum cõtuli. Harum prior est de eo quod scriptum est, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. vsq; ad illud vbi ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. In qua illa Apostoli verba, Lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum &c. quibus caro contra spiritum confligere ostenditur, eo modo exposui, tanquam homo describatur adhuc sub lege, nondum sub gratia constitutus. Longe enim postea & spiritalis hominis, & hoc probabilius, esse posse illa verba cognoui. Posterior in hoc libro quæstio est, ab eo loco vbi ait, Non solum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri: vsque ad illud vbi ait, Nisi dñs Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus: in cuius quæstionis solutione laboratum est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanæ, sed vicit dei gratia. Nec nisi ad illud potuit peruenirí, vt liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus, Quis enim te discernit? quid autẽ habes quod non acceperis? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quod volens etiã martyr Cyprianus ostendere, hoc totum ipso titulo definiuit, dicens, In nullo gloriandum, quãdo nostrum nihil est. In 11 libro tractãtur cæteræ quæstiones, & pro nostra quantulacunq; facultate soluuntur, quæ sunt omnes de scriptura quæ regnorum appellatur. Harum prima est de eo quod scriptum est, Et insiluit spiritus domini in Saul: cum alibi dicatur, Et spiritus dñi malus in Saul, Quam cum exponerem dixi, Quãuis sit in cuiusque potestate quid

Roma. 9.

2. Cor. 4.

1. Reg. 10.

Lib. 2. q. 1.

In cuiusque potestate est qd ve

quid posit. Quod ideo dictum est, quia non dicimus esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus fit, vbi prius & maxime est ipsum velle. Sine vllo quippe interuallo temporis præsto est voluntas ipsa cum volumus, sed hãc quoque ad bene viuendum desuper accipimus potestatem, cum præparatur voluntas a domino. Secunda quæstio est, quomodo dictum sit: Pœnitet me quod constituerim regem Saul. Tertia, vtrum spiritus immundus qui erat in pythonissa, potuerit agere vt Samuel a Saule videretur, & loqueretur cum eo. Quarta, de eo quod scriptum est, Intrauit rex Dauid, & sedit ante dominũ. Quinta, de eo quod dixit Helias, O domine testis huius viduę, cũ qua ego inhabito apud ipsam, tu male fecisti, occidere filiũ eius. Hoc opus sic incipit: Gratissimã plane.

it, sed non quid posit, quomodo intelligẽdũ.

Prouer. 8. ferm. transla. 70.

1. Reg. 15.

1. Reg. 28.

2. Reg. 7.

3. Reg. 7.

LIBER contra epistolam Manichæi, quam vocant fundamenti, principia eius sola redarguit; sed in cæteris illius partibus annotationes vbi videbatur, affixæ sunt: quibus tota subuertitur, & quibus commonerer, si quando contra totam scribere vacuisset, Hic liber sic incipit, Vnum verum deum.

Contra epistolã quã vocãt fundamẽti In T. 6.

CAP. II.

LIBER de agone Christiano fratrib. in eloquio Latino ineruditis humili sermone conscriptus est, fidei regulam continens & præcepta viuẽdi. In quo illud quod positum est: Nec eos audiamus, qui carnis resurrectionẽ futurarum negant, & commemorant quod ait apostolus Paulus, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, non intelligentes quod ipse dicit apostolus, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum enim hoc factum fuerit, iã non erit caro & sanguis, sed cœleste corpus, non sic accipiendum est, quasi carnis non sit futura substantia, sed carnis & sanguinis nomine ipsam corruptionem carnis & sanguinis intelligẽdus est Apostolus nuncupasse, quæ vtique in regno illo non erit, vbi caro incorruptibilis erit. Quanuis & aliter possit intelligi, vt carnem & sanguinẽ opera carnis & sanguinis dixisse accipiamus Apostolũ, & eos regnũ dei non possessuros, qui perseuerãter ista dilexerint. Hic liber sic incipit: Corona victorię.

De agone Christiano. In T. 3.

CAP. III.

Cap. 32.

1. Cor. 15.

Caro et sanguis mortalis, vel opera carnis regnum dei non possidebunt.

LIBROS de doctrina Christiana, cum imperfectos comperissem, perficere malui quam eis sic relictis ad alia retractanda trãsire, Compleui ergo tertium qui scriptus fuerat vsque ad cum locum vbi commemoratum est ex euangelio testimonium de muliere, quæ abscondit fermẽtum in tribus mensuris farinæ, donec fermentaretur totum. Addidi etiam nouissimum librum, & quatuor libris opus illud impleui, quorum primitres adiuuant vt scripturæ intelligantur, quartus autem quomõ quæ intelligimus proferenda sint. In 11 sane libro de authore li-

De doctrĩa Christiana In To. 3.

CAP. IIII.

Cap. 25.

Matth. 13.

Cap. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bri, quem plures vocant. Sapientiam Salomonis, quod etiam ipsum sicut Ecclesiasticum Iesus Sirach scripserit non ita constare, sicut a me dictum est: postea didici, & omnino probabilius comperi non esse eius libri auctorem. Vbi autem dixi, His XLIIII libris testamenti veteris terminatur authoritas, ex consuetudine qua iam loquitur ecclesia, vetus testamentum appellaui: apostolus autem non videtur appellare vetus testamentum, nisi quando tum est in monte Sina. Et in eo quod dixi de temporum historia secundum Ambrosium soluisse quæstionem, tãquam coetanei fuerint Plato & Hieremias, me fefellit memoria. Nam quid ille de hac re episcopus dixerit in libro eius legitur, quem de sacramentis siue de prophetia scripsit. Hoc opus sic incipit, Sũt præcepta quędam.

Gal.4.

Cap.28. Plato & Hieremias nõ fuerũt cœtanij.

Cõtra partẽ Donati. In Tom. 5.&.7.

CAP. V.

SVNT duo libri mei, quorum titulus est contra partem Donati. In quorum primo libro dixi, non mihi placere vllius secularis potestatis impetu schismaticos ad communionem violenter arctari, Et vere tunc mihi nõ placebat, quia nondum expertus eram, vel quantum mali eorum auderet impunitas, vel quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinę. Hoc opus sic incipit, Quoniam Donatistæ nobis.

Confessionum In Tom. 1.

CAP. VI.

CONFESSIONVM mearum libri XIII & de malis & de bonis meis deum laudant iustum & bonum, atque in eum excitant humanum intellectum & affectum, interrim quod ad me attinet, hoc in me egerunt cum scribẽtur, & agunt cum leguntur. Quid de illis alij sentiant, ipsi viderint, multis tamen fratribus eos multum placuisse & placere scio. A primo vsque ad decimum de me scripti sunt. In tribus cæteris de scripturis sãctis, ab eo quod scriptum est, In principio fecit deus cœlum & terram: vsque ad sabbati requiem. In IIII libro, cũ de amici morte animi mei misertam cõfiterer, dicens quod anima mea vna quodãmodo facta fuerat ex duabus, & ideo, inquã, forte mori metuebam, ne totus ille moreretur quem multum amaueram: quæ mihi quasi declamatio leuis quam grauis confessio videtur, quanuis vtcunque temperata sit hęc ineptia in eo quod additum est, forte. Et illud in libro XIII quod dixi firmamentum factum inter spiritales aquas superiores, & corporales inferiores, non satis cõsiderate dictum est, Res autẽ in abdito est valde. Hoc opus sic incipit: Magnus es domine, & laudabilis valde.

Gene.1. Cap,6.

Cap,32.

Cõtra Faustum Manichæum In Tom.7.

CAP. VII.

CONTRA Faustum Manichæum blasphemantem legem & prophetas, & eorum deum & incarnationem Christi, scripturas autem noui testamenti, quibus conuincitur, falsatas esse dicentem, scripti grande opus, verbis eius propositis: reddens responsiones meas: triginta & tres disputationes sunt, quas etiam libros cur non dixerim?

Nam etsi sunt in eis aliqui perbreues, tamen libri sunt. Vnus vero eorum, vbi a nobis aduersum eius crimi nationes patriarcharum vita defenditur, tantæ prolixitatis est, quantæ nullus fere librorum meorum. In libro ergo tertio cum soluerem quæstionem, quomodo potuerit duos patres habere Ioseph, dixi quidẽ quod ex alio natus, ab alio fuerit adoptatus, sed genus quoque adoptionis dicere debui: sic enim sonat quod dixi, tanquam eum viuus adoptauerit alius pater, Lex autem filios etiam mortuis adoptabat, iubens vt fratris sine filijs mortui duceret frater vxorem, & fratri defuncto semen ex eadem suscitaret, quæ profecto de duobus vnius hominis patribus expeditior ibi redditur ratio. Vterini autem fratres fuerunt in quibus hoc contigit, vt vnius defuncti qui vocabatur Heli, duceret alter vxorem, id est Iacob, a quo Matthæus narrat genitum esse Ioseph: sed vterino fratri suo eum genuit, cuius filium Lucas dicit fuisse Ioseph, non vtique genitum, sed ex lege adoptiuum. Hoc in eorum literis inuentum est, qui recenti memoria post ascensionem domini de hac re scripserunt. Nam etiam nomen eiusdem mulieris, quæ peperit Iacob patrem Ioseph de priore marito Natham, qui fuit pater Iacob, auus Ioseph secundum Matthæum: & de marito posteriore Melchi peperit Heli, cuius erat adoptiuus Ioseph, non tacuit Aphricanus. Quod quidem cum Faustio responderem, nondum legeram, sed tamen per adoptionem potuisse contingere, vt vnus homo duos haberet patres, dubitare non poteram. In XII & XIII de filio Noe secundo qui est appellatus Cham, ita disputatum est, tanquam non in filio suo Chanaan, sicut scriptura demonstrat, sed in seipso fuerit a patre maledictus. In XIIII de sole & luna talia dicta sunt, tanquam sentiant, & ideo tolerent vanos adoratores suos, quanuis verba ibi accipi possint ab animali ad inanimale translata, modo locutionis qui vocatur Græce metaphora, sicut de mari scriptum est, quod fremat in vtero matris suæ volens progredi, cum vtique non habeat voluntatem. In vndetricesimo: Absit, inquam, vt sit in membris sanctorum etiam genitalibus aliqua turpitudo. Dicuntur quidem inhoneſta, quia non habẽt eam speciem decoris, quam membra quæ in promptu locata sunt: sed probabilior in alijs posteascriptis nostris reddita ratio est, cur ea dixerit etiam Apostolus inhonesta, propter legẽ scilicet in membris repugnantem legi mentis, quę de peccato accidit, non de prima nostrę institutione naturæ. Hoc opus sic incipit: Faustus quidam fuit genere Apher.

Cap.3. Deut.25. Ioseph vir Matię virginis duos habuit patres, vnũ secũm naturã, aliũ secũm legẽ. Nã Heli, lege, Iacob ãt natura Mat.1. ipsũ genuit, vt Luc.3. dixit & Theophi. sup.3. ca. Luc. & infra cap.12, &.16.

Cap.24.

Circa finẽ & li. 13. cap.10.

1.Cor.13. Rom.7.

Cõtra Felicẽ Manichęũ. In T.6.

CAP. VIII.

CONTRA Manichęum quendã nomine Felicem præsente populo in ecclesia biduo disputaui. Hipponem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quippe venerat, eundem, seminaturus errorem, vnus enim erat ex doctoribus eorum, quanuis in eruditus liberalibus literis, sed tamen Versutior Fortunato, Gesta sunt ecclesiastica, sed inter meos libros computantur. Duo ergo libri sunt, in quorum II disputatum est de libero voluntatis arbitrio, siue ad malum operandum, siue ad bonū: sed de gratia qua vere liberi sunt, de quibus scriptum est, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis: diligentius disputare, quoniam talis erat cum quo agebamus, nulla fumus necessitate compulsi. Hoc opus sic incipit, Honorio Augusto.

Ioan. 8.

De natura boni aduersus Manichæos In To. 6. CAP. IX.

LIBER de natura boni aduersus Manichæos est, vbi ostenditur naturam incommutabilem deum esse ac summum bonum, atque ab illo esse cæteras naturas siue spirituales siue corporales, atque omnes inquantum naturæ sunt, bonas esse: & qd vel vnde sit malū, & quāta mala Manichæi ponāt in natura boni, & quāta bona in natura mali, quas naturas finxit error ipsorum. Hic liber sic incipit, Sūmum bonū quo superius nō est, deus est.

Cōtra Secūdinū Manichæum, In Tom. 6. CAP. X.

SECVNDINVS quidam, non ex eis quos Manichæi electos, sed ex eis quos auditores vocant, quem nec facie quidem noueram, scripsit ad me velut amicus, honorifice obiurgans quod oppugnarem literis illam hæresim, & admonens ne facerem, atque ad eam potius sectandam exhortans, cum eius defensione, & fidei catholicæ reprehensione. Huic respondi: sed quia in eiusdem opusculi capite non posui, quis cui scriberem, non in epistolis meis, sed in libris habetur. Illic ab exordio conscripta est etiam eius epistola. Huius autem voluminis mei titulus est, Contra Secundinum Manichæum, quod mea sententia omnibus quæ aduersus illam pestem scribere potui, facile præpono. Hic liber sic incipit, Tua in me beneuolentia.

Cōtra Hilarium tribunitium In T. 7. CAP. XI.

INTER hęc Hilarius quidam vir tribunitius laicus catholicus, nescio unde aduersus dei ministros, vt fieri adsolet, irritatus, morem qui tūc esse apud Carthaginem cœperat, vt hymni ad altare dicerentur de Psalmorum libro, siue ante oblationē, siue cum distribueretur populo quod fuisset oblatum, maledica reprehensione vbicque poterat lacerabat, asserēs fieri non oportere. Huic respōdi iubentibus fratribus, & vocatur liber ipse, Contra Hilariū. Hic liber sic incipit, Qui dicuntur mentionem.

Quæstionū euāgeliorū. In T. 4 CAP. XII.

SVNT quædam expositiones quorundam locorum ex euangelio secundum Matthæum, & alię similiter secundum Lucam, in vnum librum illę, in alterum istæ redactę sunt. Titulus autē operis huius est, Quæstiones euāgeliorū. Sed quare illa sola de supradictis euangelicis libris exposita fuerint, quę his libris meis continentur, & quæ

ista sint, prologus meus, adiunctis atq; enumeratis eisdē quæstionibus, ita vt quisque legere quod voluerit, numeros secutus inueniat, satis indicat. In primo ergo libro in eo quod positum est, Dominum seorsum duobus discipulis suam retulisse passionem, mendositas codicis nos fefellit. Nam duodecim scriptum est, non duobus. In II libro volens exponere quomodo duos patres potuerit habere Ioseph, cuius coniunx dicta est virgo Maria, illud quod prohibetur fratrem duxisse defuncti fratris vxorem, vt ei semen secundum legem suscitaret, ideo dixi esse infirmum quoniam qui nascebatur, nomen defuncti lex eum iubebat accipere: non est verum. Nomen. n. defuncti quod dictum est, ad hoc lex valere præcepit, vt eius filius dicretur, nō vt hoc quod ille vocaretur. Hoc opus sic incipit: Hoc opus non ita scriptum est.

Cap. 27.

Deut. 25.

Quō habuerit Ioseph duos patres ē declaratū supra cap. 7. & infra. 16.

LIBER cuius est titulus Annotationes in Ioh, vtrū meus habendus sit, an potius eorum qui eas sicut potuerunt vel voluerunt redegere in vnum corpus descriptas de frontibus codicis, non facile dixerim. Suaues enim paucissimis intelligentibus sunt, qui tamen necesse est offendantur multa non intelligentes, quia nec ipsa verba quæ exponuntur ita descripta sunt in multis locis, vt appareat quid exponatur. Deinde breuitatem sententiarū tanta secuta est obscuritas, vt eam lector vix ferre possit, quem necesse est plurima non intellecta transire. Postremo tam mēdosum comperi opus ipsum in codicibus nostris vt emendare non possem, nec editum a me dici vellem, nisi quia scio fratres id habere, quorum studio non potuit denegari. Hoc opus sic incipit, & opera magna erant ei super terram.

Annotatiões in Ioh. in Tom. 4. CAP. XIII.

EST etiam liber noster de catechizādis rudibus hoc ipso titulo prænotatus. In quo libro vbi dixi, Necangelus qui cum spiritibus, alijs sarcellitibus suis superbiendo deseruit obedientiam dei, & diabolus factus est, aliquid nocuit deo, sed sibi. Nouit enim deus ordinare deserentes se animas: conuenientius diceretur, deserentes se spiritus, quoniam de angelis agebatur. Hic liber sic incipit, Petisti a me frater Deo gratias.

De cathechizādis rudibus. In Tom. 4 CAP. XIIII.

LIBROS de trinitate, quæ deus est, XV. scripsi per aliquot annos. Sed cum eorum duodecimum nondum perfeciſſem, & eos diutius tenerem quam possent sustinere qui vehementer illos habere cupiebant, subtracti sunt mihi minus emendari quam deberent ac possent, quando eos edere voluissem. Quod posteaquam compertum est, quia & alia eorum apud nos exemplaria remanserāt, statueram eos iam ipse non edere, sed sic habere, vt in alio aliquo opusculo meo quid mihi de his euenerit diceretur vrgentibus tamen fratribus, quibus resistere nō

De trinitate. In Tomo. 3. CAP. XV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

valui, emendaui eos quantum emendandos putaui, & compleui & edidi, adiungens eis a capite epistolam quam scripsi ad venerabilem Aurelium episcopum Carthaginiensis ecclesiæ: qua tanquam prologo exposui & quod accidisset & quid facere mea cogitatione voluissem, & quid fratrum charitate compellente fecissem. In quorum libro XI cum de corpore visibili agerem, dixi: Quocirca id amare alienari est, quod secundum eum amorem dictum est, quo aliquid sic amatur, vt eo fruendo existimet beatum se esse qui hoc amat. Nam non est alienari, in laudem creatoris amare speciem corporalem, vt ipso creatore fruens quisque vere beatus sit. Itemque in eodem vbi dixi: Nec autem quadrupedem memini, quia non vidi, sed phantasiam talem facillime intueor, dum alicui formæ volatili, qualem vidi, adiungo alios duos pedes, quales itidem vidi. Hæc dicens non potui recolere volatilia quadrupedia, quæ lex commemorat. Neque enim computat in pedibus duo posteriora crura quibus locustæ saliunt, quas dicit mundas, & ideo differre ab immundis talibus volatilibus, quæ non saliunt illis cruribus, sicut sunt scarabæi. Omnia quippe huiusmodi volatilia quadrupedia vocantur in lege. In XII vero lut expositio verborum apostoli, vbi ait: Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, non mihi satisfacit: nec sic puto intelligendum quod dictum est: Qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat: tanquam ille hoc faciat, qui propter adipiscenda ea quæ per corpus sentiuntur, vt in his finem boni sui ponat, aliquid agit. Hoc enim longe plura peccata complectitur, quã illa fornicatio quæ concubitu perpetratur illicito, de qua locutũ cũ hoc diceret Apostolũ apparet. Hoc opus sic incipit. Lecturis hæc quę de trinitate disseruimus.

Cap. 5.

Cap. 10.

Leuit. 11.

Cap. 10. 1. Cor. 6.

De cõsensu euãgelistarũ, Inr. 4 CAP. XVI.

PER eosdem annos quibus paulatim libros de trinitate dictabam, scripsi & alios labore continuo, interponens eos illorum temporibus, in quibus sunt libri III de consensu euangelistarum, propter eos qui tanquam dissentientibus calumniantur: quorum primus liber aduersus eos scriptus est, qui tanquam maxime sapientem Christum vel honorant vel honorare se fingunt: & ideo nolunt euangelio credere, quia non ab ipso illa conscripta sunt, sed ab eius discipulis quos existimante ei diuinitatem qua crederetur deus errore tribuisse. In quo libro quod dixi ex Abraham cœpisse gentem Hebræorum, est quidem & hoc credibile, vt Hebræi, velut Habraei dicti esse videantur: sed ex illo verius intelliguntur appellari, qui vocabatur Heber, tanquam Hebræi, de qua re in lib. XVI. de ciuitate dei satis disserui. In II. autem libro cum agerem de duobus patribus Ioseph, ab

Cap. 14. Cap. 11.

ab altero dixi genitum, ab altero adoptatum. Sed dicendum fuit alteri adoptatum. Defuncto enim quod magis credendum est, secundum legem fuerat adoptatus, quoniam qui eum genuit, eius matrem fratris defuncti coniugem duxerat. Item vbi dixi, Lucas vero ad ipsum David per Nathan ascendit, per quem prophetam deus peccatum illius expiauit. Per cuius nominis prophetam, dicere debui, ne putaretur idem fuisse homo cum alter fuerit, quanuis & ipse hoc vocaretur. Hoc opus sic incipit, Inter omnes diuinas authoritates.

Cap. 3. De duobus patribus Ioseph habes supra, ca. 7. & 12.

IN tribus libris contra epistolam Parmeniani Donatistarum Carthaginensis episcopi, successorisque Donati quæstio magna versatur & soluitur. vtrum in vnitate & eorundem communione sacramentorum mali contamineant bonos, & quemadmodum non contraminent disputatur, propter ecclesiam toto orbe diffusam, cui calumniando schisma fecerunt. In quorum libro tertio cum dissereretur, quomodo sit accipiendum quod ait Apostolus, Auferte malũ ex vobismetipsis, illud quod dixi, vt ex seipso quisque auferat malum, non sic esse intelligendum, sed sic potius vt homo malus auferatur ex hominibus bonis, quod fit per ecclesiasticam disciplinam, satis Græca lingua indicat, vbi sine ambiguitate scriptum est, vt intelligatur hunc malum, non hoc malum, quanuis & secundum istum intellectum respondetur Parmeniano. Hoc opus sic incipit, Multa quidem & alia aduersus.

Contra epistolã Parmeniãi põtistarũ episcopi. In. Tom. 7. CAP. XVII.

1. Corin. 5.

Malus hõ ẽ medio bonorũ auferendus.

CONTRA Donatistas authoritate beatissimi Episcopi & martyris Cypriãi se defendere molientes, septem libros de baptismo scripsi, in quibus docui nihil sic valere ad refellãdos Donatistas, & ad eorũ prorsus ora claudẽda, ne aduersus catholicam ecclesiã suũ schisma defendãt, quomodo literas factũque Cypriani. Vbicunque autem in his libris commemoraui ecclesiam non habentẽ maculam aut rugam, non sic accipiendum est quasi iam sit, sed quæ præparatur vt sit quãdo apparebit etiam gloriosa. Nunc enim propter quasdã ignorantias & infirmitates membrorum suorũ, habet vnde quotidie tota dicat, Dimitte nobis debita nostra. In quarto libro cum dicerẽ vicem baptismi posse habere passionem, nõ satis idoneũ posui illius latronis exemplum, qui vtrũ non fuerit baptizatus, incertũ est. In libro septimo de vasis aureis & argẽteis in domo magna constitutis, sensum Cypriani secutus sum, qui hęc accepit in bonis: in malis autem ligneis & fictilibus, ad illa referens quod dictum est, Alia quidem in honorem: ad hæc autem quod dictum est, Alia vero in contumeliam. Sed magis approbo quod apud Tychonium postea reperi vel aduerti, in vtrisque intelligendum, quædam in honorem, non sola scilicet aurea

De Baptismo In Tom. 7. CAP. XVIII. Lib. 1. c. 17. & li. 3. c. 18. & lib. 4. ca. 3. & 4. & 10. Ephe. 5.

Mat. 6. Cap. 22 Tota ecclesia dicit dimitte nobis dbita nra, q postea in cœlo erit sine macula. idẽ supra li. 1. li. c. 7. & c 19 & in cõci. Mileui. cã. 6. 7. & 8. & 1. 2. Ti. 2 Aphric. can. 81. 82. & 83. & in

Ecclesiast. c. 21 26. & 27. 1 T. 3. & 5. 1. T. ho. op. cõtra qđ attulit Cẽturius a Donatistis In T. 7

CAP. XIX.

aurea & argentea, & rursus in vtriusque quædam in contumeliam, non vtiq; sola lignea & fictilia. Hoc opus sic incipit: In eis libris quos aduersus.

CVM aduersus partem Donati multa crebris disputationibus ageremus, attulit ad ecclesiam quidam laicus tunc eorum nonnulla contra nos dictata vel scripta in paucis velut testimonijs, quæ suę causę suffragari putãt. His breuissime respondi. Huius libelli titulus est: Cõtra quod attulit Centurius a Donatistis. Et incipit sic: Dicis eo quod scriptum est in Salomone.

Ad inquisitiões Ianuarij.

CAP. XX.

LIBRI duo, quorum est titulus, Ad inquisitiones Ianuarij: multa de sacramentis continẽt disputata siue quæ vniuersaliter, siue quæ particulariter, id est non perçque in omnibus locis obseruat ecclesia, nec tamen commemorari omnia potuerunt, sed satis ad inquisita respõsum est: quorum librorum prior epistola est, habet quippe in capite, quis ad quem scribat, sed ideo inter libros annumeratur hoc opus, quoniam sequens qui nomina nostra non haber, multo est prolixior, & in eo multo plura tractantur. In primo igitur quod de manna dixi, quia vnicuiq; secundum propriam voluntatem in ore sapiebat; non mihi occurrit vnde possit probari, nisi ex libro Sapientiæ, quem Iudæi non recipiũt in authoritatẽ canonicam, quod tamen fidelibus potuit prouenire, non illis aduersus deum murmuratoribus, qui profecto alias escas nõ desiderarent, si hoc eis saperet manna quod vellent. Hoc opus sic incipit, Ad ea quæ me interrogasti.

cap. 3.

Mãnavnicuiq; qđ optabat sapiebat Sap. 16 idẽ &, Theo. sup. euãg. Matt: Iudęi nõ accipiunt i authõ. canoni. libri sũ sapi.

VT De opere monachorum librum conscriberem, ista me necessitas compulit, quod cum apud Carthaginem monasteria esse cœpissent, alij se suis manibus transigebant, obtemperantes apostolo, alij vero ita ex oblationibus religiosorum viuere volebant, vt nihil operantes vnde necessaria vel haberent vel supplerẽt, se potius impiere præceptum euangelicum existimarent atque iactarent, vbi dominus ait: Respicite volatilia cœli & lilia agri. Vnde etiam inter laicos inferioris propositi, sed tamen studio feruentes, existere cœperant tumultuosa certamina, quibus ecclesia turbaretur, alijs hoc, alijs aliud defendentibus. Huc accedebat quod criniti erant quidam eorum, qui operandum non esse dicebant. Vnde contentiones, hinc reprehendentium, inde quasi pugnãtium pro partium studijs augebantur. Propter hoc venerabilis senex Aurelius, ecclesiæ ipsius ciuitatis episcopus, vt hinc aliquid scriberem iussit, & feci. Hic liber sic incipit, Iussioni tuæ sancte frater Aureli.

De opere monachorũ In T. 3.

CAP. XXI.

2. Cor. 9.

Mat. 6.

De bono cõiugali cõtra Iouinianũ. In T. 6.

CAP. XXII.

IOVINIANA hæresis sacratum virginum meritum æquando pudicitiæ coniugali tantum valuit in vrbe Roma, vt nonnullas etiam sanctimoniales de quarũ pudicitia

pudicitia suspicio nulla præcesserat, deiecisse in nuptias diceretur, hoc maxime argumento cum eas vrgeret dicens: Tu ergo melior quam Sara melior quam Susanna siue Anna? & cæteras commemorando testimonio sanctæ scripturæ commendatissimas fœminas, quibus se illæ meliores, vel etiam pares cogitare non possent. Hoc modo etiam virorum sanctorum sanctum cœlibatum, cõmemoratione patrum coniugatorum & prædicatione frangebat. Huic monstro sancta ecclesia quæ ibi est, fidelissime ac fortissime restitit, Remanserant autem istę disputationes eius in quorundam sermũculis ac susurrijs, quas palam suadere nullus audebat. Sed etiam occulte venenis repentibus, facultate quam donabat dominus occurrendum fuit: maxime quoniam iactabatur Iouinia no responderi non posse cum laude, sed cum vituperatione nuptiarum. Propter hoc librum edidi, cuius inscriptio est De bono coniugali. Vbi de propagatione filiorum prius quam homines mortem peccando mererentur, quoniã concubitus mortalium corporum res videtur, quæstio magna dilata est. Sed in alijs postea literis nostris, satis quantum arbitror explicatur. Dixi etiam quodam loco, Quod enim est cibus ad salutem hominis hoc est concubitus ad salutem generis, & Vtrunque nõ esi sine delectatione carnali, quæ tamen modificata & tẽperantia refrenante, in vsum naturalem redacta, libido esse non potest. Quod ideo dictum est, quoniam libido non est bonus & rectus vsus. Sicut enim malum est male vti bonis, ita bonũ est bene vti malis: de qua re alias, maxime contra nouos hæreticos Pelagianos diligentius disputaui. De Abraham quod dixi, Ex hac obedięntia pater ille Abraham, qui sine vxore non fuit, esse sine vnico filio & a se occiso paratus fuit: non satis approbo. Magis enim filium si esset occisus, resurrectione sibi mox fuisse reddendum, credidisse credendus est: sicut in epistola legitur quę est ad Hebræos. Hic liber sic incipit, Quoniam v nusquisque homo.

Idẽ de ista hęre. in de hęresi. c. 82 in To. 6. & in. 2 To. horũ opusc.

Quod ẽ cibus ad salutẽ hominis, hoc est cõcubitus ad salutem generis.

Heb. 11.

POSTEA quam scripsi de bono coniugali, expectabatur vt scriberem de sancta virginitate, nec distulit: atque id dei munus, & quam mãgnum, & quanta humilitate custodiendum esset, vno sicut potui volumine ostẽdi. Hic liber sic incipit: Librum de bono coniugali nuper edidimus.

De sãcta virginitate In Tom. 6

CAP. XIII.

PER idem tempus de Genesi libros XII scripsi ab exordio, donec de paradiso dimissus est Adam & flamma rhomphæa posita est custodire viam ligni vitæ. Cũ autem ad hoc vsque XI libri peracti essent, duodecimum addidi, in quo diligentius de paradiso disputatum est: titulus horũ librorum inscribitur, de Genesi ad literam: id est

De Genesi ad literã. In To. 3.

CAP. XXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.19. Gal.3.

id est nõ secũdũ allegoricas significationes, sed secundũ rerum gestarum proprietates. In quo opere plura quæ ita quam inuenta sunt, & eorum quę inuenta sunt, pauciora firmata: cętera uero ita posita, velut adhuc requirenda sint. Hos sane libros posterius cœpi, sed prius terminaui quam de trinitate: ideo eos nũc ordine quo cœpi, recolui. In quinto libro & vbicunq; in eis libris posui, de semine cui repromissum est, qđ dispositum sit per angelos in manu mediatoris: non sic habet apostolus, sicut veriores codices post inspexi, maxime Græcos. De lege enim dictum est, quod tanquam de semine dictum, multi Latini codices habent per interpretantis errorẽ. In VI libro quod dixi, Adam imaginem dei, secundum quam factus est, perdidisse peccato: non sic accipiendum est, tanquam in eo nulla remanserit, sed quod tam deformis vt reformatione opus haberet. In XII de inferis, magis mihi videor docere debuisse, quod sub terris sint, q̃ rationem reddere cur sub terris esse credãtur, siue dicatur, quasi non ita sit, Hoc opus sic incipit, Omnis diuina scriptura bipertita est,

Cap.27.28. Imago dei post pcũm nõ pœnitus est deleta in adã, sz facta tã ꝺ formis vt opus hẽret reformatiõe. Ca.33

Contra literas Petiliani in To.7. CAP. XXV.

Cõtra cresconiũ grãmaticum. In To.7. CAP. XXVI.

ANTEQVAM finirem libros de trinitate, & libros de Genesi ad literam, irruit causa respondendi literis Petiliani Donatistæ, quas aduersus catholicam scripsit ecclesiam, quam differre nõ potui. Et scripsi in hac re tria volumina, quorum primo primæ parti epistolæ ipsius, quam scripsit ad suos, quia non tota in nostras manus venerat, sed prior parua pars eius: quãta potui ceteritate & veritate respondi. Etiã ipsa epistola est ad nostros, sed ideo inter libros habetur, qa cæteri duo in eadem causa libri sunt. Postea quippe inuenimus totam eiq̃ tãta diligentia respondi, quãta Fausto Manichæo, verba scilicet eius sub ipsius nomine prius ponens particulatim, & sub meo per singula responsionẽ meã: Sed prius quod scripserã, antequã totã reperiremus, peruenit ad Petilianum: & iratus respondere conatus est, in me potius dicens quicquid ei libuit, in causa vero omnino deficiens: qđ cũ posset collatis vtriusq; nrum scriptis facillime aduerti, tñ ,ppter tardiores hoc ipse respõdẽdo demonstrare curaui: sic est additus eidẽ nostro operi liber tertius. Hoc opus in primo libro sic incipit, Notis nos sępe voluisse. In scdo aũt sic, Primis ptibus epistolę petiliani, In tertio aũt sic, legi Petiliæ literas tuas.

GRAMMATICVS etiam quidam Donatista Crescõis, cũ inuenisset epistolã meã, qua primas partes quę in manus nras tũc venerat epistolę Petiliani redargui, putauit mihi esse respondẽdũ, & hoc ipsum scripsit ad me.

me, Cui operi eius libris quatuor respondi, ita sane vt tribus peragerẽ qđ vniuersa responsio flagitabat. Sed cũ viderẽ de sola Maximianẽsiũ cã cp suos schismaticos dã nauerũt, & eorũ aliquos rursus in suis honoribus receperunt, baptismũq; ab eis extra suã cõionẽ datũ nõ repetiuerunt, responderi posse ad cuncta quæ scripsit, etiã quartũ librũ addidi, in quo idipsum quantũ potui diligẽter atq; euidẽter ostendi. Hos autẽ quatuor libros quã do scripsi, iã cõtra Donatistas leges dederat Honorius imperator. Hoc opus sic incipit, Quãdo ad te Cresconi.

Probationũ et testimoniorũ contra Donatistas. In Tomo.7. CAP. XXVII.

POST hæc ad Donatistas peruenirẽt cõtra eorũ errorẽ & pro catholica Veritate necessaria documẽta curaui, siue de ecclesiasticis, siue de publicis gestis, siue de scripturis canonicis, Et primo ad illos eadẽ promissa, direxi, vt ipsi ea si fieri posset exposcerent. Quæ cũ venissent in eorum quorũdã manus, nescio quis extitit q suo nomine tacito contra hoc scriberet, ita se confitens Donatistam, tanquã hoc vocaretur. Cui ego respondens, alium librum scripsi, Illa vero documenta quę promiserã, eidẽ libello quo ea ,pmiserã iunxi, & ex vtroq; vnũ esse volui: eũq; sic edidi, vt in parietibus basilicæ quæ Donatistarũ fuerat, prius propositus legeretur, cuius titulus est, Probationum & testimoniorum contra Donatistas, In quo libro absolutionẽ Felicis Aptungensis ordinatoris Cęciliãi, nõ hoc ordine posuimus quo post ea nobis claruit, consulibus diligenter inspectis, sed tan quam post Cæcilianum fuerit absolutus, cum ante sit fa ctũ. Illud etiam quod commemorato Iudæ Apostoli testimonio, vbi ait. Ii sunt qui segregant semetipsos, anima les, spiritum non habentes, adiunxi etiã dicẽs, De quibus Paulus Apostolus dicit, Animalis autem hõ nõ p cipit ea quæ sunt spiritus dei: non sunt isti illis equandi, quos omnino ab ecclesia schisma præcidit. Istos quippe idem Apostolus Paulus paruulos dicit esse in Christo, quos nondum escam valentes capere, lacte nutrit tamen: illi saũt non in filijs paruulis, sed in mortuis & perditis computandi sunt, vt si quis eorum correctus eccle się fuerit copulatus, recte de illo dici possit, Mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Hic liber sic incipit: qui timetis consentire ecclesię catholicæ.

Iud.1. 1.Cor.2. 1.Cor.3. Luc.15.

ALTERIVS libri quem supra commemoraui, titulum esse volui, Contra nescio quẽ Donatistã, vbi similiter de absolutione ordinatoris Cæciliani verus or do tẽporis nõ est. Illud etiã quod dixi: Ad multitudinẽ zizaniorum, vbi intelliguntur omnes hæreses: minus habet vnam necessariam coniunctionẽ: dicendũ, n. fuit, Vbi intelligũtur & oẽs hæreses aut Vbi intelligũtur ẽt omnes hæreses. Nunc vero ita dictum est, quasi præter ecclesiam

cõtra nescio quẽ Donatistã I T.4 CAP. XXVIII.

ecclesiam tantummodo sint zizania, non etiam in ecclesia, cum ipsa sit regnum Christi, de quo collecturi sunt angeli eius messis tempore omnia scandala. Vnde & Cyprianus martyr, Etsi videntur, inquit, in ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, vt quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Quem sensum etiam alias nos, & maxime aduersus eosdē presentes Donatistas in collatione defendimus. Hic liber sic incipit, probationes rerum necessarium.

Admonitio Donatistarę de Maximianistis, in Tom 7.
CAP. XXIX.

CVM viderem multos legendi labore impediri a discendo, quam nihil rationis atque veritatis habeat pars Donati, libellum breuissimum feci, quo eos de solis Maximianistis admonendos putaui, vt posset facilitate describendi in manus plurimum peruenire, & ipsa sui breuitate facilius commendari memoriæ: cui titulum imposui, Admonito Donatistarum de Maximianistis. Hic liber sic incipit: Quicunque calumnijs hominum.

De diuinatione dæmonū. i T. 3.
CAP. XXX.

2. sen. dist. 8, c. 1.

PER idem tempus accidit mihi ex quadam disputatione necessitas, vt de diuinatione dæmonum libellum scriberem, cuius titulus iste ipse est. In eius autem quodam loco vbi dixi, Dæmones aliquando & hominum dispositiões non solum voce pronuntiatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere rem dixi occultissimam audaciore asseueratione quam debui: nam peruenire ista ad notitiam dæmonum, per nonnulla etiam experimenta compertum est. Sed vtrum signa quędam dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia, nos autem latentia, an alia vi, & ea spiritali ista cognoscat, aut difficile potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri. Hic liber sic incipit: quodam die in diebus sanctis octauarum.

De sex qōnibus cōtra pagānos ex positis ad Deogras, in To. 2.
CAP. XXXI.

Matth. 7.

INTER hæc missæ sunt mihi a Carthagine quæstiones sex, quas proposuit amicus quidam, quem cupiebā fieri Christianum, vt contra Paganos soluerentur, præsertim quia nonnullas earum a Porphyrio philosopho propositas dixit. Sed non eum esse arbitror Porphyrium Siculum illum cuius celeberrima est fama. Harum quæstionum disputationes in vnum librum contuli, nō prolixum, cuius est titulus, Sex quæstiones cōtra Paganos expositę. Earum autem prima est de resurrectione: secūda de tempore Christianę religionis: tertia de sacrificiorum distinctiōe: quarta de eo quod scriptum est, In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: quinta de filio dei secundum Salomonem: sexta de Iona propheta. In quarum secunda quod dixi, Salus religionis huius, per quam solam veram vera salus veraciterq promittitur, nulli

nulli, vnquā defuit qui dignus fuit, & cui defuit, dignus non fuit: non ita dixi tanquam ex meritis suis quisquā dignus fuerit: sed quemadmodum ait Apostolus, Non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, Maior seruiet minori: quam vocationem ad dei propositum adserit pertinere. Vnde dicit, Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam. Et vnde idem dicit, Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperātur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti. De qua vocatione ait: Vt dignos vos habeat vocatione sua sancta. Hic liber post epistolam, quæ postmodum a capite addita est, sic incipit, Mouet quosdam.

Roma. 9.

2. Tim. 1.

Roma. 8.

Expositio epist. Iacobi, in To. 9 NAP. XXXII.

INTER opuscula mea reperiri expositionem epistolæ Iacobi apostoli, quam retractans aduerti ad notationes potius expositorum quorundam eius locorum in libros redactas fratrum diligentia, qui eas in frontibus codicis esse noluerunt. Adiuuant ergo aliquid, nisi quod ipsam epistolam quam legebamus quando ista dictaui, non diligenter ex Græco habebamus interpretatā. Hic liber sic incipit, Duodecim tribubus quæ sunt in dispersione salutem.

De peccatorum meritis & remissiõe ac de baptismo paruulorū, Tomo 7.
CAP. XXXIII.

VENIT etiam necessitas, quæ me cogeret aduersus nouam Pelagianam hęresim scribere, contra quā prius eam opus erat, non scriptis, sed sermonibus & collocutionibus agebamus vt quisque nostrum poterat aut debebat. Missis ergo mihi a Carthagine quæstionibus eorum quas rescribendo dissolueram, scripsi primū libros tres, quorum titulus est De peccatorum meritis & remissione: vbi maxime de baptismate disputatur paruulorum propter originale peccatum: & de gratia dei qua iustificamur, hoc est iusti, efficimur: quamuis in hac vita nemo ita seruet mandata iustitię, vt non sit ei necessariū pro suis peccatis orando dicere, Dimitte nobis debita nostra. Contra quę omnia sentientes illi nouam hęresim condiderunt. In his autem libris tacenda adhuc arbitratus tum nomina eorum, sic eos facilius posse corrigi sperans: imo etiam in III libro, quę est epistola, sed in libris habita propter duos, quibus eam connectendam putaui, Pelagij ipsius nomen non sine laude aliqua posui: qa vita eius a multis prędicabatur: & eius illa redargui quę in suis scriptis non ex persona sua posuit, sed quid ab alijs diceretur exposuit, quæ tamen postea iam hæreticus pertinacissima animositate defendit. Cœlestius vero discipulus eius tam propter tales assertiones apud Carthaginem in episcopali iudicio, vbi ego nō interfui excommunicationem meruerat. In II libro quodam loco, Hoc quibusdam, inquam, in fine largietur, vt mortem repentina commutatione non sentiant: seruans locum

Idē. I. lib. ca. 7. & 29. & I isto, 2 cap. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum diligentiori de hac re inquisitioni. Aut enim non morientur, aut de vi a ista in mortē, & de morte in eter nam vitam celerrima commutatione tanquam in ictu oculi transeundo mortem non sentient. Hoc opus sic incipit, Quanuis in mediis & magnis curarum ęstibus,

De vnico baptismo, in To. 7. CAP. xxxiiii.

EODEM tempore librum de vnico baptismo amicus quidam meus, a nescio quo Donatista presbytero accepit, indicante quod Petilianus episcopus eorū Cōstantinensis eum scripserit. Hunc ad me ille attulit, ac vehementer vt ei responderem rogauit: & factum est. Librum autem etiam meum in quo respondi, eundem titulum habere volui, hoc est De vnico baptismo: in quo libro quod dixi, Constantinum imperatorem Donatistis criminantibus ordinatorem Cęciliani Felicem Aptungensem non negasse accusationis locum, quanuis eos in Cęciliani fictis criminibus calumniosos fuisse expertus, in ordine temporum postea consideratum, aliter inuentum est. Nam prius memoratus imperator causam Felicis fecit audiri a proconsule, vbi legitur absolutus, & postea ipse Cæcilianum cum accusatoribus eius audi tum, comperit innocentem, vbi eos expertus est in eius criminibus calumniosos: quidem ordo temporum p consules declaratus, multo vehementius in ea causa Cā lumnias Donatistarum cōuincit, penitusque subuertit: quo d alibi ostendimus. Hic liber sic incipit, Respondere diuersa sentientibus.

Cap. 16.

De maximianistis cōtra donatistas in Tom. 7. CAP. xxxv.

SCRIPSI etiam librum inter cætera contra Donatistas, non breuissimum sicut antea, sed grandem multo diligentius, in quo apparet quēadmodum eorum aduersus ecclesiam catholicam impium ac superbissimum errorem sola funditus Maximianistarum causa subuertat, quod schisma factum est ex ipsa parte Donati. Hic liber sic incipit, Multa iam diximus, multa iam scripsimus.

De gra noui testamēti ad honoratum, in To. 2. CAP. xxxvi.

EO IPSO tempore quo contra Donatistas vehementer exercebamur, & contra Pelagianos exerceri iam cœperamus, amicus quidam mihi misit quinque a Carthagine quæstiones, & rogauit vt eas illi scribendo exponerē: quę sunt, Quid sibi velit vox illa domini, deus meus, deus meus, vt quid me dereliquisti? Et quid sit quod ait Apostolus, Vt in charitate radicati & fundati prualeatis comprehēdere cum omnibus sanctis quę sit latitudo & longitudo & altitudo & profundum. Et quę sint quinque virgines stultæ, quæ ue sapientes. Et quæ sint tenebræ exteriores. Et quomodo intelligēdum sit, Verbum caro factum est, Ego autem intuens supradictam Hæresim nouam inimicam gratię dei, sextam mihi proposui quæstionem de gratia noui testamenti. De qua disputans, interposita expositione Psalmi xxi in cuius capite scriptum est quod dominus exclamauit in cruce. quod ille amicus in primis mihi proposuit expo nendam, omnia illa quinque dissolui, non hoc ordine quo erant proposita, sed sicut mihi disserenti de gratia noui testamenti, tanquam suis locis congruenter occur rere potuerunt. Hic liber sic incipit, Quinque mihi proposuisti tractandas quæstiones.

Psal. 21. Ephe. 3. Matt. 25. Matth. 8. Ioan. 1.

De spū et lra ad Marcellinū, in Tom. 3. CAP. xxxvii.

AD quem scripseram tres libros, quorum titulus est De peccatorum meritis & remissione vbi diligenter disputatur etiam de baptismo paruulorum: rescripsit mihi se fuisse permotum, quod dixerim, fieri posse vt sit homo sine peccato si voluntas eius non desit, ope adiuuāte diuina, quanuis nemo tam perfectę iustitiæ in hac vita vel fuerit vel sit vel futurus sit. Quæsiuit enim quomodo dixerim posse fieri, cuius rei de sit exemplum. Propter hanc eius inquisitionem scripsi librum cuius est titulus De spiritu & litera, pertractans apostolicam sententiam vbi ait, Litera occidit, spiritus autem viuificat, In quo libro quantum deus adiuuit, acriter dispu taui contra inimicos gratię dei; qua iustificatur impius. Cum autem agerem de obseruationibus Iudeorū, a quibusdam escis secundum veterem legem abstinentium, dixi Quarundam escarum ceremonię, quod nomen non est in vsu literarum sanctarum: ideo tamen mihi congruens visum est, quod a carendo appellatas ceremonia, quasi cęremonias memoria tenebam, eo quod obseruantes careant his rebus a quibus abstinēt. Quod si est origo alia huius nominis quę abhorret a vera religione, secundum hanc ego non sum locutus, sed secundum istam quam supra memorani. Hic liber sic incipit, Lectis opusculis quę ad te nuper elaboraui.

Cap. 16.

De fide & opib. In Tom. 4. CAP. xxxviii.

INTEREA missa sunt mihi a quibusdam fratribus laicis quidem, sed diuinorum eloquiorum studiosis scripta nonnulla, quæ ita distinguerent a bonis operibus Christianam fidem, vt sine hac non posse, sine illis autē posse peruenire suaderetur ad eternam vitam. Quibus respondens librum scripsi, cuius nomen est De fide & operibus. In quo disputaui non solum quemadmodum viuere debeant gratia de regenerati, verum etiam quales ad lauacrum regenerationis admittī. Hic liber sic incipit, Quibusdam videtur.

Breuiculus collationū. In To. 7. CAP. xxxix.

POSTEA QVAM facta est cum Donatistis nostra collatio, breuiter commemorani quæ gesta sint, literisque comprehendi secundum tres dies quibus cum eis contulimus: idque opus vtile existimaui, quo quisque commonitus, vel sciat sine labore quid actum sit, vel consultis numeris, quos rebus singulis adnotaui, legat in eisdem gestis ad locum quodcunq; voluerit: quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam fatigant illa nimia prolixitate lectorem. Huius autem operis titulus est, Breuiculus collationū. Hoc opus sic incipit, Cum catholici episcopi & patris Donati.

Post collationē cōtra donatistas In Tom. 2. CAP. XL.

LIBRVM etiam scripsi grandem satis quārum extimo diligenter ad ipsos Donatistas post collationem quam cum episcopis eorum habuimus, ne ab eis seducerentur vlterius. Vbi respondi etiam quibusdam vanitatibus eorum quæ ad nos peruenire potuerūt, quas vicissim vbi potuerant, & quomodo potuerant tractabant, præter illa quę dixi de gestis collationis, vnde quid actū sit breuiter nosceretur. Multo autem breuius id egit in quadam ad eosdem rursus epistola. Sed quia in cōcilio Numidiæ omnibus qui ibi eramus hoc fieri placuit, non est in epistolis meis. Sic quippe incipit: Syluanus senex, Valentinus, Innocentius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus, & cęteri episcopi de concilio Cirtensi ad Donatistas. Hic liber sic incipit. Quid adhuc Donatistæ seducimini.

Cōciliū Cirtēse.

De vidēdo deo ad Paulinam. In Tom. 2. CAP. XLI.

DE videndo deo scripsi librum, vbi de spiritali corpore quod erit in resurrectione sanctorum inquisitionē diligentiorem distuli, vtrum vel quomodo deus qui spiritus est, etiam per corpus tale videatur, sed eam posterea quæstionem sane difficillimam in nouissimo, id est in vicesimo & secundo libro De ciuitate dei, satis quantum arbitror explicaui. Inueni etiam in quodam nostro codice, in quo & iste liber est, quoddam communitorium a me factum de hac re ad episcopum Sicensem Fortunacianum, quod in opusculorum meorum indiculo, nec inter libros, nec inter epistolas est nominatum. Hic liber sic incipit, Memor debiti. Illud aūt, Sicut p̄sens rogauit.

De natura & gr̄a cōtra Pela. In Tom. 7. CAP. XLII.

VENIT etiam tunc in manus meas quidam Pelagii liber, vbi hominis naturam contra dei gratia qua iustificatur impius, & qua Christiani sumus, quanta potuit argumentatione defendit. Librum ergo quo huic respondi, defendens gratiam, non cōtra naturam, sed per quā natura liberatur & regitur, de natura & gratia nuncupaui. In quo verba quędam quæ velut Sixti Romani episcopi & martyris. Pelagius posuit, ita defendi: tanquam re vera eiuidē Sixti essent, id enim putauerā, sed postea legi Xixti philosophi esse, non Xysti Christiā. Hic liber sic incipit, Librum quem misistis.

De ciuit. dei. In Tom. 5. CAP. XLIII.

INTEREA Roma Gothorum irruptione, agentiū sub rege Alarico, atque impetu magne cladis euersa est, cuius euersionem deorum falsorum multorumque cultores, quos vsitato nomine Paganos vocamus, in Christianam religionem referre conantes, solito acerbius & amarius deum verum blasphemare cœperunt. Vnde ego exardēscens zelo domus dei, aduersus eorum blasphemias

mias vel errores, libros De ciuitate dei, scribere instituī. Quod opus per aliquot annos me tenuit, eō quod alia multa intercurrebant, quæ differre non oporteret, & me prius ad soluendum occupabant. Hoc autem De ciuitate dei, grande opus tandem vigintiduobus libris est terminatum. Quorum quinque primi eos refellunt, qui res humanas ita prosperari volunt, vt ad hoc multorū deorum cultum quos Pagani colere consueuerunt, necessarium esse arbitrentur: & quia prohibētur, mala ista exoriri atque abundare contendunt. Sequentes autem quinque aduersus eos loquuntur, qui fatentur hæc mala nec defuisse vnquam, nec defutura mortalibus, & ea nunc magna, nunc parua, locis, temporibus, personisq; varia ri, sed deorum multorum cultū, quo eis sacrificatur, propter vitam post mortem futuram esse vtilem disputant: His ergo decem libris, duæ istę vanę opiniones Christiānę religioni aduersarię refelluntur. Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse, non autem nostra asseruisse reprehenderet, id agit pars altera operis huius, quæ libris XII continetur. Quanquam vbi opus est, & in prioribus X quæ nostra sunt asseramus, & in XII posterioribus redarguamus aduersa. Duodecim ergo librorum sequentiū primi quatuor continent exortum duarum ciuitatum, quarum est vna dei, altera huius mūdi. Secundi quatuor excursum earum sine procursum. Tertij vero qui & postremi, debitos fines. Ita omnes viginti & duo libri cum sint de vtraque ciuitate conscripti, titulum tamen a meliore acceperunt, vt De ciuitate dei, potius vocarentur.

cap. 8.

In quorum X libro non debuit pro miraculo poni in Abrahę sacrificio flammam cœlitus factam inter diuisas victimas concurrisse: quoniam hoc illi in visione monstratum est. In XVII libro, quod dictum est de Samuele: Non erat de filijs Aaron, dicēdum potius fuit, non erat filius sacerdotis. Filios quippe sacerdotum defunctis sacerdotibus succedere magis legitimi moris fuit: nam in filijs Aaron reperitur pater Samuelis, sed sacerdos nō fuit nec ita in filijs vt eum ipse genuerit Aaron, sed sicut omnes illius populi dicuntur filij Israel. Hoc opus sic incipit, Gloriosissimam ciuitatem dei.

Gene. 15.

Cap. 5.

INTER hęc Orosij cuiusdam Hispani presbyteri cō sultationi de Priscillianistis, & de quibusdam Origeneis sensibus quos catholica fides improbat, quāta potuit breuitate ac perspicuitate respōdi: cuius opusculi titulus est, Ad Orosiū contra Priscillianistas & Origenistas. Et ipsa enim consultatio responsioni meæ a capite adiuncta est. Hic liber sic incipit, Respondere tibi queranti.

Ad Orosiū contra Priscilianistas & Origenistas. In Tom. 6. CAP. XLIIII.

SCRIPSI etiam duos libros ad Hieronymum presbyterum sedentem in Bethleē, vnum de origine animæ

De orig. aīę. & ē snia Iacobi. In Tom. 2. CAP. XLV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominis: alterum de sententia Iacobi apostoli, vbi ait, Iac. 2.
Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in
uno, factus est omnium reus: de vtroque consulens eum.
Sed in illo priore quæstionem quam proposui ipse non
solui, in posteriore autem quod mihi de illa soluenda vi
deretur ipse non tacui. Sed vtrum hoc approbaret etiam
ille consului. Rescripsit autem, laudans eandem consulta
tionem meam, sibi tamē ad rescribendum otium nō esse
respondit. Ego vero quouscp esset in corpore, hos libros
edere nolui, ne forte responderet aliquando, & cum ipsa
responsione eius potius ederentur. Illo autem defuncto
ad hoc edidi priorem, qui legit admoneatur aut nō quæ
rere omnino quomodo detur anima nascentibus, aut cer
te de re obscurissima eam solutionem quæstionis huius
admittere, quæ cōtraria non sit apertissimis rebus, quas
de originali peccato fides catholica nouit in paruulis, ni
si regenerentur in Christo sine dubitatione damnandis.
Posteriorem vero ad hoc, vt quæstiōis de qua ibi agitur,
etiam quę nobis visa est solutio ipsa noscatur. Hoc opus

Ad Emeritū Donatistarū episc. In Tom. 7. CAP. XLVI.

sic incipit, Dominum nostrum qui nos vocauit.
AD Emeritū Donatistarum episcopū, qui in collatio
ne nostra quam cum illis habuimus, eorū causam maxi
me agere videbatur, aliquāto post eandem collationem
scripsi librum satis vtilem, quoniam res quibus vincun
tur, vel victi esse monstrantur commoda breuitate cōpla
ctitur. Hic liber sic incipit, Si vel nunc frater Emerite.

De gestis Pelagij In Tom. 7. CAP. XLVII.

PER idem tempus in Oriente, hoc est in Syria Pale
stina, Pelagius a quibusdam catholicis fratribus ad epi
scopalia gesta perductus, eisque absentibus qui de illo ju
dicium dederant, quoniam ad diem synodi non potue

Pelagius sua dogmata grāe Contraria retractauit.

runt occurrere, ab episcopis XIIII auditus est, vbi eum
dogmata ipsa damnantem, quæ inimica gratiæ dei aduer
sus eum de libello legebantur, catholicum pronunciatum
runt. Sed cum in manus nostras eadem gesta venissent,
scripsi de his librum, ne illo velut absoluto, eadem quo
que dogmata putarentur iudices approbasse, quę ille non
damnasset, nullo modo ab eis nisi damnatus existet. Hic
liber sic incipit, Postea quam in manus vestras.

De correctione Donatistarū ad Bonifacium. CAP. XLVIII.

EODEM tempore scripsi etiam librum de correctio
ne Donatistarum, propter eos qui nolebant illos legibus
imperialibus corrigi. Hic liber sic incipit, Laudo & gra
tulor & admiror fili dilectissime Bonifaci.

De p̄sentia dei ad Dardanum. CAP. XLIX.

DE præsentia dei scripsi librum, vbi nostra intentio
contra hæresim Pelagianam maxime vigilat, non ex
presse nominatā, sed in eo etiā de p̄sentia (dei) naturę,
quem deum verum & summum dicimus, & de tēplo eius
operose ac subtiliter disputatur. Hic liber sic incipit, Ex
teor frater dilectissime Dardane.

POSTEA

POSTEAQVAM Pelagiana hæresis cum suis au
thoribus ab episcopis ecclesiæ Romanæ, prius Innocen
tio, deinde Zosimo, cooperantibus conciliorum Aphri
canorum literis, conuicta atque damnata est, scripsi duos
libros aduersus eos, vnum de gratia Christi, alterum de
peccato originali. Hoc opus sic incipit, Quātū de vestra
corporali, & maxime spiritali salute gaudeamus.

De grat. Xp̄i & pec. ori cōtra Pelagiū & Celes. CAP. L.

ALIQVANTO post collationem, quā cum hæreti
cis Donatistis habuimus, orta est nobis necessitas per
gendi in Mauritaniam Cęsarien sem. Ibi apud ipsam Cęsa
ream Emeritum Donatistarum episcopum vidimus, unū
scilicet eorum septem quos pro tuæ causæ defensione de
legerant, & qui in eadē causa maxime laborauerat. Quæ
cum illo egerimus p̄sentibus episcopis eiusdem prouin
ciæ, & plebe Cæsariensis ecclesiæ, in qua ciuitate & ci
uis & memoratorum hæreticorum episcopus fuit, eccle
siastica gesta testantur, quæ in meis habentur opusculis.
Vbi non inueniens quid responderet, totum sermonem
meum quem de solis Maximianistis in auribus eius &
omnium qui aderant explicaui, tāquam mutus audiuit.
Hic liber vel hęc gesta sic incipiunt: Gloriosissimis im
peratoribus Honorio XII & Theodosio VIII coss.

De gestis cū Emerito Donatistarū episcopo. CAP. LI.

INTER hęc venit in manus meas quidam sermo Ar
rianorū, sine nomine authoris sui. Huic petēte atcp instā
te qui eū mihi miserat, quāta potui etiā breuitate ac cele
ritate respōdi, adiūcto eodē sermone a capite respōsiōis
meę, & adhibitis ad singula numeris, qbus inspectis, qd
cuicp loco respōderi, facile possit aduerti. Hic liber post
eorū sermonē q̄ a capite adiūctus est sic incipit: Eorū prę
cedēti disputationi, hac disputatione respondeo.

Cōtra sermonē Arrianorum. CAP. LII.

SCRIPSI duos libros ad illustrem virum comitem
Valerium, cum audissem Pelagianos ei nescio quid scrip
sisse de nobis, quod scilicet nuptias damnaremus, asserē
do originale peccatum: quorum librorum titulus est De
nuptijs & concupiscentia. Bonitatem quippe defendi
mus nuptiarum, ne putaretur earum esse vitium concu
piscentia carnis, & lex in membris repugnans legi men
tis, quo malo libidinis bene vtitur ad filios procreandos
pudicitia coniugalis. Vt autem duo libri essent, primus
venit in Iuliani Pelagiani manus, & scripsit aduersus eū
libros IIII, ex quibus quidem nonnulla decerpsit, & co
miti Valerio misit, ille vero ad nos. Quę cū accepissem,
alio libro ad eadem ipsa respōdi. Huius operis primus li
ber sic incipit: Hæretici noui dilectissime fili Valeri, Se
cundus autem sic, Inter militę tuæ curas.

De nuptijs & concupiscētia ad valerium comitem Roma. 7. CAP. LIII.

SEPTEM libros de septem libris diuinarum scriptu
rarum, id est Moysi quiuque, & vno Iesu Naue, & al
tero Iudicum feci, notatis locutionibus singulorum quę

Locutionū libri septem. CAP. LIIII.

minus vſitatæ ſunt linguæ noſtræ, quas parum aduerten
do ſenſum quærunt qui legunt diuinorum eloquiorum,
cum ſit locutionis genus, & nonnunquam exculpuntali
quid quod a veritate quidem non abhorreat, non tamen
id ſenſiſſe author a quo hoc ſcriptum eſt inuenitur, ſed ge
nere locutionis hoc dixiſſe credibilius apparet. Multa
autem in ſcripturis ſanctis obſcura, cognito locutionis
genere diluceſcunt. Propter quod cognoſcenda ſunt ea
dem genera locutionum vbi ſententiæ patent, vt etiam
vbi latent cognitio ipſa ſuccurrat, eaſque intentioni le
gentis aperiat. Huius operis titulus eſt, Locutiones de
Geneſi atque ita de ſingulis libris. Quod autem in pri
mo libro poſui ſcriptum eſſe: Et fecit Noe omnia verba
quæcunqua præcepit illi dominus, ſic fecit, eamque lo
cutionem dixi ſimilem eſſe ei, quod in conditione crea
turæ poſteaquam dicitur, Et ſic eſt factum: additur, & fe
cit deus: non omnimodo ſimile hoc eidem mihi videtur.
Denique ibi etiam ſenſus latet, hic ſola locutio eſt. Hoc
opus ſic incipit, Locutiones ſcripturarum.

Multa ī ſcriptu
ris obſcura q̄ co
gnito locutiōis
genere diluceſcūt.

Quæſtionū libri ſeptem.
CAP. LV.

EODEM tempore ſcripſi etiam libros quæſtionum de
libris eiſdem diuinis ſeptem, quos ideo appellare ſic vo
lui, quia ea quæ ibi diſputantur, magis quærenda propo
ſui, quam quæſita diſſolui, Quanuis multo plura in eis
mihi videantur ita pertractata, vt poſſint etiam ſoluta
& expoſita non immerito iudicari. Regnorum quoque
libros eodem modo iam conſiderare cœperamus, ſed nō
multum progreſſi, in alia quæ magis vrgebant animum
intendimus. In primo autem libro, vbi agitur de virgis
variatis, quas ponebat Iacob in aqua, vt in conceptu
poſitę oues eas viderent, cum biberent, & varios fœtus
parerent: non bene a nobis expoſita eſt cauſa, cur iterū
concipientibus non ponebat, id eſt cum alios fœtus con
ciperent, ſed in priore conceptu. Nam quæſtionis alteri
us expoſito, vbi quæritur cur dixerit ſocero ſuo Ia
cob, Et decepiſti mercedem meam decem agnabus: ſatis
veraciter enodata, demonſtrat iſtam ſicut ſolui debuit
non ſolutam. In III quoque libro vbi de ſummo agitur ſa
cerdote, quomodo creabat filios cum haberet neceſſi
tatem bis in die ingredi in ſancta ſanctorum, vbi erat
altare incenſi, ad offerendum incenſum mane & veſpe
ra, quo non poſſet, ſicut lex dicit, immundus intra
re: & eadem lex dicat, immundum fieri hominem eti
am ex concubitu coniugali, quem iubet quidem laua
ri aqua, ſed & lotum dicit immundum eſſe vſque ad ve
ſperam. Vnde dixi conſequens fuiſſe, vt aut continens
eſſet, aut diebus aliquibus intermitteretur incenſum:
non vidi non fuiſſe conſequens. Poteſt enim ſic intelli
gi quod ſcriptum eſt, Immundus erit vſque ad veſpe
ram,

Gen.30.
Quæſt.93.

Quæſt.95.
Gen.31.
Quæſt.82.

ram, vt per ipſam veſperam iam non eſſet immundus,
ſed vſque ad ipſam, vt vſpertino iam tempore incen
ſum mundus offerret, cum propter creandos filios poſt
matutinum incenſum mixtus eſſet vxori. Itemque vbi
quæſitum eſt, quomodo prohibitus eſſet ſuper funus pa
tris ſacerdos ſummus intrare, cum eum fieri ſacerdo
tem (quando vnus erat) niſi poſt mortem ſacerdotis pa
tris non oporteret: dixi propter hoc neceſſe fuiſſe, non
dum ſepulto patre ſtatim poſt eius mortem, filium eius
conſtitui qui ſuccederet patri, propter etiam continuatio
nis incenſum, quod bis in die neceſſe erat offerri, qui ſa
cerdos ſuper mortem nondum ſepulti patris prohibetur
intrare. Sed parum attendi, potuiſſe hoc præcipi magis
propter illos qui futuri fuerant ſummi ſacerdotes non
patribus ſummis ſacerdotibus ſuccedentes, ſed tamen
ex filijs, id eſt ex poſteris Aaron, ſi fortę ſummus ſa
cerdos, aut filios non haberet, aut ita reprobos habe
ret vt nullus eorum patri deberet ſuccedere. Sicut Sa
muel ſummo ſacerdoti Heli ſucceſſit: cum ſacerdotis ſi
lius ipſe non eſſet, ſed tamen ex filiis, hoc eſt, ex poſte
ris eſſet Aaron. De latrone etiam cui dictum eſt, Ho
die mecum eris in paradiſo: quod non fuerit viſibiliter
baptizatus, quaſi certum poſui, cum ſit incertum, ma
giſque illum baptizatum fuiſſe credendum ſit, ſicut ego
quoque alibi poſtea diſputaui. Item quod in quinto li
bro dixi, vbi commemorantur matres in generationi
bus euangelicis, non eas noſtras niſi cum patribus: ve
rum eſt quidem, ſed ad rem de qua agebatur non perti
net. Agebatur autem de iis qui ducebant fratrum vel
propinquorum coniuges, eorum qui ſine filiis defun
cti eſſent, propter duos patres Ioſeph, quorum alterum
Matthæus commemorat, alterum Lucas. De qua quæ
ſtione diligēter in hoc opere diſſerui, cum retractaremus
opus noſtrum contra Fauſtum Manichæum. Hoc opus
ſic incipit, Cum ſcripturas ſanctas.

Sacerdos ma
gnus cā ,pcreā
dę ,phis, ēt poſt
matu
Quæſt.83. tinū
icēſum cū vxor
Leuit.21 rē ha
bebat,
& tñ vſq; adve
ſperā immūdus
erat, ita vt veſp
tino tpe icēſum
mūdus offerret.

Quæſt.84.
Luc.23.

Quæſt.48.

Matth.1.
Luc.3.

De aīa & eius origine
CAP. LVI.

EODEM tempore quidam Vincentius Victor in
Mauritania Cæſarienſi, inuenit apud Hiſpanum quen
dam presbyterum Petrum nonnullum opuſculum me
um, vbi quodam loco de origine animæ hominum ſin
gulorum, vtrum ex illa vna primi hominis, ac deinde
ex parentibus propagentur, an ſicut illi vni, ſine vlla
propagatione ſingulæ ſingulis dentur: me neſcire con
feſſus ſum. Veruntamen ſcire animam non corpus eſſe,
ſed ſpiritum. Et contra iſta mea ad eundem Petrum ſcri
pſit ille duos libros, quos mihi de Cæſaria Renatus
monachus miſit. Quibus ego lectis, reſponſione mea
quatuor libros reddidi. Vnum ad Renatum mona
chum, alterum ad presbyterum Petrum, & duos ad eun

dem Victorem. Sed ad Petrum, quanuis habeat libri prolixitatem, tamen epistola est, quam nolui a tribus cæteris separari. In iis autem omnibus in quibus multa necessaria disseruntur, defendi de origine animarum, quæ singulis hominibus dantur, cunctationem meam, & multos errores atque prauitates præsumptionis eius, ostendi. Quem tamen iuuenem non prepropere detestandum, sed adhuc docendum quanta potui lenitate tractaui, & ab eo rescripta correctionis eius accepi. Huius operis liber ad Renatum sic incipit, Sinceritatem tuam erga nos. Ad Petrum autē sic, Domino dilectissimo fratri & compresbytero Petro. Duorum vero nouissimorum ad Vincentium Victorem: Primus sic incipit, Quod mihi ad te scribendum putaui. Secundus autem sic, Accipe nunc iam de meipso.

De adulterinis cōiugijs ad Pollentium. CAP. LVII.

SCRIPSI duos libros de coniugijs adulterinis, quæ tum potui secundum scripturas, cupiens soluere difficillimam quæstionem. Quod vtrum enodatissime fecerim, nescio, imo vero nō me peruenisse ad huius rei perfectionem sentio, quanuis multos sinus eius aperuerim, quod iudicare poterit quisquis intelligenter legit. Huius operis primus liber sic incipit: Prima quæstio est frater. Secundus autem sic: Ad ea quæ mihi scripseras.

Cōtra aduersarios legis & prophetarum. CAP. LVIII.

INTEREA liber quidam cuiusdam hæretici, siue Marcionistæ, siue cuiuslibet eorum quorum error opinatur, quod istum mundum deus non fecerit: nec deus legis quæ data est per Mosen & prophetarum ad eandem legem pertinentium verus sit deus, sed pessimus dæmon: cum apud Carthaginem multis confluentibus & attentissime audientibus, in platea maritima legeretur, peruenerunt fratres ad eum studiosissime Christiani, eumque mihi redarguendum sine vlla dilatione miserunt, multum rogantes, vt nec ego respondere differrem. Refelli eum libris duobus, quos ideo prænotaui. Contra aduersarios legis & prophetarum, quia codex ipse qui missus est, nomen authoris non habebat. Hoc opus sic incipit, Libros quem misistis fratres dilectissimi.

Cōtra Gaudētiū Donatistarū episcopum. CAP. LIX.

PER idem tempus Dulcitius tribunus & notarius, hic erat in Aphrica executor, imperialium iussionum contra Donatistas datarum. Qui cum dedisset literas ad Gaudentium Tamugadēsem Donatistarum episcopum, vnum illorum septem quos in nostra collatione auctores suæ defensionis elegerant, exhortans eum ad vnitatem catholicam, & dissuadens incendium, quo se ac suos cum ipsa in qua erat ecclesia consumere minabatur, addens etiam vt si se iusios putarent, fugerent potius secundum præceptum domini Christi, quam nephandis se ignibus concremarent. Ille rescripsit epistolas duas vnam

vnam breuem, festinante vt asseruit perlatore: aliam prolixam, quasi plenius diligentiusque respondens. Has mihi supra memoratus tribunus existimauit mittendas, vt eas potius ipse refellerem. Quas ambas vno libro redargui. Qui cum in eiusdem Gaudentij peruenisset manus, rescripsit quod ei visum est ad meipsum, nulla ratione respondens, sed magis se nec respondere, nec tacere potuisse declarans. Quod cum satis posset intelligenter legentibus, & nostra atque ipsius dicta conferentibus apparere, noluit tamen sine rescripto relinquere quic quid illud fuit. Hinc factum est, vt hi nostri ad illum duo libri essent. Hoc opus sic incipit: Gaudentius Donatistarum Tamugadensis episcopus.

cōtra mēdaciū. CAP. LX.

TVNC & contra mendaciū scripsi librum cuius operis ea causa extitit, quod ad Priscillianistas hæreticos investigandos, qui hæresim suam non solum negando atq; mentiendo, verum etiam peierando existimant occultandam, visum est quibusdam catholicis Priscillianistas se debere simulare, vt eorum latebras penetrarent. Quod ego fieri prohibens, hunc librum condidi. Hic liber sic incipit, Multa mihi legenda misisti.

Cōtra duas epistolas Pelagianorum. CAP. LXI.

SEQVVNTVR libri quatuor, quos contra duas epistolas Pelagianorum ad episcopum Romanæ ecclesiæ Bonifacium scripsi; quia cum in manus eius venissent, ipse mihi eas miserat, inueniens in illis calumniose interpositum nomen meum. Hoc opus sic incipit, Noueram te quidem fama.

Cōtra Iulianū. CAP. LXII.

INTEREA libri quatuor Iuliani Pelagiani, quos superā commemoraui, venerunt etiam in manus meas, in quibus comperi illa quæ ex eis decerpserat, qui ea comiti Valerio miserat, non omnia eo modo quo a Juliano dicta sunt, ad eundem comitem scripta, sed nonnulla eorum aliquantum fuisse mutata. Scripsi ergo sex libros aduersus illos quatuor, sed in eorum duobus primis, testimonijs sanctorum qui fidem catholicam post apostolos defenderunt, Iuliani impudentia redarguitur: qui tanquam Manichæorum dogma nobis obijciendum putauit, quia ex Adam trahi dicimus originale peccatum, quod per lauacrum regenerationis, non solum in maioribus, verumetiam in paruulis soluitur. Quantum autem ipse Iulianus quibusdam sententijs suis adiuuet Manichæos, in primi libri mei parte posteriore monstraui. Cæteri autē nostri, quatuor redduntur illis singulis singuli. Verum in huius tanti tamque elaborati operis V volumine, vbi commemoraui deformem maritum coniugi suæ, ne deformes pareret, proponere in concubitu formosam solere picturam: nomen hominis qui hoc facere solebat, quasi certum posui, cum sit incertum, quia memoria me

Cap. 9.

fefellit. Hoc autem Soranus medicinæ artis magister scripsit regem Cyprium facere solere, sed nomen eius proprium nō expressit. Hoc opus sic incipit: cōtumelias tuas.

Enchiridiō de fide, spe & charitate. CAP. LXIII.

SCRIPSI etiam librum de fide, spe & charitate, cum a me ad quem scriptus est postulasset, vt aliquod opusculum haberet meū de suis manibus non recessurum: quod genus Græci enchiridion vocant. Vbi satis diligenter mihi videor esse cōplexus, quomodo sit colendus deus, quam sapientiam esse hominis vtique veram diuina scriptura definit. Hic liber sic incipit: dici non potest.

De cura p mortuis gerenda. CAP. LXIIII.

LIBRVM de cura pro mortuis gerenda scripsi, cum interrogatus literis fuissem, vtrum prosit cuique post mortem quod corpus eius apud sancti alicuius memoriā sepeliatur, Hic liber sic incipit, Diu sanctitati tuæ coepiscope venerande Paulinæ.

De octo Dulcitij q̄stionibus. CAP. LXV.

LIBER quem prænotaui de octo Dulcitij quæstionibus, non esset in hoc opere commemorādus inter libros meos, cum sit confectus ex ijs quæ a me in aliis antea conscripta sunt, nisi & disputationis aliquid a nobis interpositum reperiretur in eo, & vni earum quæstionum non ex opusculo alio meo responsionem, sed tunc quæ potuit occurrere reddidissem. Hic liber sic incipit, Quantum mihi videtur.

De gra & libero arbitrio ad Valentinum. CAP. LXVI.

PROPTER eos, qui cum defenditur dei gratia putantes negari liberum arbitrium, sic ipsi defendunt liberum arbitrium, vt negent dei gratiam, asserentes eam secundum merita nostra dari; scripsi librum, cuius titulus est De gratia & libero arbitrio. Ad eos autem scripsi monachos Adrumetinos, in quorum monasterio de hac re coæperat esse contentio, ita vt me consulere eorum aliqui cogerentur. Hic liber sic incipit, Propter eos qui liberū hominis arbitrium sic prædicant.

De correptiōe & gratia. CAP. LXVII.

RVRSVS ad eosdem scripsi alterum librum, quem De correptione & gratia, prænotaui, cum mihi nunciatum esset, dixisse ibi quendam, neminem corripiendum, si dei præcepta non facit, sed pro illo vt faciat tantummodo orandū. Hic liber sic incipit, Lectis literis vestris.

HAEC OPERA Nonagintatria in libris ducentis triginta duobus me dictasse recolui quando hæc retractaui, vtrum aliquos adhuc essem dicturus ignorans, atq; ipsam eorum retractationem in libris duobus edidi urgentibus fratribus, antequā epistolas ac sermones ad populū, alios dictatos, alios a me dictos retractare cœpissem.

RETRACTATIONVM FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, IN LIBROS HYPOGNOSTICON Contra Pelagianos & Cœlestianos, Prologus.

ADVERSARII Fidei catholicæ, cum contra regulam veritatis diabolicis armis pugnare nituntur, nos solicitudine repugnandi faciunt cautiores: se vero decipiūt, antequam nostrorum valeant aliquem vulnerare. Cum enim cæci euacuare thesauros fidei concertant, spe fidei vacuati, faciunt plenitudinem fidei Ecclesiæ opitulante dei gratia gloriari: & dū in hypocrisi vigilāt nocituri: de q̄bus propterea dictum esse puto per Prophetam: Ablatus est somnus ab oculis eorum, non enim dormiūt nisi male fecerint: nos quodammodo excitant dormientes, vt abrepto clypeo veritatis, falsitati eorum corde resistēte vigilemus, Buā gelica tuba nostris auribus insonante: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Confidunt ergo hæretici, catholicam fidem impugnantes in virtute sua, id est, in audacia cordis sui, gratia desolati, & in abundantia diuitiarum suarum, in operibus scilicet voluntatis suę gloriantes: Sed deus dissipauit ossa hominum sibi placētiū, confusi sunt, quia dominus spreuit eos. Confidamus & nos, resistentes eis in gratia dñi, quę est gloria nra redimēs nos a circūdātibus nos, & intellectū dans nobis, et instruens nos in via hac quam ingredimur confirmando super nos oculos suos, quia in deo salutare nostrum & gloria nostra, deus auxilij nostri, & spes nra in deo est. Sed iam de quibus vel contra quos ista prædixerim oportet consequenti narrare sermone, atq; eorum peruersis dogmatibus, inquantum nos sua gratia dominus dignatus fuerit instruere, respondere. Igitur contra Pelagianos & Celestianos hæreticos, quos dominus tales futuros suo uitio ante constitutionem mundi præsciuit, & exortos in mundo iudicio iusto damnauit, sermo nobis est respōdēdi. Istos ostendebat Apostolus Petrus in Epistola sua secunda futuros, dicens: Fuerunt vero et pseudo prophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri

Pro. 4. Mar. 14. Psal. 52. Gratia dñi nri, & gloria nostra. 2. Pet. 2.

Blasphemia & auaritia Pelagianorũ pręcisa, & vaticinata, a sãctis.

gistri mendaces: qui introducent sectas perditionis & eum qui emit eos deum negant, superducentes sibi celerem perditionem: Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur: Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. Igitur de magisterio gratiæ dei confidens his respondendum, tanquam Hypognosticon abbreuiatum hunc facere libellum curaui. Quem si quis legere voluerit, nõ verborum mediocritatem contempletur, sed fidei rationem. Et si placet, ad cum qui docet hominem scientiam, gratias referat. Si qua vero sunt in quibus volentes errauimus, si tamen ali qua sint corrigendà intuitu charitatis, deo iudice corrigat, sed is cui sensus est catholicus corrigendi. Si autem nihil sciens vel inuidiosus fuerit, vitaq; quę sana sunt non præsumat, quia mecum stabit ante tribunal Christi, rationem redditurus quisquis ille fuerit. Huiusmodi ergo dogmatis ista est nefanda blasphemia.

1 Adam inquiunt siue peccasset siue non peccasset moritu
2 rum fuisse. Tamen peccatum eius neminem nisi solum
3 nocuit ipsum. Posse hominem per liberum arbitrium tã-
quam per se sibi sufficientem implere quod velit: vel
4 etiam meritis operum a deo gratiã vnicuique dari. Li
5 bidinem naturale esse bonum: nec in ea esse quod pu-
deat. Et paruulos baptizatorum filios non trahere originale peccatum, neque perituros a vita æterna, si sine sacramento baptismi ex hac vita migrauerint: O malũ dogma quod pacis inimicus inuenit. O dogma per quõ scinditur matris vnitas Ecclesiæ renatorum. O dogma quõ sub nomine Christi euertere & mutare nititur Christi fundamenta. O dogma cui nefanda sunt nomina mille, mille nocendi artes. Arma contra legem sumit ex lege: impugnat Euangelium ex Euangelio pugnans, & in sui permicem de veris mendacia fingens, prouocat ad mendacia, fingens prouocat ad mendacium veritatem. Sed hæc sunt sibi pœna quę inordinate proferens putat esse victoriam: vt in eis quod scriptum est impleatur. Per quæ enim quis peccat, per hęc & torquetur.

1.Cor.4.

Sap.11.

FINIS.

ADAM Ergo, inquiunt, siue peccasset, siue nõ peccasset, moriturũ fuisse. Respõdemus: Falleris hęretice, falleris: nõ ita est. Aut si ita est & nõ falleris, diuinis astrue documẽtis, Sed absit vt in scripturis sanctis authorẽ mortis deũ valeas reperire. Scriptũ est, n. Nolite ęmulari mortẽ in errore vitę vestrę, qm̃ deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, Creauit enim vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum. Item in eodem libro: Deus, inquit, creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem suam fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Si vides, vide mortem non a deo authore, sed per errorem vitę venisse hominibus in paradiso delitiarum positis: id est, cum per rationem animæ quæ boni & vitales erant instituti, errauerunt a mandato diuino, inuidia scilicet & seductione serpentis. Audis te stante Propheta, deum mortem non fecisse, sed in libro Geneseos protoplasto futuram, si contigisset lignum vetitũ, pdixisse. Sic. n. scriptũ est: Et dixit dñs Adę: De oi ligno qđ est in paradiso edetis: de ligno aũt scięt̃iæ boni & mali nõ edetis: qua die aũt mãducaueritis, morte moriemini. Hęc audis, & authorẽ mortis dicere deũ audes? Mors igit̃ ex inuidia diaboli venięs introiuit in orbem terrarũ, & deo iudice iusto ꝓ pœna in peccatorẽ permissa est dñari, Recte. n. perdidit vitã q̃ mortẽ noluit cauere prędictam, ne vitã perderet. Tamen verax & misericors dñs nõ lætat̃ in pditione viuorũ. Quę est. n. pditio viuorũ nisi mors? Sed viuorũ male viuẽtiũ, q̃ in fecũda morte peribũt: nõ viuorũ iustorũ, id est, requirẽtiũ deũ, qbus tãrũ propter peccatũ Adę qđ traxere nascentes, mors nõ secũda, sed prima debet̃. Si ergo scđm vos deus author est mortis, lętari debet in occasu viuorũ tãq̃ in opere suo bono. Quia scriptũ est: Lętabit̃ dñs in operibus suis: & qa nihil odięs fecit, sed oĩa quę fecit valde bona sunt. Sic. n. scriptũ est: Diligis. n. oĩa quę sunt, et nihil odisti eorũ quę fecisti: nec. n. odięs aliqđ cõstituisti. Vel cur cõtra eã de eius obnoxio pcõ corpore, carnẽ suã abscq̃ noxa susc epit, si eã ipse corpis iaculũ fecit? Nihil. n. i cõtrariũ sibi dũ mũdũ faceret, deũ fecisse cognoscimus. Nã vt inimicã mortẽ vinceret, vt eius matrẽ pec-

Hoc Pelagianũ dog. dãnatũ ab eccl. in cõci. mileu. cã. 1. & icõcil. aphr. can. 76 in. Tom. cõcil. idem, ab Augusti de ỳb. apo. ser. 8. in Tom. 10.

Sap. 1.

Gene. 2.

Recte pdidit vitã q̃ mortẽ noluit cauere pdictã.

Psal. 103.

Gene. 1.

Sap. 11.

xps carnẽ assũpsit vt mortem

& eius mẽte peccatũ vinceret. Roma.8.

peccatum, ideo dei filium hominem suscepisse, si oculos caligine mortis non perdidistis, attendite. Nam quod impossibile erat legi, inquit Paulus vas electionis, in quo infirmabatur per carnem, misit deus filium suum, in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Quid est autem impossibile legi, nisi quod sibi nec obedientem nec perfectum facere poterat deputatum: nec peccatum tollere, nec mortem vincere prævalebat? Sed quare id implere non posset subiũgens ait: In quo infirmabatur per carnem. Iubendo, infirmo & non iuuando infirmatur, quia per carnem, id est, per cõcupiscentias carnis ex peccato venientes, quas solo arbitrio libero homo vincere non potest: nisi enim præcedente gratia dei, legis factor esse non poterit, sicut & ait idem Apostolus: Lex enim ad perfectum nihil adduxit. Quid est ergo filium dei venisse in similitudine carnis peccati, nisi non habens caro eius vllum peccatum sicut nostra: dicente Petro apostolo: Qui peccatum non fecit, id est non habuit, nec inuentus est dolus in ore eius. Dicendo enim, in similitudine carnis peccati, illam absque peccato, nostram vero peccatricem ostendit. Nã ille ideo in similitudine, quia non per libidinis vsum vt nos, sed inspiramine mystico ex virginis vtero in vera natus est carne. Et de peccato, inquit, damnauit peccatum in carne: de humana videlicet peccatrice naturam peccatricẽ: peccatricem dico non deo authore, sed homine delinquente. Carnem vt dixi suscipiens absque culpa, & hanc innoxiam crucifigens, peccatum, quod nos damnauerat per inobedientiam in Adã terreno, in Adã cœlesti obediente damnatur. Nos enim peccato morimur victi, Christus autem innocens mori voluit, vt moriendo mortem captiuaret & vinceret. Quodammodo enim eam sibi passus est dominari, cum patienter se occidendum eius obtulit voluntati. Sed cum mors in infernum cum iniquis videret & iustum non habens, vnde eidem sicut & cæteris insultaret, resurgentem tenere non valuit, quinimmo victa prostrata est atque damnata. Et ideo Apostolus extollens victoriam Christi de morte, seruis eius gaudens annunciat: Christus resurgens a mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur: Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel, quod autem viuit, viuit deo. Hoc dicendo quid aliud intelligere nos voluit, quam deum mortem nõ fecisse, nec lętari in perditione viuorum, qui absque peccato vt ęs vincere in infirmitate carnis, voluit habere consortiũ mortuorum. Vnde si inuidia diaboli per peccatum mortem in orbem terrarum introisse non crediderititis, nihil aliud astruitis nisi deum mortem fecisse: propterea vt

Heb.7. Roma.8. 1.Pet.2.

Idẽ in.1.de pcõrũ meritis & remiss.c.6.i To.7. & sup psal.34.i To.8. sup euãg. Io.trac. 41.i T. 9.etĩ de ỹb.dñi ser.48. & in de ỹb.apo.ser.6.in Tom.10.

Nos ex pcõ morimur, xps vt illud occideret est mortuus, & sic iustitia, et nõ potẽtia cũ diabolo pugnauit vt i.13 de trini.c.14.habetur.in To.3. Roma.6.

Sap.1,&2.

vt peremptis hominibus quibus suam donauit imaginem, nasceretur ei cum ea necessitas dimicãdi vel etiam moriendi & resurgendi. Sed absit hoc a fide catholica, quæ per vnum hominem peccatum intrasse in mundũ, & per peccatum mortem, & ita in omnes homines pertransisse credit, Paulo fideli magistro docente, ad Christum mortuum propter peccata nostra, & resurrexisse propter iustificationem nostram, reconciliantem nos in suo corpore deo patri per crucem. Erubescite ergo & conticescite. In vestram enim mortem perpetuam deum accusatis, in mortẽ diabolum excusatis, & hoc, ideo, quia non deum, sed diabolum timetis offendere. Dicite ergo: Si deus mortem fecit, cur Christus deus mortuum fleuit Lazarum secundum carnem? Non enim quod ipse fecerat dolere debuit, sed dolens eum & plorans ostendit, quos deus vitales fecerat, diabolum per culpam fecisse mortales. Quem ideo suscitat, vt diabolus nihil se occidendo profecisse cognoscat: nec quisquam hominum ad deum pertinens de morte desperet, quia deo dormiunt quos diabolus perisse putabat. Nolo, inquit per Prophetam Ezechielem dominus, mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Si eius vt prædicatis author est deus: cur eam, dicendo, nolo, repellit a peccatore, & nõ patitur quod suum est permanere? Mortem nolo, inquit, peccatoris, quam ego ei non feci, sed ipse eam sibi, dum in me prævaricator extitisset inuenit. Sed reuertatur & viuat, id est, vitam me miserante recipiat, quam se peccãte perdiderat. Nulli itaque fidelium dubium esse potest, primos homines factos sic fuisse vitales, vt si in libertate animę qua immaculati creati sunt, serpentis contemptum esset seductionem mortiferam, vita fruerentur æterna: si vero secuti essent, amitterent. Quibus præterea prædixit deus, ne vetita contingerent, vt quicquid vitiis postea contigisset aduersum, non præmonenti, sed sibi inobedientibus imputarent. Nunquid enim cum de linquentibus mortem futuram prædixisset, quod futurum erat ipsum fecisse credendum est? Quid enim eam cauendum prænonuit, si eius in eorum occasu factor est ipse? Sed nec eis per diabolum venientes peccantibus succedere valuisset, nisi dominus iudicio iusto in vindictã propter inobediẽtiam permisisset. Igitur vt moriantur homines, pœna peccati est: vt reuertantur ad vitam, do mini miserantis est. Sed ille redit ad veram vitam, qui per bonam conuersationem ex gratia dei venientem, sanguine Christi sanctificatus ingreditur in regnum cœlorum, & quasi reuersus in regionem suam domino placiturus, de qua peccato fuerat exultatus, gaudens & insultans morti, dicit animæ suæ: Cõuertere anima mea in

Roma.5.

Roma.4.

Ioan.11.

Xps lazarũ fleuit vt ostẽderet qđ ąs deus vitales fecerat, diabolus per culpã fecit mortales.

Ezech.18.

Si primi parẽtes nõ peccasset, vita fruerẽtur æterna, absq; morte.

Quod hoĩes morianť ẽpœna pcĩ qđ ỹo ad vitam ąuertanť ẽ miserantis dei.

Roma.5.

Psal.114.

in requiem tuam, quia dominus benefecit mihi: Quoniam eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu: Placebo domino in regione viuorũ. Placebo: Vnde? Quia dominus benefecit mihi. Nam & peccator recipit vitam, non autem redit ad vitam. Reditus enim vitę in regno cœlorũ est, quod omnis in peccatis suis, vel sine baptismo moriens non potest possidere. Recipit enim vitam in corpore non moriturus, sed ita victurus in corpore, vt sit mortuus vitæ, vel corpore viuens semper in pœna, & vita & corpore cum diabolo mortis authore damnato. Vnde & dominus in Euangelio ijs qui ad sinistram erunt in die iudicij, id est, impijs & peccatoribus: Ite, inquit, in ignẽ eternum, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Iustis vero qui a dextris erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum paratum vobis ab origine mundi. Et tunc illi, ait, ibunt in supplicium æternum, iusti vero in vitã æternam. In qua vita glorificati, id est mutati de corruptione in incorruptionem, de mortalitate in immortalitatem, fulgebunt, ac cum Christo in gaudium quod dictum est de peccatoribus: Et cadent in ore gladij. Et lancea vtique gladius est. Et quod descendens in infernum velut in os mortis: vnde dicit in Psalmo: Non absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum, id est, infernus: detineri eum petuum regnantes, insultabunt damnatæ morti dicentes: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus? Mors itaque priuatio vitæ est, nomen tantum habens, non essentiam: & ideo deus eius author esse dici non potest. Quicquid.n, deus fecisse dicimus, habet essentiam, id est, species est. Essentia enim dicitur ab eo quod est, quæ tantum de solo deo dici debet, secundum illud quod scriptum est in Exodo Moysi: Dices eis, id est, populo: Qui est misit me ad vos Tamen & de cęteris creaturis dici potest quod habeãt essentiam, sed nõ sicut de deo qui initiũ nõ habet quod est, sed ex quo accipientes initium quod sunt esse cœperunt. Mors ergo nihil est nisi nomen recedente vita: Sicuti fames, escarum defectus: sitis, egentia potus: tenebræ absentia lucis: sterilitas, defectus fructus: silentium, vocis absentia: inopia, priuatio facultatũ, & si qua sunt alia quę rerum priuatione nihil esse nisi nomen inuenitur. Opinor nanque ꝙ ideo mors hoc vocabulum accepit, eo quod morsu quodãmodo venenosi serpẽtis, id est, diaboli in paradiso Adam fuerit interemptus. Tũc enim serpens morsu decepit Adam, quando per concupiscentiam mordere, hoc est, edere suasit illicita, & vt dixi, ꝓterea mors quasi a morsu nomen accepit. Vnde & dominus in Oseæ Propheta morti minitans dicit: Ero mors tua o mors ero morsus tuus inferne. Mors & infernus in diaboli persona dicta intelliguntur, quia per ipsum delinquenti homini accedit mors, id est, priuatio vitæ, & per ipsum peccatores cõuertuntur in infernum,

In cõcil. Araus. can. 25. i. 1. Toconcil.

Matt. 15.

1. Cor. 15.

Mors ẽ priuatio vitę, nomẽ tãtũ habẽs, & ñ essẽtiã, idẽ in epi. 5. ꝓo. ꝙ ẽ 95. in. 2. To. & hr̃ i. 2. T. horum opuscul.

Exod. 3.

Esse tãtũ de deo scm̃ tps p̃sens vere dr̃, cũ reliq̃ fuisse vel futura eẽ dicant ꝓp cõtinuã illarũ varietatẽ. Nã & ibi ñ ẽ verũ eẽ, vbi ẽ & nõ esse. Aug. sup euãg. Ioan. tract. 38. i To. 9.

Oseæ 13.

Mors, a, morsu nomen accepit.

tanquam in eius carcerem vbi damnatus est ipse. Sed quærendum est, quemadmodum Christus deus dei filius mors extitit mortis, & morsus inferni. Sine dubio deus in susceptа carne in qua suum mors nihil habebat, vt ipse ait: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Tentatus post baptismum in deserto, eius non obediuit concupiscentijs, vbi ait: Dic lapidibus istis vt panes fiant: & cætera. Vel quod se clauorum morsu iustus & innocens affigi passus est cruci, & ore lanceæ transforari. Os autem lanceę dixi, secun-

est hoĩs Au. sup euan. Io. trac. 12 in Tom. 9.

Ioan. 14.

Matt. 4.

Luc. 22.

Psal. 68.

Xp̃o fuit infernus, quod Ionæ cetus.

Matth. 12.

1. Cor. 15.

Amos 9.

Propheta, puto propterea dictum esse, cum peccanti populo dominus promittens futura mala dicit: Et si celauerint se ab oculis meis in fundo maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos. Quid est enim, Et si celauerint se ab oculis meis in fundo maris, id est, & si perman serint in operibus malis, auertentes se ab oculis meis, a præceptis scilicet spiritalibus, quia oculi dei sunt spiritus dei, qui legem, id est, præcepta dedit, in fundo maris in altitudine videlicet desperationis: ibi mãdabo serpenti & mordebit eos, ibi in eadem desperatione conremptus: mandabo: potestatem dabo serpenti, hoc est diabolo. Qui ab initio serpens est nominatus, & mordebit eos, morsu vtique diuersarum concupiscentiarum quo peccantes occidit, mortificabit eos, sed morsu mortem facit. Non autem mors est sicuti feræ bestię, vel omne genus animalium iracũdorum, quę morsu suo nõ nunquam mortificant homines, & tamen non ipsa sunt mors, sed morsu insanabili mortem, id est, priuationem faciunt vitę, quemadmodum etiam ictus gladij, percussio lapidis, vel ꝙquid potest homini occidẽdo vita priuare. Illud ꝓterea ꝓtermittere nõ debeo, ne forte aliquis

Oculi dei sunt spiritus dei.

quis inimicorum veritatis, qui non sit rationum certarum quæsitor, sed quæstionum perplexarum ad subuersionem audientium inuentor atque propositor dicat: Si nihil est mors nisi nomen, quemadmodum superius disputasti, eo q. mors Christum iustum in inferno cum inquis viderit, & quia in eo peccatum non fuit, resurgentem tenere non valuerit, vt eidem sicut cæteris peccatibus insultaret, & ideo victa, prostrata atque damnata est. Si ergo nihil est, videre, tenere, insultare, vel vinci, prosterni & damnari quomodo potest quod nihil est? Respondemus. Ipsum nihil quid est? Quia interdum cū nominamus, nihil, addimus, est. Sicut & illud de Euangelio: Et sine ipso factum est nihil: subsistantia est, an nomen subsistantia carens? Solet enim dici, vt præfatus sum, a plurimis, dum aliquid despicitur, aut pro paruo æstimatur. vel certe quod pœnitus non sit, nihil est. Cum ergo dicimus, nihil nomen insubstantiale nominamus: cum vero addimus, est, rem significamus. Cur ergo nomen insubstantiale, id est, nihil, tanquam vere aliquid sit dicimus, addendo est? Omne enim quod dicimus est, esse aliquid æstimamus, tamen cum aliquoties dicimus, nihil est, pro consuetudine locutionis addimus, est, ad nihil cum nomen tantum sit nihil, & non res. Sic & de morte pro consuetudine verbi, vel ad comparationem agētis dicimus: videt mors, aliquid agit, insultat, vel data est, victa est, & quicquid illud est quod dici potest, quia mors faciat aut patiatur, cum ergo hæc de morte dicantur, omnia ad authorem mortis, per quem prima vitæ facta est, diabolum referūtur. Ipse enim quę ad mortem pertinent, aut facit, dum captiuat & perimit: aut patitur, dum vincitur & damnatur. Diabolus enim natura est angelus, sed quod natura est, opus dei est, quod vero diabolus, vitio suo est, vtendo male naturæ suæ bono, opera vero eius mala quę vitia dicuntur, actus sunt non res, quæ tanquam per se agere dicuntur aliquid cum ea & per ea totum agit diabolus, Vel damnata dicuntur, cum ipse pro his damnatur pro quibus damnatur & homo, cum per liberum arbitrium his illectus tradit assensum, Et ideo hęc in futuro seculo iam non erūt, quia in authore suo diabolo damnabuntur, cum illefici licet damnatus in gehenna vt peccent homines amplius, potestatem hęc agere non habebit.

Quomō intelligendū qđ mors nihil sit, nisi nomen.

Ioan. 1.

Nihil nomē insubstantiale est.

Diabolus natura angelus & opus dei, & vitio suo est diabolus.

TEM peccatum Adæ, aiunt, nemi nem nocuit, nisi solum ipsum. Respondemus: Si peccatum primorū hominum solis obfuit illis, & nemini nostrum: quemadmodum quę in illos pro peccato lata est, in nos sententia pertransiuit, in quos non transiuit & culpa? Nisi forte secundum vos iniustus deus, qui expertes eorum delicti, passus est nos eorum pœne astringi vinculo. Hæc est enim in illis post peccatum diuina sententia, postquam scilicet suasor ad præuaricandum maledictus est serpens. Multeri autem dixit deus: Multiplicans multiplicabo mœrores tuos, & gemitum tuum, In tristitia paries filios, & ad virum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Et Adæ dixit: Quoniam audisti vocem mulieris tuæ, & manducasti de ligno, de quo præceperam tibi de hoc solo ne manducares: maledicta terra in operibus tuis, in mœroribus manducabis ex illa omnibus diebus vitæ tuæ: Spinas & tribulos germinabit tibi, & edes fœnum agri. In sudore vultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia terra es, & in terram ibis. Hac nos pœnæ sententia colligatos, ipsa sibi humana natura totum per orbem terrarum diffusa testimonium perhibet, dum se paternis cruciatibus sanctæ legis testimonio peruidet laborare, Quod qua iustitia, si hæredes parentum peccati non sumus, patimur? Si vobis solis æquitas suppeditat naturalis qua iustiora sint iudicia vestra quam dei, inter nos & deum residentes in superbiæ solio iudicare. Nullum enim hominem tam amatorem vel defensorem sui erroris, ad dei iudicia reprehendenda, vel etiam refellenda diabolus potuit inuenire, nisi Pelagium & Cœlestium nouæ legis iura tradentes. Adam igitur factus est absque peccato natura: cum vero peccauit homo, natura peccauit, & facta est natura iam peccatrix, id est, vitium habens peccat, non ipsa effecta vitium vel peccatum. Post peccatum ergo homo peccator dictus est, non homo peccatum. Peccator enim a peccando, non homo a peccando dicitur. Et ideo peccator homo genuit hominem, sine dubito peccatorem:

Gen. 3.

Homo dicitur peccator, & nō peccatum.

quia de natura vt dixi peccato vitiata, non nisi natura nascitur vitiosa, id est, peccatrix: secundum quod ait Apostolus Paulus: Qualis terrenus, tales & terreni. Et hoc quomodo nisi per seminis sparsionem? Sed ais mihi e diuerso veniens. Ergo semen peccatum est? Iam superius dixi, quia cum peccauit homo, natura peccauit, cuius sunt semina: & semen ergo vitiatum est, non vitium, sicut scriptum est: Semen enim maledictum erat ab initio: Maledictum videlicet post peccatum, quia maledicta, inquit, terra in operibus tuis. Sed vitium trahi non potest protoplasti, neque esse homini sine seminis effusione. Quod confirmat Apostolus dicens: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Solus autem dominus Iesus Christus absque semine ex Virgine factus est homo, & expers delicti natus est deus & homo. Audis itaque per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatum mortem, & ita in omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerunt: & audes dicere hæretice, Adæ peccatum nulli nisi soli nocuit ipsi? Et vere tunc soli nocuit, cum solus esset ipse, & Eua mulier eius. Sed in illis vnis omnes eramus, quia natura humani generis erant, sicut in nobis omnibus illi vni sunt, quia natura eorum sumus. Sed respondentes dicitis, vt dicere consuestis: Apostolus si voluisset intelligi, quia per seminum conceptionem dicebat peccatum in omnes homines pertransisse, non per vnum hominem dixisset, sed per duos homines, quia sine fœmina de solo masculo homo nasci non potest. Si cordis oculos non amisistis, attendite dictum esse: Iam non sunt duo, sed vna caro: Et iterū: Erunt duo in carne vna. Nam ideo per vnum hominem dixit Apostolus, quia cum in viro suo mulier vna sit caro, in semine progenies imputatur. Audite adhuc & alium sapientissimum dicentem ad vestram confusionem: Ex muliere initium factum est peccati, & per illam omnes moriemur. Ecce hæretice, factum est tibi satis, per duos homines in humanum genus peccatum vel mortem pertransisse. Sed quid adhuc dicturus es, sicut soleris dicere, noui. Peccatum, inquis, per vnum hominem in mundum intrasse, Apostolus non seminis propagatione, sed morum imitatione dixit. Respondeo: Si peccatum morum imitatione constat, quem imitatus est diabolus vt delinqueret, dicite: qui primus inuenitur esse peccator. Quia si de Adam interrogauero, respondebitis forsitan, quod sit diabolum imitatus. Esto, Adam vt peccaret, diabolum fuisse imitatum: dicite mihi, diabolus quē imitatus sit, quia peccatum morum imitatione constare ut endidis

1. Cor. 15.

Sap. 12.

Gene. 3. Roma. 5.

23. de Trinit. c. 14. i T. 3. & sup psal. 29. & 34 in Tom. 8.

Adam & Eua vnus hō, ꝙa & vna caro. Gene. 2.

Ex muliere initium peccati eccle. 25.

Dogma pelagianū qđ pcm̄ adę i nobis nō vitiū ē naturę, ſ imitatiōis qđ hic & i epiſ. 95. & 105. deſtruit. Aug. in T. 2. & in. 2. T. horū opuſ.

fenditis, Sed quid immoror, sciens nihil vos responsuros? Quem enim dicturi estis imitatum fuisse, cum author fuit lapsus ipse sit? Adam certe peccasse nihil aliud legimus in libro Geneseos, nisi quod inobediens extitit diuinum seruare præceptum. Cain ergo primogenitus filius eius quem sit imitatus dum fratrem occidit, homicidium facere, vt ostendatis interrogo. Quatuor enim tūc homines fuisse legimus, Adam scilicet & Euam, ipsum Cain & Abel fratrem suum, & ex his neminem feciſſe primo homicidium inuenimus nisi, vt dixi Cain. Dic ergo hæretice, vnde hoc didicerit, quemue fuerit imitatus, si morum ex altero in alterum transire constat imitatio ne peccatum, & non est conceptione contractum? Omne enim quod imitandum est, aut videtur oculis, aut certa relatione concipitur. An excusabis homicidium non esse peccatum? Et quid nequius? Dic iam, dic totiens interroganti mihi: Cain quem viderit, a quo narratum audierit homicidium perpetrandum? Sed constrictus vinculo veritatis, nec ianuam tuæ propositionis patentem ingrediens exeundi, ad ianuam sermonis Apostoli Pauli repedabis, vt iter rectum, si velis, possis incedere, atque mihi interroganti dicere veritatem. Vere non morum imitatione, sed seminis sparsione constat per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatum mortem, & ita in omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerunt. Ex peccatore ergo Adam, genitore suo Cain primus peccatum in vtero matris contraxit: & tertius homo natus est peccator ex vtero eius. Mens interna patrio peccato erat iam captiuata, a diabolo in delictum imbuitus est in zelum, inde inuidiam habuit & liuorem, inde non morum imitatione homicidium, sed voluntate præcipitatus admisit. Qui enim vnum peccatum idē diabolus præuaricantibus primis inflixit hominibus, & ipse per hoc quod omnes absque solo, vt supra dictū est, Christo nascendo traxerunt, illicite etiam cætera, dū per liberum arbitrium consentitur committit peccata. Peccatum ergo protoplasti omnes trahimus, nō morum imitatione, sed seminis conceptione, sicut scriptum est: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Constat etiam & imitatione mortem peccata, imitando scilicet malos, Sed vt quis imitetur malos: naturę est vitium deprauatę qua factus est malus & malitiosus, nō natura a deo conditus malus. Ob hoc enim, & natura filii irę, ab Apostolo iā baptizati fuisse dicitur, Omnis enim carnaliter nascēs, natura filius irę reputatur, ga natura est protoplasti, quę prior in illo propter delictū irā iudicis dei iuste susceperit; Si enim delictū eius nunquam

Gene. 4.

Omne qđ ĕimitādū, aut vt oculis, aut certa relatiōe cōcipit.

Roma. 5.

Peccatū primi hoīs oēs trahimus nō morum imitatiōe, ſ seminis conceptione

Ff ij

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunquam natura filij iræ diceremur. Et ideo peccatum eius non solum ipsum, sed omne nocuit genus humanū, cum eius damnatione simul & culpam suscepimus. Eius enim nos vulneratos esse delicto, vas probat electionis, Roma.3. cum dicit: Non enim est distinctio: omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Dicendo, omnes, nullum excipit, quinimmo totum declarauit genus humanum. Pecca Roma.5. uerunt enim omnes, cum ex vno peccatore omnes nascimur peccatores: Propter quod iterum idem dicit Apostolus: Nam iudicium ex vno in condemnationem. Ex quo vno nisi ex Adam, vel eius vno peccato? In qua condemnatione, nisi in culpa eius, qua ille est condemnatus? Quid est autem, & egent gloria dei: nisi gratia dei Io.3. patris, per Iesum Christum qui est gloria dei patris? Et quid est, egent; id est, nemo idoneus per se quod nascitur carnaliter vel operibus meritorum vitam recipit perditam, nisi per dominum nostrum Iesum Christum spiritaliter renascatur, qui venit patris & sua, sanctique spiritus Luc. 19. indebita misericordia, saluare & quærere quod perierat. 2.Cor.9. Quid enim perierat? Nūquid animalia irrationalia? Aut nunquid de bobus cura est deo? Vtique humanū genus per peccatum, propter quod sesponte immaculatus mortī tradens atque resurgens, gratiæ gratuitæ largitate a peccato vel morte redemit.

AD ARTICVLVM TERTIVM LIBER TERTIVS.

ITERVM Posse dicunt homines per liberum arbitrium tāquam per se sibi, sufficientem implere quod velit, vel etiam meritis operum a deo gratiam vnicuique dari. Respondemus: Neminem posse per se sibi, id est, per liberum arbitrium sufficere implere quod velit. Recte dicimus, nisi protoplastum solum potuisse, cum voluntas liberi arbitrij fuisset sana eidem ante culpam. Ex enim eidem in paradiso constituto non ponerentur seruanda, nisi liber esset tam velle eandem quam nolle seruare, sicut scriptum est: Et locutus est dominus Adæ, dicens: De omni ligno quod est in paradiso ederis: de ligno autem

Adā potuī ꝓ liberū arbitriū īplere qđ voluit, ſz vt ingt, Aug. ei nō fuit datū velle ī illa puritate ꝑmanere, ī de corre. & gra. c. 11. et. 12. ī T. 7. & in. 3. Tomorum opuſcu.

autem scientiæ boni & mali non edetis: & cætera. Dicēdo ergo dominus: De omni ligno quod est in paradiso edetis: taliter velle permisit. Et vetando, De ligno autem scientiæ boni & mali non edetis: huiusmodi nolle præmonuit. Sed cum & velle & nolle prædocuit, cui ad vtrunque posse liberum donaret arbitrium, quo male vtens incautus, dum sponte serpenti præbet suadenti cō sensum, domini præterijt præceptum, amisso posibilitatis bono, solum arbitrium ad velle potius est vulneratum. Hoc ergo vulnere cuncti libero claudicamus arbitrio, nec implere nobis naturaliter sufficit posse bonum, quia iam, vt superius disputaui, de natura vitiata peccato, id est, de protoplastis hominibus, quorum sumus & ipsi natura in quibus est vitiata libertas, homo voluntatis sanæ perfecto videlicet libertatis arbitrio quo sibi sufficiat, non potest exoriri: Nam vt calcatius liberum arbitrium cum posibilitatis bono, quo valeret implere quod voluisset, Adam factum intelligas, audi quid dicit scriptura sancta in libro Ecclesiastico: Deus, inquit, ab initio fecit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adfecit mandata & præcepta: Si volueris mādata seruare, conseruabunt te, & fidem facere beneplacitam in perpetuum: Apposuit tibi ignem & aquam, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem est vita & mors, bonum & malum: & quod voluerit, dabitur illi. Quid est autem: Et reliquit illum in manu consilij sui: ni fi dimisit eum in posibilitate liberi arbitrij sui? In manu enim posibilitas intelligitur: Ipsa est prima gratia qua primus homo stare potuisset, si seruare mandata domini voluisset. Hac ergo per inobedientiam desolatus homo, iudicio iusto factus est serpenti, id est, diabolo cui maluit obedire quam deo, captiuus. Et ideo scriptum est: A quo enim quis superatus est, huic & seruus addictus est. Et iterum: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Quod confirmat Apostolus Paulus iam baptizatis, dicens: Cum essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ, vide licet alieni eratis a iustitia. Per se ergo homo lapsum facere potuit, quia voluit: sed non sicut per se lapsus est, cō simo a lapsu per se, id est per propriam voluntatem cō surgere valuit, nisi manu domini misericordissima, quo modo eius placuit pietati, fuisset erectus: Propter quod scriptum est: Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Quod si homo propriæ voluntatis uirtute, & non per dominum sufficit elisus assurgere, qua in paradisum, de quo inobediens pulsus est, deo reconcilian dus redeat, ergo Christus gratis mortuus est. Et vt quid ad sanos medicus venire voluit, vel cur se ad saluandum atque quærendum quod perierat, venisse dixit, qui secū-

Gen. 2.

Liberū arbitriū vulneratū. Idē & fusius ifra ī d spū & lit. 28. in isto. 3. T. opuſ.

Gen. 2.

Eccl. 15.

Eccle. 15.

In manu posſibilitas ītelligit.

2. Pet. 2.
Ioan. 8.

Ro. 6.

Ex se hō cadet pōt resurgere vero ſine di auxilio nō potest.

Pſal. 144.

Gal. 2.

Mat. 9. & 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum dogma vestrum, nihil perditum, nihil quod sanaret inuenit? Te igitur sancte Paule Apostole, vas electionis, magister gentium quæso, cur Christus in mundum venerit: dicas, vt sciamus quid hæreticis qui aduersum eius nihil profuisse humano generi; quod per se sibi sufficere prædicant, respondeamus? Fidelis sermo, inquit, & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Audi Pelagiane hæretice, pelago perditionis demerse, siue Celestiane, cœlesti iudicio periture, vas electionis veritatis tuba canentem, Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum se primum et se dicit: & conatis astruere cum prædicas hominem naturaliter posse quod velit, Christum nullum in eo vulnus quod curaret, nullam infirmitatem inuenisse, quam gratię suę gratuito medicamento sanaret? Intantum estis in stultitię profundum demersi, vt nō intelligatis Christum dominum ad nostram reparationem, reformationem, redemptionem, reconciliationemqu e formam ferni suscipere voluisse? Quid enim opus erat deo, si status integer naturæ maneret humanæ, carnem suscipere nostram, contumelias sustinere a Iudæis, perpeti mortem: quæ vtique omnia pro nostra salute dignatus est sustinere, dominus bonus & misericors pro seruis malis & impijs, liber pro captiuis, iustus pro iniustis, vita pro mortuis, spes pro desperatis, reconciliatio pro offendentibus: sicut dicit Ioannes Apostolus de eo: Ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Item Apostolus Petrus: Qui peccata, inquit, nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viueremus, cuius liuore sanati estis: Erratis enim sicut oues errantes. Item ipse in eadem Epistola: Quia & Christus semel p peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo mortificatos carne, viuificatos autem spiritu. Audis electos & ideneos testes spiritu dei loquentes, Christum propiciationem pro peccatis mundi venisse, peccata nostra propter ea pertulisse in corpore suo super lignum, vt iustitiæ mortui viueremus, eius liuore nos esse sanatos, qui eramus sicut oues errantes. Audis semel pro peccatis nostris mortuum iustum pro iniustis, vt nos offerret deo, id est, peccato exules reuocaret ad deum: & in tenebris conscientię tuę tractans erucias nebulas, quibus lumen verum detrahere conaris, & dicis posse hominem per liberum arbitrium tanquam per se sit idoneus, implere quod velit. Idem ipsum est enim & illud quod flagitatis voce super ba: Si volo, sanctus sum: si volo, pecco: si noto, non peco: Nihil videlicet astruitis ista dicendo, nisi vt superius tam dictum est, Christus veniens nihil nobis præstitit, nihil salutis, nihil adiutorij contulit, mors eius nihil profuit nobis, salus nostra naturalis est nobis. Talia prædicantibus fides catholica dicit anathema: credit enim, quod salus hominis ex deo sit Christo, cuius vulnere liberum nostrum curatur & reformatur arbitrium vulneratum, qui auersos a se gratuita gratia sua conuertit ad se, & vt deo placeant, operibus bonis operatur in eis & velle & posse: quorum cursum in hac vita propter futuram veram vitam, misericordia præueniendo & subsequendo perficit. Ipsum igitur liberum arbitrium homini bus esse, certa fide credimus & prædicamus indubitanter: Sed cur dicatur liberum arbitrium, est paululum differendum. Arbitrium ab arbitrando rationali considera tione vel discernendo quid eligat, quidue recuset, puto quod nomen accepit: vel ideo liberum arbitrium dictum quod in sua positum sit potestate, habens agendi quod velit posibilitatem, quod est vitalis & rationalis animę motus. Sed huiusmodi, vt ante iam dixi, fuit in homine protoplasto, cum ante peccatum maneret illæsus. Non enim per aliud contraxit offensam, nisi per id quo potuit ne delinqueret resistere suadenti. Per velle ergo malū recte perdidit posse bonum, qui per posse bonum, potuit vincere velle malum. Quem iuste deus iam delicto capti uum voluntati deprauatæ dimisit, Vt hæc eidem esset pœna in non faciendo quod velit, qui semper si deo fuisset obediens, sufficere posset ad omne bonum quod voluisset. Malum vtique velle non ex naturę suæ conditione bona habuit, tanquam ex congenito malo, vt Manichę us credit: sed ex accidenti desiderio prauo concepit, vi delicet cum vt iam superius dixi, ad manducandum vetitum lignum, quod nolle debuit, assensum serpenti, id est, diabolo prębuit: quod tanquam a radice vitiata omnis ex illa orta humana propago contraxit, absque solo Christo, qui aduentu spiritus sancti non humano semine, ex carne virginis factus est caro. Per peccatum ergo, liberum arbitrium hominis posibilitatis bonum perdidit, non nomen & rationem. Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum quæ ad deum pertinent, sine deo aut inchoare, aut certe peragere: sed tantum in operibus vitæ præsentis, tam bonis quam etiam malis. Bonis dico quæ de bono naturæ oriuntur: id est velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam. quę oīa non

Christus venit peccatores saluos facere. 1. Tim. 1.

1. Ioan. 1.

1. Pet. 2.

Isai. 53.

In cōci. Mileuit. Aphri. Carth. 4 & i Arausicō & i scriptis Innocētij, & Cœlestini i 1. T. cōci. In d gra & lib. arb. 17. in. 2. T. horum opuſ.

Liberū arbitriū quid.

Per velle malū recte Adā pdidit posse bonū, q p posse bonū potuit vincere velle malū, idē & fuit us, i d correp. & gra 11. & 12. i T. 7. & in. 2. Tom. horū opuſcul.

Liberū arbitriū p pcm posibilitatis bonū pdidit. Nō nomē & rōnē, & sic itelligit qđcui ineſt rō, ei ineſt & liberū arb. vt ītē Damaſ. lib. 3. c. 14. ſed fuſius de hac materia, i d ſpi. et li. ab Aug. c. 28. i To. 3 & i uiſto. 5. To. op.

sine gubernaculo diuino subsistunt, imo ex ipso & per ipsum sunt, vel esse ceperunt. Malis vero dico, vt est, velle idolum colere, velle homicidium, velle adulterium facere, res alienas velle diripere, deum viuentem in seculà blasphemare, velle turpiter viuere, velle maleficia discere, velle inebriari & luxuriose viuere, velle quicquid non licet vel non expedit operari. Sed ista nõ pertinent ad substantiam vitæ præsentis, quia non sunt a deo, imo male desiderata maculant vitam quę est a deo.

Matt.13. Ista sunt zizania animæ carnisque, quæ inimicus homo, id est, diabolus dormitante Adam, dei videlicet præceptum non conseruante, in liberum seminauit arbitrium, in quibus proficiuntur, & paratior est quam in prosperis vulnerata & deprauata voluntas. Ista sunt diaboli opera, quæ Christus dei patris verbum, quod est gladius bis

Apocalip.19. acutus, in hunc mundum veniens, ex virgine natus, de credentium libero arbitrio gratuita sua gratia amputat, idoneam in eisdem ad credendum præparans voluntatem, per quam possint tam dei patris quam suam sanctæque spiritus iustam peragere voluntatem. Nam ea esse

1.Ioan.3. opera diaboli, & per Christum tolli, dilectus Christi Ioannes Apostolus probat in epistola sua dicens: Qui facit peccatum ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Item Apostolus Petrus in Actibus Apostolorum

Act.10. inter cætera de Christo ait: Qui pertransiuit benefaciendo & sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam de

Heb.1. us erat in illo. Item Apostolus Paulus ad Hebræos: Qui cum sit, inquit, splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ purgationẽ peccatorum faciens sedet ad dextram patris. Item in eadem

Heb.9. epistola: Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulę aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritũ sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti, Perge adhuc hæretice, & tantis doctoribus veritatis resistens, dic liberũ arbitrium sic ex Adã susceptum, vt medicina Christi non indigẽs, per se sibi sufficiat implere quod velit. Audis dei filium sic apparuisse, vt opera dissolueret diaboli. Audis ideo eum pertransisse, vt benefaciendo sanaret omnes oppressos a diabolo. Audis verbo virtutis suæ purgationem peccatorum fecisse. Audis sanguinem suum offerendo se immaculatam hostiam deo, mundasse conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti, & gratiæ eius ingratus existens, sanum te naturaliter putas liberum arbitrium possidere? Si sanus est homo vt Adam a deo

deo primum fuerat institutus: &, vt ais, nullum vitium postea ex illo delinquente contraxit exortus, interroga de quo dei filius apparens opera dissoluit diaboli, quẽ pertranseundo & benefaciendo sanauit oppressum a diabolo? In quo purgationem peccatorum fecit? Cuius emundauit conscientiam ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti? Nisi forte falsa hæc Apostolos q̃ sunt in Ecclesia catholica clarissima lumina, prędicasse dicatis, experimẽtum videlicet querẽtes eius, qui in eis locutus est Christus. Quid enim orbati lumine veritatis non dicere præsumatis, qui nec legi dei, nec prophetis, vel Euangelio Christi, eiusque Apostolis spiritu dei carnentibus credere vultis, peccato primi hominis humanum genus mortale factum, cæterisque libero arbitrio deprauato obnoxium subiacere peccatis, dei quoque filium adhoc saluandum, reputandum, ac viuificandum venisse in similitudine carnis peccati, sustinuisse mori, resurrexisse a mortuis. Igitur cum de libero arbitrio agimus, non de parte hominis agimus, sed de toto, quia cũ peccauit homo primus, nõ in parte aliqua, sed tota qua conditus est, natura deliquit. Nunquid enim interdũ cũ tantum animam nominamus, corpus aut spiritum separamus ab anima: aut cum spiritum dicimus, animam separamus & corpus a spiritu: vel cum corpus appellamus, seiungimus spiritum animãque a corpore? Vitiato ergo libero arbitrio, totus homo est vitiatus per quod absque adiutorio gratiæ quod deo placeat, nec valet incipere, nec perficere sufficit. Præuenitur autem medicina, id est, Christi gratia, vt sanetur, & reparetur in eodẽ vitiata atque præparetur voluntas, quæ semper indigẽs adiutorio, illuminante gratia saluatoris possit tam deũ cognoscere, quam secundum eius viuere voluntatem. Cum enim dicit per Prophetam dominus: Et dabo in vos cor nouum & spiritũ nouum: quid aliud significat, nisi voluntates hominum lapsas præuaricatione veteris hominis, per Christum nouum hominem reparari, & præparari ad dei voluntatem, sicut scriptum est: Præparatur voluntas a domino? Iterum Apostolus Paulus: Deus est, inquit, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate: ea vtique quæ est in eis vt dixi, a domino tam reparata quam præparata, vt esset bona in qua se iam fidelis homo cognoscens illuminatum vt ad dei semper sit paratior voluntatem, securus clamat ad eum dicens: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et: Notam fac mihi domine viam in qua ambulem ad te confugi doce me facere voluntatem tuã, quia tu es deus meus

Idẽ arg.in epi.5 eporũ in.2.To. opusculorum. 1.Ioan.3. Act 10. Heb.1.&.9. 2.Cor.13.

Rom.8.

Fusius de hoc in de pd.san.c.3.in T.7.& i isto.1. T,op. et ẽ d gra & li.ar.ad val. c.14.&.15.&.16 &.17.i To.7.&

Ezec.36. in.2. To. ho.op.& i epi. 25.&.26.inocẽtij papæ ad pres mil.cõci. Phi.2 i.1.To. concil.

Psal.50. Psal.11.

Psal.142.

Hoc cõfirmatũ & determinatũ i cõcil. arausi. cã. 3. 4. & 5. in. 1. To. concil.

meus. Quod si vox ista iam credentis non est, quomodo inuocabunt in quem non crediderunt: Non ergo homo voluntate sua adhuc in vitio liberi arbitrij claudicante, præuenit deum vt cognoscat, & quærat eam gratiam tanquam pro meritis accepturus: sed præcedit vt iam dixi, misericordissima gratia sua deus hominis ignorantis, & nondum se quærentis voluntatem liberi arbitrij, vt eum se scire & quærere faciat, sicut dixit Ioannes Apostolus in epistola sua: Scimus quia filius dei venit. & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum deũ, & simus in vero filio eius. Hic est verus deus & vita æterna. Et Dauid in Psalmo: Deus meus misericordia eius præueniet me. Et: Deus tu conuertens viuificabis nos. Et dominus in Euangelio discipulis suis: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Item Ioannes Apostolus: In hoc, inquit, apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitũ misit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Nullũ autem esse hominis meritũ in accipienda gratia ad salutem. Paulus Apostolus docet scribẽs ad Ephesios: Deus autẽ ait, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati. Propter nimiam ait charitatem suam qua dilexit nos, non propter nostram, quasi priores dilexerimus eum, cum essemus mortui peccatis. Item post pauca in eadem epistola: Gratia enim estis saluati per fidẽ & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, nõ ex operibus, vt ne quis glorietur. Item ad Timotheum: Noli itaque erubescere testimoniũ domini nostri, neque me vinctũ eius, sed collabora Euangelio secundum virtutẽ dei qui nos liberauit & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suũ & gratiam, quę data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Audis ante tempora secularia, quãdo in deo erat homo præscientia, & non in seculo, quia nondum erat seculum: & præponis dono eius opera voluntaria cæcus veritati resistens. Quærens enim tuam iustitiam statuere, iustitiæ dei subiectus esse non potes. Itẽ ad Titum: Cum autẽ benignitas, inquit, & humanitas apparuit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti quem effudit in nos abunde per Iesum Christũ. Quid ad hæc hæretice adhuc respondebis? Quid inimicę gratiæ dei adhuc cõtra gratiã tãto magistro gẽtiũ esse

1. Ioan. 5.

Psal. 58.
Psal. 87.
Ioan. 15.
1. Ioan. 4.
Deus prius nos dilexit vt nos postea illũ dilige remus, idẽ in de gra & lib. ar. ad Val. c. 18. in To. 7. & in de pde. tã. c. 19. Eph. 2 & 19. in To. 7. & in isto 3. To. opu. & de terminatũ ab ec cle. i cõcil. arau. can. 25. in. 1. To. concil.
2. Tim. 1.

Idẽ in de gra & li. ar. 6. & 17. in To. 7. & i 2. T. ho. opus cal.

Roma. 10.
Tit. 3.

esse, q nullis hominum meritis detur, excogitabis opponere? Rogo quid conamini resistere vera prædicanti tam excellenti doctori, qui nõ de se in se, sed ex deo coram deo in Christo Euangelium prædicans loquitur, id est in simplicitate & synceritate dei, & non in sapientia carnali? Nam q vera annunciet, audite eum attestantẽ, & nolite esse increduli, sed fideles: Deus, ait, & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, q nõ mentior. Et iterum: Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior testimonium mihi perhibente conscie tiam ea in spiritu sancto. Item que: Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & veritate. Audistis, nõ mentior, & tanquam mentientem redarguitis, cũ ex vestro dogmate peruerso, quod ille nõ ita esse prædicat meritis hominum gratiam dari annunciatis. Imo videte, q a non tantum Paulum, sed & Christum in eo loquentem redarguitis. Sed respondens mihi inquies: Si non vnusquisq; pro sua voluntate qua nos dicimus eum inquisisse deũ, accipit gratiã, sed puenit uolũtatẽ eius sua gratia, qua in eum credere possit: cur non hoc ergo in omnibus operatur? An personarũ acceptor est deus? Si gratiæ illuminatione sensus tuus hęretice tenebris insipietię esset exutus, crederes tãtum testimonijs diuinis quæ ante iam dixi, vel quæ non dixi, & in sanctis scripturis reperiuntur innumerabilia, deum nullis meritis hominũ gratiam suam dare, per quam se eis ostendat ad credendũ & seruiendum sibi: & non quęreres imo non discereres, deus quare id non in omnibus operetur, qui bene & iuste semper omnia quęcunque vult operatur, & voluntati eius nemo resistit: propter quod omnia quæcunque voluit, fecit. Ideo cur hoc illi operetur, illi nõ operetur, metuentem me & trementem iudicia eius inscrutabilia & incomprehensibilia, nolo interroges: quia quod lego, credo & veneror, non autem discutio. Quis est. n. homo qui respondeat deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Habet enim potestatẽ figulus luti, ex eadem massa aliud quidem vas facere in honorem, aliud in contumeliam. Sed interroga eũ qui dixit: Nemo venit ad me nisi pater qui misit me attraxerit eum. Et: Non omnes capiunt verbum, nisi quibus datum est, Et: Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum: ceteris autem non est datum. Et: Nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et: Sicut pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filius suscitat mortuos, & viuificat quos vult. Et quia spiritus vbi vult spirat. Et, quia non potest homo a se facere quicquam nisi datum fuerit illi desuper. Item interroga eum qui dixit:

Quod gra dei ex meritis fusius habes i T. 2. i epi. 5 epos & i d gra et li. ar. 6. 7. & 8

Quomõ deus vnũ eligendo & nõ aliũ nõ ex ipso narũ acceptator. idẽ ptractat ab Au. in de pd. & gra c. 3. i To. 7. & i isto. 3. Tom. op. & i epi. 105. in. 2. To. & in. 2 To. horũ opus.

Rom. 9.

Ioan. 6.
Matth. 18.
Matth. 18.

Matth. 11.
Ioan. 5.

Ioan. 3.
Ioan. 19.

Vobis

Philip.1.
Roma.9.

Vobis donatum est pro Christo non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini. Et: Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: & cui vult misereatur, & quem vult indurat. Et quia spiritus sanctus dona charismatum suorum diuidit singulis prout vult, nō prout volunt. Et quibus voluerit, non qui voluerint notas fecit deus diuitias gloriæ sacramenti sui. Istæ sunt

1.Cor.12.

vniuersę viæ domini inuestigabiles, misericordia & veritas, quas si scire quæris, Paulum interroga, & respondebit tibi dicens: Altum saperenoli, sed time: quia quis

Roma.11.

cognouit sensum domini, quis instruxit eum? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt

Psal.106.

omnia, ipsi gloria in secula. Interroga etiam Dauid & dicet tibi: Quis sapiens & intelliget hæc? Aut qui loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius?

Psal.105.

Ista igitur cum facit deus incomprehensibilis & inuestigabilis atque inenarrabilis, nō personarum acceptione facit, nec iniusto iudicio, sed plane iusto altoque secreto: quia hæc est fides catholica, quam si sequi velis non eris de iudiciis dei incomprehensibilibus curiosus & contentiosus, sed eris cum catholicis humilis & manuetus. Non vt dicas deo, interrogando quę est voluntas tua; sed tremendo, fiat voluntas tua, quia potestas dei est, & tibi domine misericordia. Modo enim quia iudicia dei in operibus eius ab homine narrari non possunt, ideo iniustus est deus? Imo iustus est et incōprehensibilis, iud cio iusticiæ suæ, & irreprehensibilis operatione voluntatis suę. Taceat reprehensibilis, mendax & iniustus homo, vt faciat irreprehensibilis verax & iustus deus quæcunque voluerit. Si tantum attendas ad peccatum primorum hominum, quo massa humani generis damnari meruit, quia secundum testimonium Pauli Apostoli: Ex quo vno omnes transierunt in cōdemnationem, poteris cognoscere iudicia dei esse iustissima. Inde est enim malum meritum in hominibus tam in paruulis quam in maioribus precedens iudicia dei, vt iusto eius iudicio puniātur. Quare autem in hoc vt dixi malo merito precedenti, non omnes puniuntur aut cur inde non omnes saluantur: ego seruiens domino in timore & exultans cum tremore misericordiā ei & iudicium cantabo: quia iudicium facit precedente causa salutem vero donat ac misericordiam, prueniendo malam causam, Res igitur eius sumus. Oculus tuus hæreticæ, vt quid nequam est: habet potestatem paterfamilias iustus & misericors de re sua facere quod vult: de reo mortis, iudicis est quam vult ferre sententiam. Audi tamen adhuc calcatius, vt ad propositum superioris disputationis

Nō ē dicēdū deo q̄ ē volūtas tua, sed fiat voluntas tua.
Matth.6.
Psal.61.

Roma.9.

Ex precedēti cā dens iudicat, mi sereꝫ ỹo, malā p ueniendo cām.
Matth.20.

disputationis reuertamur, quia homo vulneratus libero arbitrio per Adę peccatum, sine gratia dei, id est per se solum sanare se non potest, nec sponte ad paradisum reuerti, sanctorum numero sociandus, nec eum gratiam meritis vllis accidere, sed totum sua misericordia deum peragere. Homo quidam, ait dominus in Euangelio, descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abieruut, semiuiuo relicto. Accidit autē vt sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo, prēteriuit, similiter & leuita cum esset secus locum & videret eū, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est. Et appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & vinum, & imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario & ait: Curam eius habe, et quodcunque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Homo iste quidam ipse est genus humanum, descendens ab Hierusalē in Hierico, id est, de paradiso in hūc mundum. Hierusalem enim Hebraice dicitur, Latine autem visio pacis interpretatur. Recte ergo in visione pacis paradisum dicimus. Ante enim quam peccaret homo, in visione pacis erat, hoc est, in paradiso, vbi quicquid videbat, pax erat & letitia. Inde descendēs, id est, humiliatus & miser factus per peccatum, in Hiericho in mundum videlicet, Hiericho enim in qua mūdus ponitur, luna interpretatur. Quia sicut luna oritur & occidit, ita & mundus cum in eo orta occidunt, & iterū oriuntur. Incidit in latrones, id est, in diabolum & angelos eius: Per inobedientiam enim vt sepe dictum est, primi hominis, diabolus humanum genus dispoliauit, & vulnerauit, morum scilicet ornamentis, & bono possibilitatis liberi arbitrii pdito. In illo enim peccante plagā fecit, in nos vero plagas, cum per vnum illius peccatū quod nascētes trahimus, super addimus multa peccata. Quid est autem relicto eo semiuiuo abierunt? Recte dicitur est semiuiuus: habebat enim vitalem motum, id est, liberum arbitrium vulneratum, quod ei solum ad eternam vitam quam perdiderat redire non sufficiebat & ideo semiuiuus dicitur. Iacebat ergo humanum genus vulneratum in mundo. Sed cur iacebat, dicite, si per se surgere poterat vel sanari, nullius indigens adiutorio? Sed iacebat vulneratus, quia vires ei propriæ ad surgēdum, quo ad sanandum se, medicum, id est deum requirere non sufficiebant. Descendens sacerdos eadem via cū videret illum prēteriuit. Similiter & leuita cum videret eum, pertransiit. In his duobus, id est, sacerdote & leui-

Luc.10.

Idē i de ỹb. dñi ser.32.&.37. & in de ỹb. apost. ser.2.in To.10.

Hierusalē latine viso pacis interpretatur.

Hiericho luna interpretatur.

Ex inobedictia primi hoīs diabolus humanuꝫ genus dispoliauit. idē i epi. 95. et 105. & 106. et i de grā & li.2. 3.&.4.i.2. To. ho.op.& i epist. 25.&.26. Innocētii papę ad mileu.cōcil.i.1.T. concil.& ifra in isto To.in li.de spū & lit.ca.28.

ta, duo tempora intelliguntur, legis scilicet & prophetarum. In sacerdote lex, per quam sacerdotium & sacrificia instituta sunt. In leuita vaticinium prophetarū, quorum temporibus omne humanum genus sanari non potuit: quia regnauit mors ab Adā vsque ad Moysen, etiā in eos qui nō peccauerunt in similitudine prēuaricationis Adę, qui est forma futuri, id est etiā in omnibus sanctis & in paruulis, qui prēuaricati nō sunt sicut Adam: & tamen propter peccatum prēuaricationis, quod nascentes ex eo traxerunt, tanquam chirographo paterno constricti, stipendium peccati moriendo soluerunt. Stipendium est, enim peccati mors. Et quia per legem cognitio peccati, non ablatio. Lex enim iubet vt cognoscat se homo peccatorem esse, quod antea ignorabat, non peccatum tollit: ideo & Apostolus: Nam concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Lex itaq; nihil ad perfectū adduxit: quia si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si. n. data esset lex, quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi q omnia peccata tollit, daretur credentibus. Plenitudo enim legis & prophetarū Christus, qui venit non soluere legem & prophetas, sed implere. Sacerdote ergo & leuita prætereuntibus, iterfaciens Samaritanus venit secus eū. Samaritanus iste, ipse est saluator Christus, quia Samaritanus custos interpretatur, cui recte dicimus: Custodi me domine vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me. Quid est autem, venit secus eum? Id est, venit in similitudine carnis peccati, non vt ille quilatebat in carne peccati, sed secus eum, quia in similitudine. Et videns eum misericordia motus est: videns eum, quiadiacentem. Nunquid surgentem & currētem? Et ideo misericordia motus est, quia in eo quo curari dignus esset, meritum nullum inuenit. Et appropians alligauit vulnera eius. Quid est, alligauit vulnera eius? Sicut scriptum est: Qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: de peccato scilicet damnauit peccatum in carne. Infundens oleum & vinum, hoc est chrisma sanctū & sanguinem suum. Et imposuit illum in iumentū suum, in adiutorium videlicet gratię incarnatiōis suę, quia sicut scriptum est: Hic peccata nostra portauit, & pro nobis doluit. Et duxit in stabulum, scilicet donans ei fidē ad credendum in se. Duxit in Ecclesiam suam, quę omnibus ambulantibus in via fidei, tanquam stabulum patet ad succedendum. Et altera die, quasi tempore alio, post resurrectionem vtique & ascensionem suam, protulit duos denarios, duo videlicet vetus & nouum testamen-

Roma.5.
Col.2.
Roma.6.
Roma.3.
Roma.7.
Exod.20
Heb.7.
Gal.2.
Roma.10.
Mat.5.
Psal.16.
Luc.10.
Roma.8.
1.Cor.5.
Esa.53.

ta, in quibus vnum numisma dei regis est. Et dedit stabulario, Paulo Apostolo, qui est vas electionis, cui soli cito est omnium Ecclesiarum. Et ait: Curā eius habe, id est, quę ad fidem meam pertinent, quomodo eum oportet ad plenam sanitatem peruenire, doce illum. Et quod cunque supererogaueris, dum rediero reddam tibi. Si qd ergo super Euangelium meū, tanquam misericordiā mea am consecutus vt esses fidelis, ad eius vtilitatem sapueris, dum rediero iudicaturus mundum & vnicuiq; redditurus secundum opera sua, reddā tibi. Quid est autem quod super legem & Euāgelium plus Paulus erogauit? Illud qđ puto ipse ait ad Corinthios: De virginibus aūt præceptum domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus a domino vt sim fidelis: vel illud etiam vbi de coniugibus ait: Nam cęteris ego dico, non dominus, &c. Ista interim iam a maioribus Ecclesiæ catholicę tractatoribus dicta vel exposita sunt: sed tunc a nobis limes fidei sanę defenditur, quādo termini quos posuerunt sancti patres non transierunt a nobis, imo obseruantur & defensantur. Ecce quē admodum curatur hominis liberum arbitrium vulneratum. A die ergo aduentus sui dominus, quo venit sana te vulneratum iacentem, vsque ad diem reditus sui, quo iudicaturus est mundum, stabulario curam habere iubet sibi traditi sauciati, significans quod a die quo datur homini a deo per motum misericordiæ eius, non q meritum quod in vulnerato non inuenitur, vt sanetur vsque ad diem assumptionis eius, nisi sub cura gratiæ fuerit, ad perfectum peruenire non posse. Sicut stabularius eius Paulus docet, scribens ad Philippenses: Confidens hoc ipsum quia qui cœpit in vobis opus bonū, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Item Petrus Apostolus in epistola sua prima: Deus autem omnis gratiæ, inquit, qui vocauit nos in æternam gloriam suā in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitq; ipsi gloria & imperium in secula seculorum amen. Quid etiam aliud ostenditur & in oue illa perdita ex centum ouibus, nisi liberum arbitrium posibilitatis bono vitio primi hominis perdito a iustorum erasse cōsortio: nec p se ad cohortē, id est, ad paradisū de quo exiuit, fideliū numero resociādū posse reuerti, nisi indebita gra sua, vtiq; volūtate sua, bonus pastor xps, q p nobis animā suā posuit, de deserto errātē, hoc est, de isto mūdo in quo hō diuini p̄cepti desertor exultās est, & erat libero arbitrio in opibus diaboli, humeris suis sup ipositū in adiutoriū scilicet fidei & charitatis suę reuocauerit? Hoc. n. vt dixi, ipse dns, pbat, cū in parabola volens hoiem intelligi, ouē dicit erasse, quę nō ip̄o tere-

Act.9. Paulus apostolus stabularius oium ecclesiarū gerens solicitudinem.
1.Cor.7.
Tūc limes fidei sāctę a nobis defendit, qū termini q̄s posuerunt sācti p̄res ñ trāsferunt a nobis, imo obseruātur & defensantur.
Philip.1.
1.Pet.5.
Luc.15. In oue p̄dita liberū arb. vulneratū & q̄ ad deo grata p̄ditū oū-dit, idē in epi. 5. epor̄, & i epist. 25. imo vbi sup & ifra in de spū & lit. 28.

dierit,

Luc.10. dierit,sed a pastore requisita ad ouile proprium eius sit humeris reportata. Vel cũ vulnerarũ a latronibus nõ proprio gressu,sed iumento superimpositum ad stabulũ dicit esse delatum,quod magister ille gentium gratia fidei illuminante videns de se præsumẽtibus dicit: Igitur non volentis,neque currentis, sed miserantis est deus. Sed ais mihi:Si non volentis neque currentis est inuenire deum,quomodo scriptum est in Psamis:Et ex voluntate mea confitebor illi:Et iterum in Apostolo,cum in figura vasorum de peccatoribus dicit: Si quis ergo emundauerit se ab istis,erit vas in honorem sanctificatum & vtile domino ad omne opus bonum semper paratum? Accipe fidei rationem. Alia causa est adhuc non credentis in deo,alia iam credentis. De non credente, id est,adhuc deũ ignorante,vt cognoscat & credat in quo opera bona nulla sunt,dictum est: Non volentis neque currentis,sed miserentis est dei:quia in vanitate sensus atque in tenebris obscuratum habens intellectũ liberi arbitrii lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,videre non potest nisi deus propter suam misericordiam,qui dixit de tenebris lumen splẽdescere,illuxerit in corde eius,ad illuminationem scientię claritatis dei in facie Christi Iesu,vt oblato velamine,id est,nebula peccati de corde eius cõuerti possit ad dominum,qui spiritus est. Cum autem acceperit spiritum domini,erit in eo libertas ad capessenda domini præcepta,quia vbi spiritus domini,ibi libertas. Habet autem thesaurum istum in vase fictili,in corpore videlicet suo terreno,vt sublimitas sit virtutis dei & non ex ipso,& ideo non volentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Fit hoc etiam multifarie multisq; modis,& in his qui iam deo seruiunt, cum gratię eius miseratione subito ad ea peruenium bona quę non voluerunt,neque cucurrerunt. Iam vero credentis,id est,illuminati,atque reparati in libero arbitrio per gratuitã gratiã saluatoris vox est,& ex voluntate mea confitebor illi. Sed vt possit eidem confiteri,non in se,sed gloriatur in domino,cum dicit: Dominus adiutor meus & protector meus,in ipso sperauit cor meũ & adiutus sum, & refloruit caro mea:propterea sequitur: Et ex voluntate mea confitebor illi. Sua est vtique omnis voluntas bona,cum in eo per Christum vt esset bona,de lapsu est reparata. Quapropter quicqd vult bonum,quicquid potest ,a domino est:quia sine me,ait dominus in Euangelio discipulis suis,nihil potestis facere. Itemin eodẽ Euangelio,id est,secundum Ioannem. Non potest homo aliquid facere quicquam,nisi datum fuerit illi desuper. Itẽ Apostolus Paulus ad Corinthios: Fiduciam autem talem,

Roma.9. Psal.27.

2.Tim.2.

Roma.9.

Ioan.1.

Roma.8. Ephe. 2.

Roma.9. Heb.1.

1.Cor,11 Psal.27.

Ois bona volũtas est dei, qa a xpo est reparata vt sit bona.

Ioan.15.

Ioan.3.&.19.

1.Cor.3.

inquit,habemus per Christum ad deum,non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est:qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti,non litera,sed spiritu: Littera enim occidit,spiritus autem viuificat. ita ergo & illud est quod dicit Apostolus:Si quis ergo mundauerit se ab istis,erit vas sanctificatum in honorem & vtile domino ad omne opus bonum paratum. Cum enim deliquerit iam redemptus per gratiam baptismi propria voluntate,& in peccatis suis permanens ex hoc migrauerit mundo,efficitur vas ligneum,quod facile deuorabitur ab igne gehennæ:aut certe fictile, quod comminui possit virga recta,virga regni Christi,id est iudicio æquitatis eius:quem,sicut dicit Apostolus,benignitas dei saluandum ad pœnitentiam adduxerit,secundum quod itẽ ad Timotheum dicit:Ne forte det illis deus pœnitentiã ad cognoscendam veritatem,& resipiscant a diaboli laqueis,a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem:& cibauerit eum pane lachrymarum,potumque dederit ei in lachrymis & mensura,emundat se ab huiusmodi vasis: quia cum dei misericordia se præueniente,agit & ipse satis per liberum arbitrium,vt emundetur. Sola autem voluntate sua si præsumat,mundari non potest,imo nec ex corde pœnitere compellitur,quia Petrum nisi dominus respexisset,nunquam pœnitentia motus amare fleuisset. Pœnitentia ergo res est optima & perfecta,quę defectos reuocat ad perfectum,Sed omne datum optimum,Iacobus inquit Apostolus,& omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum,apud quem non est commutatio,nec momenti obumbratio. Oportet ergo ea orare pœnitentem,quæ ad eius mundationẽ expediunt.Quod vt faciat vnde sit audi.Similiter autẽ ait Paulus Apostolus:Et spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram: Nam quid oremus sicut oportet nescimus,sed ipse spiritus postulat pro nobis:id est,spiritus postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus. Est igitur liberum arbitrium, quod quisquis esse negauerit,catholicus non est: Et quisquis sic esse dixerit,quod sine deo bonum opus,id est, quod ad eius sanctum propositum pertinet,nec incipere, nec perficere possit,catholicus est. Quibus enim dicitur in Psalmis, nisi liberum arbitrium habentibus: Venite filii,audite me,timorem domini docebo vos? Item a domino in Euangelio discipulis: Omnis qui audit verba mea hęc,& facit ea. Et itẽ: Vos amici mei estis si feceritis quę ego mãdo vobis. Et ab Apostolo Corinthijs: Hoc enim vobis vtile est,qui non solum facere,sed & velle cœpistis ab anno priore:nunc vero & facto ꝑficite, vt quẽad modum promptus est animus volũtatis,ita sit & ꝑficiẽ-

2.Tim.2.

Psal. 79.

Matt.26. Pœnitentia est dei donum. Iacobi.1.

Roma.8. Spũs nos postulaꝝ facit ꝙrecta sunt, Idẽ, & fusius i.1. de Tri.c. 12.i T.3.& i ex posi. ꝙrũdã pro positionũ Epi. Pauli ad Ro.in T. 4.& i.2. T. ho.op.& i Epi. 105.i T.2.&i.2. T. ho. Psal.33 op. & i Mat.7 d bono Ioã.15 pfue- 2.Cor.8 rãtię c. 23.i To.7. & i

isto.3.T.op.&i expo.ps.53.& 57.i T. 8.& a beda i expo. 8.c.epist.ad Roma. Roma.2.

Prius deus vult, & opat, postea nos volumus &coopamur qđ quo itel ligẽdũ habes ab Aug.i đ gra & lib.ar. ad Val.c. 5.& c.7.& 17.in T.7. Ro.11. i.2.To.ho.op.& in expo.ps,31.i To.8.

Hier.9.
1.Cor.1.
2.Cor.10.
Titum.2.

Deus reqrit opa idẽ i præf.psal. 31.& in đ fide,& opibus.16 in To.4.& i 1.To. ho.op.sed ipse illa i nobis opatur,&sic donat,qđ exigit,nẽ pe fidẽ,& illius fructus hoc est opa,in Epist,5. episcoporũ & in de gra & lib. ar,5.6.7.&,8.&.17 i.2.To.ho.op.& in cõcil. Arausa can. 4.vsq; ad. 25.iclusiue.i.1.To.cõcil, 2.Tim.4.
Hier.9.
1.Cor.1:
2.Cor.10.
1:Cor,15,

di. Et multa alia quæ tam in veteri quam in nouo testamento continentur, quæ nimis propter fastidium lectionis, longum est enarrare. Quomodo autem vnicuiq; secundum sua opera redderetur in die iudicij, nisi liberum esset arbitrium? Et ideo non est personarum acceptio apud deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. In omni itaque opere sancto prior est voluntas dei, posterior liberi arbitrij, id est, operatur deus, cooperatur homo. Quod si dicas, vt dicere consueuistis: quia ego prior volui, deus voluit: iam meritum facis, vt gratia ex operibus iam non sit gratia, sed merces: Hoc loco redarguit te Apostolus, dicens: Si autẽ gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Gratia igitur donatur, non redditur: quia si redderetur quasi ex debito, non ab Apostolo ex gratia, sed ex operibus diceretur. Omnis ergo Christianus, cui ita donatum est posse per gratiam vt dei faciat voluntatem, abundare debet in operibus bonis, quia labor eius non erit inanis in domino: sic tamen vt non in se, sed semper in domino glorietur, cuius vt dixi gratia eruditur abnegare impietatem & secularia desideria, vt sobrie, iuste, & pie viuere possit in hoc seculo: sicut dicit Apostolus scribens ad Titum: Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ dei magni, & saluatoris nostri domini Iesu Christi. Nemo sit segnis & remissus ad seruiendum deo, nec sic de gratia confidat, tanquam deus liberi arbitrij eius, quod per mortem filij sui reparauit & sibi præparauit, opera non requirat, imo declinet a malo & faciat bonum. Vigilet, quærat, petat, pulset, contendat vincere seculum, deo placere sic, vt dum per mundi pelagus currit, quemadmodum sæpe dictum est, ancoram gratiæ ceruicibus reuinctam fiducia liberi arbitrij non soluat: quia siue in prospero cursu ne extollatur, siue in tempestate tentationum ne mergatur, eius gubernaculo, quoadusque ad portum paradisi perueniat, poterit permanere securus: & cum impleuerit cursum, fidenter dicat cum Apostolo Paulo: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Hæc enim ille cum diceret, non in se, sed in domino gloriabatur. Ipse enim dixit: Vt qui gloriatur, in domino glorietur. Quomodo enim potuit bonũ certamen certare, cursum consummare, fidem seruare, ante iam dixerat: Non ego autem: sed gratia dei mecum. Amputauit autem omnem humanam gloriam, & dedit soli deo, cum iterum dicit: Vt non simus fidentes in nobis, sed in deo qui suscitat mortuos. Et iterum: Gratia autem dei sum id quod sum. Recte nanque arbitror comparari liberum arbitriũ iumento: vnde & dictum est: Velut iumentũ factus sum apud te: gratiam vero sessori: quia sicut iumentum animal viuacissimum vt dometur ad opus homini necessarium, de armento vagum apprehenditur, & incipit per curam domantis se ad eius proficere voluntatem: ita & liberum arbitrium quod vulneratum viuit in homine, gratia dei apprehenditur de armento luxuriæ seculi, in quo sub pastore diabolo vagabatur per incongruas Voluntates. Pastorem diabolum dixi secundum Zachariam Prophetam, de eo dicentem: O pastor & idolum. Apprehenditur ergo gratia, vt dixi, ad domandum liberum arbitrium, vt & malæ couersationis deposita feritate humilietur, & vt ad obediendum in opus domino necessarium corrigatur, & ita per eius semper curam incipiat in dei proficere voluntatem. Sicut enim iumentum illud dum in via dirigitur, sessoris manu regitur, vt iter rectum siue leniter seu cursim, secundum sedentis in se voluntatem possit incedere quoadusque ad locum perueniat destinatum: ita & liberum arbitrium dum in via, id est, in Christo, quia ipse ait, Ego sum via, veritas & vita, cœperit esse, gratiæ regimine regitur, vt in semitis domini recto corde, siue patientia charitatis, siue feruente spiritu, id est, secundum diuisiones gratiarum spiritus, qui per gratiam diuidit singulis prout vult, possit ambulare quoadusque ad promissum regnum cœlorum perueniat. ideo & in Psalmis ait: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et vt illud cum aliquotiens sub sessore pastũ iar gioribus cibarijs incumbens freno, cursu extollitur, sessoris flagello cæditur, vt secundum eius ambulet voluntatem: similiter & liberum arbitrium dum homo gratiæ dei immemor in prosperis efficitur, & tãquam de sui possibilitate gloriatus extollitur, eius flagello corripitur, cũ in uarijs tribulationibus & afflictionibus paululum subiugatur, vt humiliatus homo in sua infirmitate ad gratiæ recurrat auxilium. Sicut ergo homo sedens in iumento, cum peregerit iter quod incessit, dicit: Feci hodie vtputa triginta miliaria, cum illo sedente, iumentum cucurrit triginta miliaria, sed non ea cucurrisset nisi a sessore tam directũ in via quã gubernatũ fuisset: Recte ergo sessor quem gratia figurat dicit, feci triginta miliaria. Ipse enim fecit qui iumentum facere fecit, & tamen vtriusque labor itineris imputatur: ita & gratia & liberũ arbitriũ

2.Cor.1.
1.Cor.15.

Psal.72.

Liberũ arbitriũ Iumento, & gra sessori cõparat.

Zach.11.

Cõparatio de li bero arbitrio.

Ioan.14.

1.Cor.12.

Psal.143.

In de ꝑbis dñi serm.5.in T.10. Hõ feras domare põt, se at domare nõ põt, sz deus hominẽ vt recte opet solus domare potest.

Psal.36.

Gra sine lib.ar. Nec lib.ar.sine gra facit hre vitā eternā, Idē in degra, & li.ar. ad Val.ca.5.& 17.i T. Act.16 2. To.ho.op. Luc.24. Psal.93. Ezech.36.

Gene.6. Noe habuit gratiam a deo.

Aqua diluuij fuit Noe, & suis baptismū & arca ecclesia.

Ephe.2. Gene.15. Gene.12. Abrahā habuit a deo gratiā. Gene.18.

Roma.11.

Roma.4.

peragit sine dubio iter fidei liberum, dum dei Christianus facit præcepta, sed non vt supra dixi, sine gratia dirigēte vel gubernante: propter quod dicitur in Psalmis: Dirige in conspectu tuo viam meam: & a domino gressus hominis diriguntur. Itaque nec gratia sine libero arbitrio facit hominem habere beatam vitam: nec liberum arbitrium sine gratia. Et tamen paruulos sine vsu liberi arbitrij facit gratia habere beatam, & perpetuam æternamque vitam. Eos autē qui iam rationis capaces sunt præuenit atque docet, vt bonum velint & possint. Scriptum est enim in Actibus Apostolorum: Et aperuit deus cor Lydiæ purpurariæ, vt audiret ea quæ dicebantur a Paulo. Item in Euangelio post resurrectionem de duobus euntibus in via: Tunc illis, inquit, aperuit sensum vt intelligerent scripturas: & in Psalmis: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Et in Propheta Ezechiele dominus: Et faciam, ait, vt faciatis voluntatem meam, & in præceptis meis ambuleris. Donō igitur gratiæ dei patris & Christi eius sanctique spiritus, iustos qui fuerunt ante legem, vel sub lege tam electos quam gubernatos fuisse, ex multis testimonijs accepe pauca in libro Genesis: Noe autem, ait, inuenit gratiā ante dominum deum: Statimque sequitur, Noe homo iustus & consummatus erat in genere suo & placuit deo. Nota igitur post inuentam gratiam, deo donante iustum & consummatum dictum esse & placuisse deo, non ante gratiam. Saluandum ergo per electionem gratiæ assumpsit eum a consortio iniquorum, quibus iuste iratus iudicaturus erat diluuium deus, non actu meritorum, cum in Adæ præuaricatione natus sit reus: aqua enim diluuij baptismus illi fuit, & arca Ecclesia. Non solum autem illi fuit, sed & vxori eius & filijs & mulieribus secum in reparationem hominum conseruatis: licet hanc illi salutis fuisse fidem per gratiam habenti præputium, quæ nūc est per Christum in præputio gentium, quia & ille & nos gratia salui facti sumus, vt dicit Apostolus, non ex operibus, ne quis glorietur. Item illic dominus ad Abrahā: Noli timere Abraham, Ego protegam te, & merces tua magna erit nimis. Protegam te, gratia vtique mea: quia priusquam me inuocares, vocauit te vt exires de terra & cognatione tua, & inuocares me. Ideo & ipse Abraham ad dominum cum ei apparuisset ad illicem mambræ: Domine, ait, si inueni gratiam ante te, ne transeas puerum tuum: &c. Per gratiam ergo quæ non est ex operibus, dictum est ei: Merces tua magna erit nimis: quia nemo prior dedit deo & retribuetur ei: quod cōfirmat Apostolus dicens: Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus

Dus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. Item in Genesi de Ioseph cum venditus esset Phutiphar spadoni: Vidit autem dominus eius, inquit, quod esset dominus cum eo, & quia quæcūque faciebat, dominus proferabat in manibus eius, & inuenit Ioseph gratiam ante dominum suum. Non ex se habuit, sed inuenit: dominō vtique donante, qui erat cum eo & prosperabat opera eius, & somniorum interpretationem ei donauerat. Item cum missus esset in carcerem, ait scriptura: Et erat dominus cum Ioseph, & perfudit eum misericordia, & dedit ei gratiam ante principem carceris. De qua gratia non in se gloriabatur, sed in domino, cuius donum esse sciebat, cum dicit Pharaoni de inter pretando, somnio eius: Sine deo non respondebitur salutare Pharaoni: item in Exodo: Dominus autem dedit gratiam populo corā Aegyptijs, & accommodauerunt illis, & prædati sunt Aegyptios. Quomodo enim eis dedissent quos odio habebant, vasa sua aurea & argentea vel vestem, nisi donum gratiæ fuisset? Item in eodem libro Moyses ad dominum: Ecce tu mihi dicis, inquit, Deduc populum meum hunc, tu autem non demonstrasti mihi quem simul dimittas mecum, & dixisti mihi: Scio te præ omnibus, & gratiam habes apud me: Nunc ergo si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste vt videam te, & sim inueniens gratiam apud te, vt sciam quia populus tuus & gens hæc habeat gratiam apud deum: sed ex deo, non ex se: denique cum dicit: Si inueni gratiam in conspectu tuo, inueniisse se, non habuisse gloriatur. Et cum dicit: Ostende mihi temetipsum manifeste, vt videam te, vt sim inueniens gratiam ante te: quid aliud indicat, nisi vt dum te video manifeste, cognoscam non mei fuisse meri, sed dono gratiæ tuæ? ideo & ait, vt sim inueniens gratiam ante te. Item post pusillum ait ad dominum: Nisi & ipse exeas nobiscū, ne me educas hinc: & quomodo scietur vere, quia inueni gratiam apud te ego & populus tuus, nisi tu pariter nobiscum fueris, & gloriabimur ego & populus tuus præ omnibus gentibus quæ sunt super terram? Quoniam non in nobis, sed in te, a quo accepimus gratiam gloriandi. Item dominus ad Moysen: Et hoc verbum tibi quod dixisti faciam, Inuenisti enim gratiam in conspectu meo, & scio te præ omnibus: Sed ideo faciam, quia miserante me inuenisti gratiam meam, non ex Adam peccante natus habuisti tuam. Nam & cum dicit dominus ad Iesum filium Naue: Sicut eram cum Moyse, sic ero & tecum, & non derelinquam te, nec despiciam te: quid aliud dicit, nisi vt ait Moysi: Inuenisti gratiā in conspectu meo, & scio te præ omnibus? Non enim Moysi locū accepisset, nisi vt ille ante deum gratiam inuenisset,

Gen.39. deus gratiā suā largitus est Ioseph.

Gene.41.

Exodi.12. Dominus donauit gra populo corā ægyptijs.

Exod.33.

Moses habuit a deo gratiam.

Ios.1. Dñs gram suam largitus ē Iosue

Iud.6. Gideon inuenit grã i oculis dñi ex dono dei,

Item in libro Iudicum. Dixit angelus domini ad Gedeon, Quoniam dominus erit tecum & percuties Madiã tanquam virum vnum. Et dixit ad eum Gedeon: Si inueni gratiam ante oculos tuos, vt facias secundum ea quæ loqueris mihi, &c. Id est, quoniam me idoneum nõ agnosco implere quæ promittis, & vidisse te, non fuit meritorum meorum, nisi esset donum dei: ideo & ait: Si inueni gratiam ante oculos tuos. Dono enim dei eum vidisse angelum vox diuina confirmat, cum pauentem & tremen

1. Para. 15. Donare grãm ĩ prãte ẽ dei, q̃ illã dauid tribuit,

tem consolatur dicens: Pax tibi sit, ne timeas, non moriris, id est, vt videres angelum, gratiæ meæ fuit, quapropter in pace viues, & facies quæ tibi annunciaui, item in Regnorum libro: Et dixit rex Dauid ad Sadoch sacerdotem, Circumage arcam domini in ciuitatem: Si inuenero gratiam ante dominum, reduces me & videbo eam, & decorẽ eius, id est, Non. n. confido in virtute mea liberare me, sed in gratia dei, quã donare in eius est potestate: ideo & ait: Si inuenero gratiam ante dominũ quod

Psal. 83. confirmat in Psalmis ipse dicens: Gratiam & gloriam dabit dominus. Quid enim euidentius de gratiæ operibus dici potuit, vel probari, quam quod dictum est Hieremiæ Prophetæ? Aut si nomen eius in eodem loco tacuit, nõ quid non gratia sua gratuita hoc operatus est deus in illo, cum ei dicit: Priusquam te formarẽ in vtero, noui te, & priusquam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus posui te?

Hiere. 1. Hieremias a deo obtinuit grã. an teq̃ natus eẽt,

Rom. 9. Hier. 1. Plane manifestat gratiæ donum, & non ex operibus. Quæ enim erant eius opera nec dum formati in vtero, nec dum nati ex vtero? Igitur non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Priusquam te formarem in vtero noui te, & priusquam exires de vulua sanctificaui te, & prophetam in gentibus posui

Rom. 9. te. Ecce vere non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Item in Hieremia: Et det, ait dominus, vt tutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus

Baruch. 1. &. 2. sub vmbra Nabochodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inuentamus gratiam in conspectu eorum, quia in peccatis scilicet nostris, pro quibus traditi sumus in manus eorum, requiem inuentre non meremur, donec inueniamus gratiam per quam veniam possimus accipere. Ideo item subsequens dicit, Exaudi domine orationem nostram & deprecationem nostram }, & eripe nos propter te, & da nobis gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt. Eripe nos, ait, propter te, & da nobis gratiam: id est, quia potestas & misericordia tibi est, & iuste humiliasti nos, ob hoc gratiam vt dones petimus propter te, non propter nos, quos in captiuitatem malis precedentibus meritis tradidisti. Item in Salomone. Labia,

Ecclc. 21. inquit,

inquit, iustorum distillant gratiam: hoc est dono gratiæ grata & iusta loquuntur. Non enim distillarent gratiã, nisi fonte gratiæ rigarentur. Item illic: Qui diligit disciplinam, diligit sensum: qui autem odit increpationes, insipiens est. Melior qui inuenit gratiam ante dominum: quia videlicet diligere disciplinam & obedire increpanti se propter dominum, per se solum non potest, nisi dono gratiæ fuerit eruditus: ideo item ipse dicit, Cor viri cogitat rectum, vt a deo corrigantur gressus eius: Cogitat enim iam recta, qui inuenit gratiam ante dominum: & corrigit gressus eius dominus, cum in eo & in se confidens dicit: Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. item in libro Sapientiæ: Quoniam gratia dei, ait, est in sanctis illius. Ecce generaliter dictum, neminem sanctorum sine gratia dei fuisse vel esse, sed vt in eis sit ad confirmandos eos, acceperunt gratis per fidem quæ a deo est, non habuerunt ante fidem: quia vt ait Dauid: Pro nihilo saluos faciet eos: item in libro Tobiæ: Ego autem, ait, custodiui animam meam ne manducarem de escis eorum. Et quoniam memor fui dei in toto corde meo, dedit mihi summus deus gratiam ante Salamanasar regem & emebam illi omnia, iens in regionem Mediam, vsque dum mortuus est. Quod vero præposuit dicens: Quoniam memor eram dei in toto corde meo: ne proprium esse videretur & non donum, quod memor esset dei, continuo subiungens ait: Dedit mihi summus deus gratiam: vt confirmaret, eius dono, non merito suo, dei memorem fuisse, & locum dilectionis ante regem Salamanasar inuenisse. Præparatur enim voluntas a domino, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo: quia iustitia dei prgentu misericordiæ per fidem Iesu apparuit super omnes qui crediderunt. Ideo & subiungens, inquit, idem Apostolus: Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius &c. Ecce audisti, iustificati gratis per gratiam dei. Noli ei præponere opera propria, nec ex eisdem gloriari, quia vt iam superius dictum est, ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo. Ergo, inquies, damnas opera liberi arbitrij bona, quia dicis iustitiam ex operibus non deberi. Si ita est, cur nobis præcipit Apostolus habundare operibus bonis, quia labor noster non erit inanis in domino? Audi hereticе stulte & inimice fidei veritatis. Opera liberi arbitrij bona, quę vt fiãt preparant p gratię prærium, nullo liberi arbitrij merito, & ipso faciẽte guber-

Nõ loquerẽtur iusta, nisi gratia rigarentur.

Prouer. 16. Ex gratia cogitamus recta.

Psal. 16.

Sap. 4. Oẽs sãcti gr̃am habuerũt dei.

Psal. 55.

Tob. 1. Tobias gr̃am a deo obtinuit.

Prou. 8. Iacob. 1. 1. Cor. 1. Secũm trãslationẽ. 70.

Rom. 3.

Ephe. 2.

damnant opa p̃
cedẽtia ad fidẽ,
&nõ sequẽtia vt
habes ab Aug. ī
p̃fatiõe ps. 31. in
To. 8. & in 1.
To. ho. Gal 1.
opus.
Et. in epist. 95.
&. 105. &. 106.
ī. 2. To. ho. op.

nante & perficiente vt abundent in libero arbitrio, non damnamus, quia ex his vel huiusmodi homines dei iustificati sunt, iustificantur, iustificabuntur in Christo. Damnamus vero authoritate diuina opera liberi arbitrij, quę gratiæ præponuntur, & ex his tanquam meritis, in Christo iustificari extolluntur. Quis enim prior dedit ei, & retribuetur illi? Paulus hoc dicit non a se, sed in se Christo loquente. Pelagius non credit, Dic hæretice, cui est dictum anathema? Imo dicat Paulus ore suo, proferente Christo sententiam, Sed licet nos, aut angelos, ait, de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit: sicut prædiximus & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Ille in spiritu dei dicit extollentibus se de se: Quis prior dedit illi & retribuetur? Tu in sapientia carnis, quæ inimica est deo, respondes, Ego prior dedi deo, & retribuet mihi. Quid deinde restat vt audias, nisi anathema? Sed clamas iterum & dicis, Si nullum est meritum operantis, quomodo scriptum est: Et tu reddes vnicuique secundum opera sua? Ausculta & intellige, si tamen aures habes audiendi, & cor non sit induratum intelligendi. Propter liberum arbitrium quo bona & mala operantur homines, dictum est: Vnicuique reddes secundum opera sua: habet enim homo malum meritum, cum vitio suo iam baptizatus declinet a bono, & facit malum, id est, cum derelinquit deum, & diligit seculum sicut fecisse Demam & Hermogenem testatur Apostolus. Vel cum etiam quis in toto spem habens in vanis

2. Tim, 4.

simulacris, deum verum agnoscere non vult, quem cognoscendi in hoc seculo habet potestatem, si velit summus deus, tam per indebitam gratiam qua iustificat impium, saluare, quam etiam cum se auertit, iudicio iusto traditum in reprobum sensum, futuro gehennæ supplicio reseruare, vt reddat ei secundum opera sua. Habet nihilominus & bonum meritum, cum in omnibus gratia dei bona in se operanti non resistit, sed cooperator existit, & omnem spem suam habet in illum, cum autem & cor deo loquenti intus, hoc est in interiore homine

Sap. 14.
Rom. 1.

præbet, & non foris in malis seculo perstrepenti, quod meritum non habet propter præsentem vitam, tanquam in præsenti seculo recepturus, sed propter futuram vitam, quæ erit in secula seculorum: quia si in hac vita tantum in Christo speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus: Spes enim quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Quapropter de meritis Christianus extolli in hoc seculo non debet, quia nemo in hac vita positus, gloriabitur se habere

1. Cor. 15.
Rom. 8.

Nemo dicit se hr̃e purum cor,

purum cor, nec quisquam dicit se esse sine peccato: In presenti nanque labor inductus est, vt fiant merita per ī hac vita eẽ. p. auxilium gratiæ, non præmissorum redditio meritorum: ut ab eccl. determideo & Apostolus. Nõ quod iam, inquit, acceperim, aut minatũ ī cõci. iam perfectus sim, sequor autem si comprehendam, in Mile. cã. 6. &. 7 quo & comprehẽsus sum a Christo Iesu: &c cętera. Quic & ī cõcil. aphri. quid ergo homo in præsenti fuerit consecutus, donũ est, can. 81. &. 82. in non meritum. Cum autem incorruptibile hoc induerit 1. To. cõcil. &ī incorruptelam, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, 1. Cor. 15. de ec vbi iam nulla erit malorum cupiditas, sed perfecta iusti clesi. tia, vt sit deus omnia in omnibus, tunc meritum redde- dog. c. 25. &. 26. tur iustis secundum opera sua, quorum per totam seculi in. Tom. 3. & in vitam meritum omne fuit gratia, vt gaudentes iam, me- To. 1. horũ opu. rito, dicant animę suæ: Benedic anima mea dominum, Psal. 102. & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in miseratione & miseri cordia. Audis Pelagiane, in miseratiõe & misericordia, & cæcus extolleris pro meritis solarum virium tuarum te coronandum. Intellige miseratiõe & misericordia dei, non in factione meritorum animam coronari. Omnes igitur sancti dei quos superius memoraui, vel non memoraui, qui ante aduentum fuere incarnationis domini nostri Iesu Christi, fide non alia nisi quę nunc est salui Heb. 11. facti sunt. Quod cũ diceret Apostolus in epistola ad Hebręos, Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent: Fide plurimam hostiã Quomodo ex fi Abel quam Cain obtulit deo, per quam testimoniũ con- ĩ saluati prẽs ue secutus est esse iustus, testimonium perhibente muneri- teris instrumẽti. bus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fi- Gene. 4. de Enoch translatus est ne videret mortem, & non in- Gene. 5. ueniebatur quia transtulit illum deus: ante translationẽ enim testimonium habebat placuisse deo: sine fide autẽ, Heb. 11. ait, impossibile est placere deo: & sic de cæteris quos electionis ordo commemorat, sed non solum fidei, imo & fides nõ est sine gratia quę nũc per Christum donata est: quia nec fides gr̃a, nec gr̃a sine sine gratia, nec gratia sine fide, dicente Apostolo ad Ti- fide. motheum: Superabundauit autem gratia domini nostri 1. Tim. 1. cum fide & dilectione quæ est in Christo Iesu. Nam eandem, vt dixi, esse fidem quę salutem contulit in cognoscendo deum, & illis & nobis, apertissime demonstrat Gal. 3. Apostolus, scribens ad Galatas: Prius autem, ait, quam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quę reuelanda erat. In eam vtiq; quę semper temporibus tacitis erat in dei seruis per dei verbum, & reuelanda erat in gentibus per incarnatum idem verbum,

quia

Heb.13. Tempora mutata sunt nō fides.

quia vt ait iterum Apostolus ad Hebræos, Iesus Christus heri & hodie, & ipse in secula. Tempora itaque mutata sunt, non fides. Iustificatio ergo per fidem Iesu Christi data est, datur, dabitur credentibus: quę fides donum est sicut & gratia, non merces: quia vt superius commemorauí dixisse Apostolum: Superabundauit gratia domini nostri Iesu Christi cum fide. In quo enim nostrum fides priusquam veniret erat, quæ sicut dixit Apostolus, reuelanda erat? Nemo penitus glorietur se fidem ex proprio sensu genuisse in se, per quam possit credere deo: sed agnoscat tam ante legem quam sub lege & post legem fidem, quæ est in Christo Iesu, per illuminationem gratiæ quæ a deo patre est, vnicuiq; reuelatam ad salutē, vt apertissime in Euangelio dominus noster & saluator ostēdit, vbi dicit discipulis suis: Quem dicunt homines esse filium hominis? & cętera. Vos autem, inquit, quem me esse dicitis? Respondens Petrus ait: Tu es Christus filius dei viui. Et dominus, Beatus es Simō Bar Iona, quia nō caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Ecce clarum fidei donum. An non est donum cum dicitur, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis? Item Apostolus Paulus ad Galatas: Cum autem placuit, ait, ei qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarē eum in gentibus. Cognouerat quippe in Euangelio quid Petro responderit dominus se confitenti: ideo & dixit: Cum autem placuit ei qui me segregauit de vtero matris meę, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filiuum suum in me, tanquam diceret: Non caro & sanguis mihi filium dei reuelauit, sed pater qui in cœlis est: ideo nō dixit, cum voluissem ego: sed, cum placuit ei qui me segregauit de vtero matris meę, & vocauit, non per meritum meum, sed per gratiam suā: vnde & idem dicit in alia Epistola sua, Misericordiam consecutus sum, vt essem fidelis. Item ad Ephesios vbi dicit: Huius rei gratia ego Pauls vinctus Christi Iesu pro vobis gentibus: & inter cætera sequentia, Per Euangelium ait, cuius factus sum minister secundum donum gratiæ dei, quę data est mihi. Audi & crede Pelagiane secundum donum gratię vnumquemq; fidelē esse, non secundum meritum propriæ voluntetis. Sed ais mihi, quia oculis hęretico dolore turbatis intendere lumen veritatis non pores, & nullum est prorsus meritum propriæ voluntetis? Si discernas inter voluntatē & gratiam est. Audi ergo breuiter, proprię voluntatis tunc est meritum bonum, quando gratię donum præcedit vniuscuiusque voluntatem, & operatur vt meritum faciat homo per propriam voluntatem, Vt euidētius ergo cognoscas

Matth.16. Fides donū dei, idē & fusius in Epi.95.in.2.T. et in.2.To.opu. & ī de gra, & li. ar.ad val.c.6,& 7.& itē pd.san. c.3.i To.7.& in 3.To.ho.opusc.

Paulus ñ qñ voluit, ſ; qñ do placuit credidit. idē ī de gra et li. ar.6.7 &.8. & ī epist. Ephe.3 105.&.106.in.2 To.horū opuſ.

cas donum esse gratiam & fidem, quę perditum hominē reuocant ad salutem, audi Apostolum Ephesijs prędicantem: Gratia saluí facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Omnes igitur qui fuere, vel sumus, & futuri sunt per vnitatem fidei & gratiam quæ est in Christo Iesu, in deum credimus & credituri sunt. Sine Christo enim nemo hominum poterit in deum credere vel adipisci salutem, sicut dicit in Actibus apostolorum Petrus Apostolus de Christo, increpans infidelium insaniam Iudæorum: Hic est lapis qui reprobatus est a vobis ędificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus: Nec enim nomen aliud est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quamobrem & Apostolus Paulus scribens Corinthiis, id est offendens eandem fidem, hisdem sacramentis quibus & nos & patres nostros omnes fuisse redemptos dicit: Nolo enim vos ignorare fratres, ait, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse, hoc est per Moysen baptizati sunt in nube et in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerūt & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Biberunt autem de spiritali, consequente eos petra: petra aūt erat Christus. Item ad Corinthios secunda: Habentes autem eūdem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur. Omnem vero amputauit imperitorum suspitionem ancipitem, & nostram defensionem nullo hæretico rum ariete quassandam muro vallauit, cum scribit Ephesijs: Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocatiōis vestrę. Vnus dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis. Item illic post pusillum. Donec occurramus ait, omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii dei in virum perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi. Nota dictum hæretice, omnes, & in vnitatē fidei, sed fidei quæ est in Christo Iesu, quę cū gratia, vt superius probauimus, gratis, nō meritis a deo patre ad salutem omnibus credentibus est tributa. Hæc magisterio gratię quę est in Christo Iesu domino nostro de gratia & libero arbitrio dicta sufficiant. Imo gratias deo qui quantum voluit donando, quod voluit fari permisit, & vbi voluit tacendum, linguę terminum posuit.

Ephe.2.

Sine xp̄o dō ere deř nō valemus nec illum possumus agno Ac.4 scere, nisi illū nobis Xp̄s reuelauerit. quia ipse ē q patrē & seipsū manifestat alíſ illū ñ agnoſceremus Matt. 1.Cor.10. 11.et in.li. qōnū euāg. q.2. in To.4.

2.Cor.4. Psal.115.

Eadē fides & patrū nr̄a & eadē Eph.4 sacramē spiritaliter alia, & alia Au.sup.euā.Io: trac.41.i To.9.

AD ARTICV-

LVM QVARTVM LI-

BER QVARTVS.

Libido ex pcõ primorũ hoium accidẽs malũ atq; pudẽdum cuius author diabolus. ob id adã post peccatũ sibi & vxori fecit succintoria de filijs fici, et sic pcm originale ī q̃ oẽs nascimur significauit, & ī illis foliis pruritũ libidinis q̃ peccãdo puenit, ī de ỹb. dñi ser. 16. in T. 10. et sicut añ peccatũ gaudebã psentiam dei, sic post q̃ pcõ fauciatus ẽ oculus eius īferior, cœpit formidaꝛ lucẽ diuinã, ob id indẽsa lignorũ, et in tenebras peccatorũ, veritatẽ fugiens vmbras appetebat. & q̃ añ q̃ peccassent nõ poterãt de sui creatoris opibus erubescer, post pcm dseipsis erubescebãt. iuxt psal. 21. in To. 8. & ī ỹb. dñi ser. 18, 31. & 40 in To. 10. q̃ oia infra in isto lib. abundant manifestãtur.

TEM Aiunt libidinem naturale in homine esse bonũ, nec in ea esse quod pudeat. Et respondemus: Libido nõ est naturale bonum in hominibus, sed per peccatum primorũ hominum accidens malum, atq; pudendum, cuius non deus author est, sed diabolus. Quod vos errantes. & alios in errorem mittentes ideo naturale bonum esse dicitis, quia deum pestis huius authorem creditis, non diabolum. Omne enim quod natura bonũ est, deus summe bonus ex nihilo fecit, non diabolus: nos autem libidinem nõ naturale bonum, sed naturale esse malum dicimus credimusq;. Naturale autem malum sic dicimus, non quia sit natura deo opifice congenitum, sed quod a peccãte natura tranſierit in peccatricem naturam, id est quod sit naturę peccantis vitium, non ipsa natura: Omne enim malum non est natura, sed actus accidens defectu boni, Quamobrem natura non est, deus non fecit, quia natura est omne quod fecit. Hoc ergo malo in Adam, qui male bonum illicitum concupiuit, vt dixi, humana natura est vitiata, quod omnis trahit ex semine natus. Sed forsitan quęris a me dicens: Quemadmodum potuit malum serpentis, hoc est diaboli, in bonum hominis transire naturę? Auscultа, Serpentis non nunquam venenato statu homine & mori nouimus statim, & vt mori possit grauiter per urgeri: quapropter interrogo, respõde, quomodo potest alienæ naturæ virtus statile humane sic præualere naturę, vt omnes artus eius flatu mortifero farciat, & vitale flatũ ex ea cogat exire? Sed noui, quia nihil dicturus eris. Per peccatum enim protoplastи non credis mistam esse factam humanam naturam & mortalem, vnde potest qualibet accidente infirmitate facile deprimi vel occidi. Audi ergo. Sicut nunc in peccatore serpentis flatu pestifero venenũ infligitur, & per illud mori compellitur, et a Marso, id est, incantatore inspectus afflatitius dicitur, quia serpens illũ, inquit, afflauit, & statim pro salute eius parat antidotum quo possit venenum superare: ita tunc in peccante Adam, cum serpenti, hoc est diabolo magis suadenti quam deo prẽmonenti ne faceret, sese incautus prębuisset, auertente se ab illo irato deo, fraudifero flatu venenosa & mortifera libido inflicta est, tanto cum deinceps opprimens dominatu, vt etiam peccare nolentẽ, sicut venenum trahit ad mortem, peccare, id est malum velle, incitaret inuitum, Hinc peccator, hinc vitiatus vitiosusque factus & dictus est, hinc priuationem meruit vitæ. Contra hoc venenatum malum ne prævaleat, misericordia inspiciente dei remedium, id est antidotum, Per Iesum Christum donata est, gratia, ne omnis homo penitus interieret. Quod si non credere vis, quæso vt dicas, quomodo potest molli sibilo serpens venenum vt perimat, homini propinare, quod contingere hominum nullus ignorat? Sed quantumlibet tergiuersęris, interceden te peccator sub diaboli serpentis malo natura humana potuit captiuari, sicut serpentis terreni potest flatili veneno exanimari: quia sic illud potuisse trãsire creditimus sicut istud posse fieri cognoscimus & videmus, quod penitus nec illic potuisset, nec hic, si natura nostra inculpabilis permansisset. Quærendum est igitur, cur hoc malum de quo agitur, libido dicatur. Sine dubio a libendo, id est a libitu per deriuationem libido est nuncupata. Sed ais mihi: Ergo omne quodlibet libido est? Respondeo, Non omne quodlibet, libido est, sed omne quod male libet, libido est, In bono enim libitu libido dici nõ potest, sed voluntas de ratione scilicet mentis naturalis exoriens. In malo vero libitu non voluntas est, sed voluptas, quam fecit transgrediens protoplastи voluntas: cũ scilicet illicitum male libuit suadente serpente, cuius sibilo venenoso, vt supra iam dixi, hunc morbum quem non habuit ante culpam eius delinquens natura concepit, & per coitum semen transiuit in posteros. Factos. n. primos homines absque libidinis malo scriptura sancta testatur cum dicit: Et erant ambonudi, Adam & mulier eius, & non confundebantur: Quid est, non confundebantur? Id est nullis ad peccatum, sicut contigit post peccatum, libidinis stimulis vrgebantur. In voluntate enim eorum creatus erat licitus genitalium vsus ad gignendos videlicet filios, non in voluptate luxuriq; post peccatum vero hanc eisdem accidisse ipsa, item scriptura demonstrat, dicens: Et aperti sunt oculi eorum, & scierunt quia nudi erant, & consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi tegumenta. Sed nunquid clausis oculis erãt creati, quia dictum est, & aperti sunt oculi eorũ? Quod si clausi fuerunt oculi eorum, quomodo verum erit qđ scriptum est: Et vidit mulier, quia bonum est lignum ad escam

Libido a libẽdo seu a libitu dicta

Libido est oẽ q̃ male libemus.

Gene. 2.

Gene. 3.

escam, & quia optimum est videri oculis, & speciosum ad intuendum? Aperti ergo erant oculi eorum ad intuendum opera domini, quę valde bona creauit: clausi vero erant ignorantia mali, quod creator bonorum omnium non creauit. Et aperti sunt conscientia delicti pulsante, vel cum in se viderent, id est sentirent iam nudati animę carnisque pace, motum quendam turpissimum atq; præcipitem nouiter accidisse, vnde confusi ad fici folia cucurrerunt, & his libidinis pudore solicitata membra texerunt. Quod si naturale bonum est secundum vos ista libido, & nihil est in ea quod pudeat, quęro qua ex causa post trangressionem naturalia membra texerũt, & nõ sicut ante peccatum fuerant permanserunt, quando vtique nudi erant & non cõfundebantur? Nihil enim deus vnde confunderetur homo cum eum plasmaret ad suam imaginem, in eius forma creauit. Quod si non secundum fidem nostram de accidentis malo libidinis post peccatũ confusi sunt, secundum dogma vestrum deus in eis fecit vnde confunderẽtur: nec enim aliud dicitis, cum turpitudinem libidinis deum esse authorem prædicatis. Sed respondes forsitan: Absit vt deus fecerit quempiam in protoplastis pudorem. Iterum ergo, iterumq; percontor: Si nihil vnde pudeat deus fecit, & plena fide dicitur, quia proprium non fecit, & malum libidinis ex diabolo non est, quod recta fide non dicitur, quia ex ipso: dicite, cur texerunt genitalia membra post culpam, quę a die institutionis suæ inuicem videbant & non tegebant? Si dixeris, propter peccatum, ergo confitere & accusa malam libidinem, cuius impudentiam pudentes folijs fici texerunt: Quod si dicere ne quis, aperte deum pudoris huius authorem esse criminaris: quia cum ex malo libidinis a vobis negatur confusio contigisse, deus apertissime hominum opifex accusatur. Sed vtinam sic vos istam libidinem laudare erubesceretis, sicuri tunc illi cum se peccasse eius conuincente motu deprehenderent, erubuerunt. Quid vero indicant folia fici, quibus vt dixi, non deo authore pudenda membra, sed per peccatum facta texerunt, nisi quendam pruritum libidinis tunc pem? Imo cur illas corporis partes texerunt, & non potius manus quibus prohibita attractauerunt, aut ora quibus male desiderata ederunt? Sed illa membra texerunt, in quibus peccati cupiditas exardescens concupiscentiam incontinentis gutturis accusabat. Ista est vestra laudabilis atque dilecta cupido, per quam, vtait Apostolus, caro concupiscit aduersus spiritum: contra quam spiritus spem habens in deo, nisi fortiter concupiscat, nec caro nec spiritus vitam possidebunt æternã. Sic stulti estis, vt istam discordiam carnis & spiritus, dia-

Gal.5.
2.Cor.15.

bolum excusantes, deum accusantes fecisse credatis, Sed absit absit hoc malum a catholicis sensibus, vt deũ authorem libidinis esse audeant cogitare vel dicere. Cõtra hoc venenum de gratię antidoto confidentes, omnes sancti castigantes corpus suum, & in seruitutem redigentes, ne forte a fide Christi reprobi efficerẽtur, fortiter pugnauerunt & pugnant. De hac enim congressione loquebatur Apostolus Paulus, cum dixit: Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans: & tanquam econtrario responderetur ei, quis est, vel vbi est aduersarius tuus, contra quem pugnas: respondens ait: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo: id est, in corpore meo est: non in aere contra quem pugno: libido est scilicet inimica vitæ meę, quę me currentem & placere deo perducatum gratię eius volentem, diuersorum libitu malorum per momenta aculeis impugnat & prouocat, quo agonis mei cursum impediens, authorem suum diabolum faciat esse victorem. Ideo castigo corpus meum, vbi porto hostem meũ in me, pugnanti contra me virtute gratię confortatus repugno pro me. Sed tunc hostis potentiam destruo, cum castigans corpus meum infirmor in me. Cum enim infirmor, tunc fortior sum & potens. Gratias autem deo, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Quod si non propterea castigabat corpus suum, quo malarum concupiscentiarum appetitus vel stimulos superaret libidinum, cur hoc se facere dicebat, illo melius sapientes & docentes exponite. Non enim naturale esse bonum libidinem prędicaretis, si castitatis virtutem intuentes, vt Paulus corpora vestra castigaretis: imo impudenti fronte lasciuientes, eius motum sic procaci lingua laudatis in publico, vt cunctis pateat quid a vobis geratur in secreto. Si tamẽ quę laudare pudice non pudeat, eligant vel secretum: rogo erubescite, vnde protoplasti, vt iam dictum est, post peccatum erubuerunt, quorum & ipsi peccatores sumus filii, & credi temalum ex diabolo, non bonum ex deo esse libidinẽ, Quam Apostolus legem, hoc est, malam consuetudinem nominat, & esse dicit in membris contrariam legi mentis, ne obediatur legi dei. Audite ergo quanta sit iniquitas huius mali, quid ue hinc homo patiatur infirmus: Apostolo dicente & disputante inter cætera, Nam concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret: Non cõcupisces. Non dixit, Concupiscentiam nõ habebam: sed nesciebam: quid? vtrum malũ esset. Habebam igitur, sed tanquam naturale bonum esse credebam: cum autem lex diceret: Non concupisces: cognoui non naturale bonum, sed per peccatũ accidens esse malum concupiscentiam.

Deus nõ est author libidinis.

1.Cor.9.

Repugnãtia carnis in Paulo.

2.Cor.12.
1.Cor.15.

Libido malũ ex diabolo, & nõ ex deo idem Ro.7 sup.ĩ principio huius lib.

Roma.7.

Exod.20.

tiam. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Cum ergo sperarem, quod viribus propriis iubente lege possem concupiscentiam vincere, maioribus magis eius vrgebar stimulis, & infirmāte me, eius cupiditas augebatur. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Quod peccatum? Libido vtique, quæ & concupiscentia mala dicitur. Nō dixit: nō erat: sz, mortuū erat. i. cū pceptū legis, qđ est ei cōtrariū, adhuc nō esset, i peccatore latebat, ga legis imperio demonstratum est. Ego autem sine lege viuebam aliquando: priusquam scirem legis mādatum, in operibus totius cupiditatis me viuere arbitrabar. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum. Vixit enim intentione mortifera prima lege, id est, quando in paradiso captiuauit Adam: & reuixit eadem fallacia secunda lege, & occidit me tanquā captiuum filium transgressoris: quia per legem cognitio peccati, non victoria de peccato. Et inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortē. Optime dixit, inuentum est mihi, id est, non mandatum deus ad mortem dedit, sed visum est mihi tanquam mortiferum, eo quod illud virtute propria implere non possem: cum ego non mandati vitio, sed stimulo concupiscentiæ mortis percussus moriar. Stimulus enim mortis peccatum. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit. Videns peccatum, quod est, vt sæpe dictum est, cupiditas vnde libido exorta est, de legis authoritate nihil me valere contra se: sicut Adā interiectio mandato ad præuaricandum de quo vitium peccandi contraxi, seduxit & me, tanquam denuo dicens: Non morte morieris, si de ligno manducaueris interdicto, imo aperientur oculi tui, & eris sicut dii, sciens bonum & malum. Ideo & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Non igitur impuro legi dei, quod vitio meo factus infirmus, præceptum eius implere nequeo: quæ etsi iubendo non iuuat, tamen sua sanctitate & iustitia malum esse concupiscentiam, quod nesciebam, ostendit: quia peccatum, ait non cognoui, nisi per legem: & docuit ad superandos eius illicitos appetitus, cum in me deficio, debere diuinum auxilium implorare. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Nunquid, n. mandatum bonum, quod contra mortis opera datum est, in mortem mihi est commutatum? Absit. Ego videlicet qđ mortior nō mandati boni vitio morior, sed mandato bono vitio meo trangresso. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Vt ergo concupiscentiæ

1. Cor. 15.

Gene. 3. Roma. 7.

Deus iubet qđ nō possumus vt diuinū implore-mus auxiliū, idē & fusius i d gra & li. ar. ad vālē. c. 16. i To. 7. & in. 2. To. ho. op.

concupiscētiæ malum, quæ radix est omnium malorum, cognoscatur malum, per mandatum bonum prcualuit in me magis, non defecit, quia lex subintrauit vt abundaret delictum. Mortem ergo mihi operatum est delictum, cum ex delicto, id est, ex concupiscentia mala, infirmante me virtute propria ad obediendum legi, delicta creuerunt. Et factum est supra modum peccans peccatum per mandatum cum per legem, vt dixi, non defecit, sed magis immoderatis cupiditatibus creuit: quia virtus peccati lex est, prohibendo, & non auxiliando. Scimus enim quod lex spiritalis est, ego autem carnalis sum venunda tus sub peccato. Spiritu igitur dei tam docente quam iuuante, quo lex lata est, non solum voluntate carnalis legis possunt impleri præcepta, quia per legem vitia mea tantum agnosco, non aufero. Frustra de carnis infirmitate præsumo, hostem meum cui dei iudicio iusto sum traditus propter peccatum, cui me voluntas vendidit pro toplasti, solus superare non valeo. Iubet deus, imo faciat vt fiat quod iubet. Venundatus sum sub peccato iuxta tuam sententiam, qua me peccantem damnauit: me misericordia mutare dignetur. Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum: ipse me compotem tuæ, faciat legis, vt spiritus virtute præcinctus, perfecte legis tuba gratia præcedente, possim inimicum in corpore superare. Quod enim operor, non intelligo: quod mala videlicet concupisco, non ea vt veniant quæro vel opto, quia natura non tali sum institutus: sed hoc malum quod est per noxam vitiata natura, authorem prēbeo legi, caliginosis subito ac prauis desiderijs conturbor illectus. Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Legis mandato de propriæ voluntatis conatu parere volo, & non valeo. Peccato vero dum resisto, consentire delector. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi quoniam bona est. Cum ergo nolo, vt nullum concupiscentiæ malū concipiam appetitu, & magis hoc facio: magnum vere malum esse concupiscentiam in membris meis agnosco, quæ me peccare cum quadam delectatione solicitat, legi consentio, id est, credo, & per ipsam agnosco, quia cum sua bonitate mihi indicit: Non concupisces: venenum mortis in concupiscentia esse designat. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Igitur hoc malum quod discordare facit corpus & spiritum, vt sit in me, non ego opto vel facio, qui illud demonstrāte lege, ex qua malum esse cognoui, ne sit in me consentire legi contendo. Sed dum de meo velle & posse id superare non valeo, ideo peccatum quod in me infixum est per peccatum, manens in me, ea quę nolo operat aduersum me. Scio, n, quia non habitat in me, hoc est in

Lex ẽ virtus peccati, phibēdo & nō auxiliādo, ī de spi. & lit. 25 & 29. & 30. i. To. & in isto 3. Tom, opus.

Rom, 7.

Consentire pro credere, idē i de gra & lib. ar. 17 & ifra i. de spū & lit. 31. & 34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

carne mea bonum. Certus sum ergo, quod hęc concupiscentia quæ est conatui meo aduersa in corpore meo, nō est bonum. Cur. n. resistitur ei & defecisse putatur, magis magisque sua malitia in varijs appetitionibus innouat. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Volo quidem tam hoc peccatum vincere quam legis præcepto parere. Quod vtrunque bonum vt perficiam, posse mihi de me cum velle meo non sufficit, quia sufficientia nostra non ex nobis, sed a deo est. Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Ad bonum igitur peragendum voluntas mea de se præsumens, & non de deo, nihil proficit: ad malum vero etiam quod non vult, aliquoties inclinatur vt velit. Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Cum vtique nolle meum concupiscere prouocatur, vbi velit, nō voluntas resistit, id agit, sed peccati cupiditas, quæ a sola mea voluntate superari non potest; quia sine me, ait dominus, nihil potestis facere. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Quia igitur malum concupiscentiæ adiacet mihi, id est, sponte & cum non desideratur occurrit, & vt perpetretur est voluntati deprauatæ possibile, quia sine deo, vt iam dictum est, non potest eneruari: tamen videtur mihi de me præsumenti ad perficiendum bonum, legis videlicet mandatum, vt cœpi, fore possibile, si secundum interiorem hominē, hoc est, animæ rationem, contra mortales corporis mei motus tota voluntatis meæ intentione totiesque naturæ meæ viribus non distitero repugnare. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis: & ecce video in me, id est, sentio contrariam legem, concupiscentiam scilicet malam, morbo libidinis sordidatam, obuiantem & resistentem & prævalentem legi mentis meæ, intentioni videlicet animi mei naturali, & captiuum me ducentem in lege peccati, hoc est, in præuaricatione protoplasti, quæ est in membris meis: quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Ecce quanta mortifera bella, ecce quæ pericula quantaque naufragia, de malo laudabilis & dilectæ vestrę concupiscentię diabolo seminante exorta sint. Ecce cuius pestis onus leue esse prædicatis, & iugum suaue. Sed Paulus, cuius estis aperti mi inimici, non cum illo malum libidinem esse sentiēti legerat scriptum esse de isto malo iugo: Graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum vsque in diem

2.Cor.3.
Rom.7.

Ioan.15.
Rom.7.

Rom.7.

Roma.5.

Matth.11.

Eccle.40.

in diem sepulturæ in matrem omnium. Et ideo prædicabat fidelibus contra vos de isto iugo dicens: Nolite iugum ducere cum infidelibus, id est, nolite æquales effici infidelibus, laudantes cum illis quod est execrabile, & dicentes quod malum est bonum: quia væ eis qui dicunt quod dulce est, amarum; & quod amarrm est, dulce. Bella igiturista doctor ille gentium in fide & veritate secundum datam sibi sapientiam, contra vos, & in omni esse genere humano in se deprehendit, & contra ea fortiter dimicauit. cum enim in persona sua dicit. Peccatum nō cognoui, nisi per legem: &, Concupiscentiam nesciebam: & Peccatum per mandatum operatum est in me omnem cōcupiscentiam: &, Ego autem viuebam sine lege aliquando: &, Ego autem mortuus sum: &, Inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem: &, Peccatum per mandatum seduxit me, & per illud occidit: &, Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit: &, Peccatum per bonum mihi operatum est mortem: &, Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum venūdatus sub peccato: &, Quod operor non intelligo: &, Nō quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio: &, Si autē quod nolo illud facio, consentio legi, quoniam bona est: &, Nūc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatū: &, Scio enim quia nō habitat in me, hoc est in carne mea bonum: &, Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: &, Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago: &, Si autem quod nolo illud facio, nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: &, Inuenio legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: &, Cōdelector legi dei: &, Video aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Manifeste hęc se cōtra concupiscentiam bella peregisse testatur, nec tamen gloriatur de proprijs viribus se fuisse triumphum victoriæ consecutum. Et ideo cum de se, in se, contra tantum malum infirmatus nullum victoriæ adiutorium inueniss set, displicens sibi, oculos ad Christi propugnacula quibus defendi possit eleuauit, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de morte corporis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Gratia est hæretice, qua liberamur de corpore mortis, id est, de moribus concupiscentiæ, quibus corpus nostrum percutitur, vt anima perimatur, non sola virtus propriæ voluntatis. Pergite adhuc per cāpos loquacitatis vestrę, qua tāq turpitudinis squalorē laudare non erubescitis, & clamate secundum consuetudinem vestram, dicentes: Libido calor bonus est genitalis, nec est in ea quod pudeat:

2.Cor.6.

Esa.5.

Roma.7.

Gra de corpore mortis, liberamur.
Roma.7.

quia si malum esse dicatur, nuptiæ iam damnabuntur, si ne illa enim non poterit proles existere. Ex hoc aduer tant dilectæ vestræ castissimi expugnatores, quantum li ber, quod tantum laudare delectat: aut si non libet, cur suadetis vt libeat & castitas expugnatur a vobis? Cur bonum prædicatis, quod in vobis aduersum esse senti tis? Rogo erubescite. Nemo vnquam quod sibi est inimi cum, bonum dicere delectatur & laudum præconijs ador nare: Fallimini prorsus, & fallitis, imo decepti estis & decipitis. Non est iste calor bonus, nec genitalis in bo nis genitalibus membris, quæ formauit deus, sed malus vt sæpe dictum est, authore diabolo præcedente peccato. Isto calore si vigor mentis vestræ, ad illicita non dissol ueretur, non a vobis tam licite laudaretur, quin potius sicut a catholicis damnaretur. Sed iterum respondetis, vt superius dixi, tanquam clypeum vestro dogmati oppo nentes, ne vobis valeant simplices quos decipitis resi stere, & dicitis: Nuptiæ damnabuntur, si libido damnabi tur, quia absque illa soboles non gignitur. Quid præste gioſissimis assertionibus vestris diem in noctem murare tentatis? Quid nebulis serena conuoluitis? Quid inuen tibus lucem feruentes incalare turpi, quem optimum prædicatis, vt cordis eorum oculos perturbetis fumi amaritudinem eructatis? Nuptiæ authore deo valde sunt bo næ, nec damnantur prorsus, cum voluptuosa libido dam natur. Nuptiæ filiorum procreandorum causa sunt instituta, sicut scriptum est: Crescite & multiplicamini, & re plete terram: quarum licitus vsus non in luxuria libidi nis institutus est, sed fine illa imperio honestissimæ vo luntatis, tantum, vt dixi, causa natorum. Quia Adæ, & Euæ ante peccatum, cū adhuc scilicet in eis morbus iste non esset, dixit deus: Crescite & multiplicamini, & reple te terram. Post peccatum vero, vt iam superius disputa tum est, sibilo venenosi serpentis cuius calliditis decepti sunt blandimentis, hanc inquietem & mortiferam pesti eorum corpora conceperunt: & per licitum vsum po steaquam de paradiso profecti sunt, & in posteros tran smiserunt, tanquam peccati sui testimonium hæreditario iure dimittentes nobis, vt ex hoc præuaricatorum nos esse filios cognoscentes non gloriemur de nobis id est, de natura nostra peccatrice in cōspectu iudicis iusti dei: sed eius misericordiæ, quę nō in meritis cōstat, semp eoi la flectamus, quo dignet nos in paradisum reuocare, vn de illos merito exules fecit. Et in cōiugatis igitur & in omni homine libido mala est: nō nunquā. n. ad illicita tra hit, quia volūtati peccatrici, qua factū est vt esset in mē bris, cōtraria est intantū, vt ipsorum coniugatorum ad licitū vsum ardore sui sic anhelantes præcipitet mentes, quo

Genesi 1.

Nuptiæ causa filiorū institutę.

Et i cōiugatis libido mala est.

quo eadē licentia acti potius quam agentes agant. Fit enim voluntas incontinens, dum illecta vincitur voluptate: sed venialis est in coniugatis, malo bene vtentibus. Quod ostendit Apostolus cum causa continentiæ orationis tempus indicit coniugatis, & ad ipsum iterum reuertendum propter incontinentiam tentationis satanę præcipit, dicēs: Nolite fraudare inuicem, nisi ex consen su ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiā vestram: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundū imperium. Damnabilis est vero in adulteris & fornicatoribus, malo male vtentibus. Iam ergo cognosci te vtrum Apostolus de malo veniam promiserit cōiugatis, an de bono: de malo ad tempus orationi vacandum abstinere præceperit, an de bono? Erratis prorsus, quia deus qui iussit fieri bonum, nusquam a bono prohibuit, sed a malo, dicēs per Dauid: Declina a malo & fac bonū. Incunctanter omnino dicitur, bene vti hoc malo veniali cōiugatos filiorum gignendorum videlicet causa, qui na scitur deo opifice, non de accidentis libidinis, malo, sed de bono lectę nuptiarū. Nunquid enim cum vitis vndi que desertę agricola fuerit sentibus occupata, & tēpore suo iacēs in dumis produxerit botros, de cōtrarijs sibi spinis quibus premitur, vuā produxit? Absit. Sed de na turæ suę bono, licet spinarum aculeis corruptos, bonos attulit fructus. Similiter & triticum, si natum circūquaq; zizanijs operiatur, inquantum spicam produxit, de na turæ sinę bono, non de zizaniorum malo quibus impedi tur, bonum intulit germen: sic filij de naturæ bono boni sunt fructus, non de malo libidinis corrūpentis & vitian tis, cum quo nascitur omnis homo. Vnaquęq; ergo res manens in naturę suę bono, accidētibus sibi aduersitati bus miserescit atq; torpescit, cultoris semper indigēs ma nu vel diligētia, vt naturę suę, cui nihil est contrariū ab authore suo deo congenitum, valeat respondere. Hoc agi tur & in nostra peccatrice natura, semper indiget autho re & cultore suo atq; cōseruatore deo, vt spinis & tribu lis zizaniisq; libidinis, vel omnium malarum cōcupiscē tiarum, quę, vt sępe diximus, non authore deo, sed peccā do cōtraxit, manu gratię suę quandiu in terram de qua sumpta est redeat, expiet, de terra iterum in nouum secu lum purissima reditura, per eundem dominum nostrum Iesum Christum suscitata. Iterum ergo iterumque re peto: Libido mala nihil bonis impendit nuptijs, quia non ab initio in eius sordibus sunt, sicut iam supra dixi mus, ordinatæ. Deus enim qui sine concubitu apes fœ tare creauit, & agrorum cuncta semina absque libidine seminare vel nasci decreuit, hominem quoque ex hom i

2. Cor. 7.

Virginitas bonū cōsilij matri monium bunū indulgentiæ.

Pſal. 36.

Comparatio

Comparatio

Hō ex hoſe cōcubitu volūta-

rio, si nō peccaſ ne si non peccaſſet, per concubitum vuluntarium, non
ſet, ſine libidine per libidinis ſcortum exoriri in paradiſo permiſiſſet.
natus fuiſſet. Cui qualiter id contigerit in huius diſputationis capitu
lo, quantum dominus reuelauit, iam me arbitror oſten
diſſe. Ideoque nuptiarum licentiam bonam valde fate
mur, & malam concupiſcentiam in coniugatis damnabi
lem & voluptuoſam eſſe catholico ore clamamus, teſtimo
que dogma in eius turpitudine horrendum, ſanctarum
Roma. 7. ſcripturarum authoritate damnamus. Paulus Apoſtolus
Chriſti eſt, non Pelagius diſcipulus antichriſti, qui dicit
concupiſcentiam in carne ſua non bonum habitare, imo
apertiſſime malum dicit eſſe. Peccatum eſſe teſtatur, ſti
mulum carnis ſuę nominat, a quo colaphizariſe clamat,
2. Cor. 12. ne magnitudine reuelationum extollatur: cuius malum
conſiderans in corpore mortis ſuæ, in quo bellum inte
ſtinum cum inuiſibili hoſte gerebat, remedium ſalutis ſuę
Roma. 7. nullum penitus, niſi ſolam gratiam dei in Chriſto Ieſu li
Col. 3. berantem ſe inueniſſe teſtatur, ipſe dicit ſcribens ad Co
loſſenſes: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper ter
ram, fornicationem, immunditiam, libidinem, ſconcupi
ſcentiam malam &c. Reſpondete huic tanto doctori: cur
ea mortificanda præcipit, ſi naturalia bona ſunt? Sed me
lius in vobis Pelagio & Celeſtio loquentibus, quam
Chriſtus in Paulo, e contrario prædicatis cum laudabili
plauſu, dicentes: Vinificate membra veſtra quæ ſunt ſu
per terram, fornicationem mundam, libidinem bonam,
concupiſcentiam optimam. Demens & ſecundum volun
tatem tuam in reprobum ſenſum dimiſſe hæretice: de iſta
rum ſordium malo item dicit idem Apoſtolus ſcribēs ad
Roma. 6. Romanos: Non regnet peccatum in veſtro mortali cor
pore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Ille in veritate
docendo prohibet his immunditijs obedire, tu in errore
Pelagiano ſuades: ille concupiſcentiam menti contrariſ,
peccatum vocat, tu eam laudando, vel in ea delectan
do, bonum aſſeris naturale. Stulti, iam aliquando ſapite,
& nolite de tanto malo gloriari, neque mendaces eſſe ad
uerſus veritatem, quæ per os ſanctorum ſuorum laudabi
lem dilectamque veſtram concupiſcentiam malam, & li
bidinem punit immundam. Ex his enim diuerſæ tenta
tiones oriuntur, quibus per momenta cum deo placere
Iac. 1. contendimus, præpedimur, vt ait Apoſtolus Iacobus:
Nemo cum tentatur, dicat quoniam a deo tentatur: deus
enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem ten
tat, vnuſquiſque vero tentatur a ſconcupiſcentia ſua ab
ſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cum conce
perit, parit peccatum: peccatum vero cum conſummā
tum fuerit, generat mortem. Videte dilectam veſtram
ſimul & laudatam veſtram, concipientem dolorem, par
turientem

turientem peccatum, generantem mortem. Cuius autho
rem cum deum eſſe prædicatis, ſine dubio arguitis tan
tum Apoſtolum, & deum eſſe malorum dicitis tentato
rem: quia ipſe creauit ſecundum vos, vnde tentantur ho
mines, abſtrahuntur & illiciuntur: ac per hoc ipſe vnde
pereant, fecit. Quod ſi ita non ſentiretis, deum mortem
feciſſe minime diceretis. Sed audite adhuc repercutien
tem virga ſapientiæ cœleſtis vaniloqua ora veſtra eun
dem apoſtolum Iacobum: Vnde, inquit, bella & lites in
vobis. Nonne ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant Iac. 4.
in membris veſtris? Auditis quale officium habeat ni
mium dilecta veſtra concupiſcentia, id eſt, bella & lites,
quibus diſcordare facit corpus & ſpiritum veſtrum: & in
eius caſtris hoſtilibus, atque ſub lege mortifera te hære
tice militare delectat? Si pacem fidei catholicæ ſequeris,
a turbine bellorum horum & litium, quo in cordis tui
pelago circumquaque iactaris, ne ad portum peruenias
veritatis, facile gratia gubernante poteris liberari, & co
gnoſcere malum, quod in malo poſitus putas eſſe pul
cherrimum. Audi & alium ſuper Ieſu pectus recumben
tem, & conteſtantem concupiſcentiam non eſſe ex pa
tre deo, ſed ex mundo, & eam cum mundo tranſituram,
Ioannem dico Apoſtolum: Nolite, ait, diligere mundum, 1. Io. 2.
neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum,
non eſt charitas patris in eo: quoniam omne quod eſt in
mundo, concupiſcentia carnis eſt & concupiſcentia ocu
lorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex
mundo eſt: & mundus tranſit & concupiſcentia eius.
Qui autem facit voluntatem dei, manet in æternum.
Claudite adhuc ſi placet, oculos cordis veſtri ad viden
dum, & obturate aures ad audiendū tanti Apoſtoli ve
ritatem, & clamate dicentes, ne forte dilectæ veſtræ fa
ciatis iniuriā. Ex deo eſt concupiſcentia carnis, non ex
mundo, & ideo calor bonus eſt genitalis. Sed quid vltra
in proferendis teſtimonijs, quibus defenſio veſtra pro
batur eſſe damnabilis, niſi promulgare ſermonem?
Quia ſi omnia de legis diuinæ theſauris producantur,
tempus me deficiet enarrantem. Audite ergo breuiter,
non breuia, ſed crimine ingentia caloris veſtri amantiſſi
mi opera, quibus in illicitum coire præcipitat hebetata
corda mortalium, & erubeſcite & conticeſcite tandem.
Iſto calore ſuccenſus & turpiter illectus nonnunquam
pater inclinat filiam, & operatur inceſtum: filius etiam
patris thorum maculat, cum matri vel nouercæ aliquan
do miſcetur. In ſororem frater cupidine ductus incurrit;
cognatam non erubeſcit opprimere. Virgo licentiam nō
ſuſtinet nuptiarum, ſed ſtuprum tēpore concupiſcit illici
to. Maritus minime cōtētus licitis vxoris amplexibus,

Cōcupiſcētia cō
cipit dolorē, par
turit peccatū, &
generat mortē.

thoros contaminat alienos. Similiter & vxor immemor propriȷ mariti cubilis, adulterino amore vxoris thorum occupat alienæ. Nam & masculi relicto naturali vsu fœminæ, exardescunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. Horret etiam pius ijs, quæ diximus, dicere, quod dum homo immemor suę naturæ rationalis, irrationali naturæ, & alienæ a sua natura pecudi coire compellitur. Quid de ruina aliquantorum seruorum dei & sacrarum virginum dicam, quæ hac tempestate naufragia patiuntur? Quidue de diuersis immunditijs, in quibus eorum authorem ipsum sibi puto pro vobis diabolum displicere? Ecce calor ille amantissimus vester in quas ignominiarum sordes humanas ire illicit & præcipitat mentes? Ecce quam illuuiem etiã in sanctis Christi membris fuisse dicere non tremuistis? Ecce cuius obscœnitatis & turpitudinis estis acerrimi laudatores, impudentissimi defensorrs, & si non fallor, cum adhuc non displicet, forsitan & factores. Quis enim de vobis bene sentiat, quos de tanto malo bene sentire cognoscit? Si igitur in uobis vllus est pudor, si honestas aliqua, si castitatis intentio, tantam mali necessitatem, id est, concupiscentiam carnis sordibus libidinis mixtam, bonam dicere & laudare desinite: cuius authorem non deum, sed diabolum esse credite, præcedente protoplasti peccato: & quod eam voluntas humana in turpissimis moribus refrenare non valeat, nisi singularis gratia per Christum dominum nostrum subuenerit saluatoris.

Rom.1.

Volũtas humana nõ valet refrenare cõcupiscentias nisi gr̃a xp̃i adiuta, & i d̃ho pseuerantiæ c.15.i.T.7.& i isto 3.To.op.

AD ARTICVLVM QVINTVM, LIBER QVINTVS.

ITEM inquiunt, paruulos non trahere originale peccatum, neque perituros a vita æterna, si sine sacramento baptismatis ex hac vita migrauerint. Respondemus: Multum quidem iam de originali peccato, quo & paruuli tenentur obstricti, superius disputauimus: a lucе veritatis ostẽdimus omne humanũ genus hoc vitio claudicare. Dei etiã filiũ in similitudine carnis peccati ob hoc uenisse, vt morte sua p crucẽ vinceret

Roma.8.

vinceret mortem, & gratia sua gratuita, nostra vulnera curaret. Veruntamen falsa esse de paruulis hæretice quę prædicas, nõ solum nostro, sed & eorum, saluatore Christo iuuante scripturarum authoritate conuincam. Quid igitur apertius, quod paruuli Adę peccato nascantur obnoxii dici potuit, quam quod dictum est per Dauid: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea? Ille enim cum adulterium defleret, & homicidium quod Bersabeæ causa commisit, hanc veritatem in suę confessionis gemitu eructauit: tanquã diceret: Nõ quod ex hoc solo facinore perpetrato peccator sim, qui antequam id facerem sine peccato non eram, imo iam peccator ab vtero matris meæ eram: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea, Vitium ergo peccati seminatus & conceptus de parentibus sum, per quod adulterium & homicidium propria peccata peregi. Cum enim subiungens inquit: Ecce veritatem dilexisti: peccata propria voluntate commissa fatetur, quia veritatem dicit deo pœnitẽs, quando nihil illi de commissis suis sceleribus celat: non quod si volũtatem celauerit, deus ignoret, sed veritatem sibi ab eo dici vult, vt veniam consequatur. Si vero aliqua mente excideritit, confiteatur veritatem deo, & cum generaliter dixerit: Deus qui nosti occulta cordis tu scis opera mea, & delicta mea a te non sunt abscondita, quibus venian largiaris: & hęc vtiq; est veritas confitentis quam diligit deus. Eua ergo peccatũ a diabolo mutuauit, Adã consensu cautionem fecit, vsura posteritati creuit. Hinc est, quod infans in vtero matris hæreditario iure constrictus ante promitat debitum quam cautionẽ patris agnoscat, vel debitorem etiam genitorem. Huius chirographi vsurę sunt, illę maligniſſimæ passiones, quibus tam maiorum ætate quam paruulorum animæ deprimuntur, a quibus liberari neminem posse nisi per Christum Dauid ipse, qui in iniquitatibus conceptum & in delictis natum se esse dicit, ostendit, cum in septuagesimoprimo psalmo de persona Christi loquitur, dicens: Liberauit pauperẽ a potente, & inopem cui non erat adiutor: id est, humanum genus a diaboli dominatu. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperem saluas faciet. Ex vsuris, & iniq; xp̃s soluit qd̃ nõ debebat, vt nos a debito liberaret, in de trin. lí. 14. c. 13. i T. 3. charitas.

Pſal.50.

Dauid pcm̃ ori ginale & actuale fatetur.

Pſal.68. Vera peccatoꝝ confeſſio quam diligit deus.

Col.2.

Pſal.71.

Pſal.71.

Iugũ Christi est suaue.

Pſal.58.

2.Cor.5.

que mortis percussi mortui sunt, quia stimulus mortis
1.Cor.15. peccatum. Dic ergo quærenti mihi: Si peccatum paruulus
nullus carnaliter natus attraxit, cur breuis dierum for-
te mortis astringitur? Quia vbi peccatum non est, vtiq;
Roma.5. mors esse non debet. non enim me fingente, sed Apostolo prædicante dictum est: Per peccatum mors, ac per hoc secundum errorem vestrum, iniquus deus, vt mori paruulum patiatur non habentem peccatum per quod pos-sit vita priuari. Sed ad illam fallaciam dogmatis vestri respiciens, cui iam superius responsum est, inquies mihi: Deus mortem fecit, quia mortalē hominem fecit peccatum autem non fecit, quia in primordio hominem prohibuit ne peccaret. Imo quid aliud dicitis cum deū mortem fecisse creditis, nisi & peccatum deus fecit, vt p peccatum mors intrare possit in mundum, quia vt quod fieri est repetendum dicente magistro gentium: Per peccatum mors: respondetis: Absit deus peccatum non fecit: ergo occasionem peccandi homini tribuit, vt opus eius, sicut dicitis, mors homini possit contingere. Sine peccato, inquis, mors esse nō poterat, quia velitis nolitis, per peccatum mors. Nec occasionem, vt dicitis, peccandi deus homini
Sap.1. dedit, quo mori posset, sed mortalem fecit. Iam responsum est scriptum esse: Deus mortem non fecit, nec lætatur
Sap.2. in perditione viuorum. Et item Deus: creauit hominem inexterminabilem. Si ergo peccatum non fecit, nec occasionem peccandi homini dedit, quod recte dicitur: bonum mortis secundum vos, quod recte non dicitur, quomodo per malum peccati ad hominem potuit peruenire? Quid enim luci cum tenebris aut quæ pars iustitiæ cum iniquitate? Videte infelices, si tamen videre potestis, quas amicitias inter deum & diabolum facitis, quod absit a domino. Deum enim mortem fecisse dicitis: diabolum peccatum, si tamen vel hoc assignatis diabolo: miscuerunt opera sua, ex consensu tanquam fœdi in auxilium venientes, vt hominem vita priuare pos-
Roma.5. sint, & ideo dictum est: Per peccatum mors. Iam hoc aduertite, imo qui sani sunt sensu aduertant, quia soletis nos dicere Manichæos, quis nostrum sit Manichæus pestis assertor: nos, qui nihil commune luci ad tenebras dicimus: an vos, qui opus lucis, vt putatis, id est mortem, opere tenebrarum diabolo, id est peccato confunditis? Nisi enim credideritis mortem & peccatum vtraque esse mala, & nullius horum authorem esse deum, sed diabolum delinquentibus inflixisse protoplastis: prorsus
Roma.5. Manichæos adiuuatis, imo estis similes Manichæis. Manichæus autem non credit, sed catholicus dicenti Paulo, quod per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit,

pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Hęc est fides nostra, fatemur incunctanter peccatum in paruulis, & per peccatum mortem pertransisse in omnes homines. Et paruuli natura homines sunt. Quapropter quanti fuerint omnes homines sunt, quibus dum contigerit paulis nō actio-mori propter peccatum, quod in eis non actione sed vte ne, ſꝫ vterina cō rina conceptione pertransiit, moriuntur. Non enim mo- ceptiōe ꝑtrāſiit. rerentur, nisi cœno peccati necarentur, Per peccatum enim, vt sępe est repetendum, mors: Non sine pec- Roma.5. cato hac morte, ne in ęternum pereant, morte domini re dimuntur. Hoc cœno peccati quo nascuntur squalidi, vt in regnum cœlorum ingrediantur immaculati, immaculato per baptismum sanguine Christi mundantur. Audi & alterum, dei sapientiam inquirentem, & per illam veritatem mortalibus prædicantem. Audi aliter quidem quam Dauid loquentem, sed non aliter prophetantem in vno vnico spiritu vera dicentem, quod Adæ pec cato & paruuli nascendo præmantur. Dauid enim inquit, vt supra iam dictum est: Ecce enim iniquitatibus Psal.50. conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: iste Eccle.49. ait in libro Ecclesiastico: Graue iugum super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturę in matrem omnium. Quod est hoc graue iu- Pcm quare ia gum, nisi peccatum? Et quare dictum est iugū, nisi quia gum dicitur. ex duobus Adam & Eua veniat, vel duorum premat & conterat colla, id est, masculi & fœminę, maiorum vi delicet atque minorum, quia in vtroq; sexu iugum sunt. Ideo ait generaliter, Graue iugum super filios Adam. Dicendo ergo, super filios, ętates non discreuit vel sexus, & comparando iugum peccato, propter Christum: qui vt ceteri ex vsu coniugatorum natus non est, omnes ceteros esse peccatores æquauit. Hoc iugo, id est originali peccato reuincti maiores atque minores, vitio ex ipso orti, tanquam aratrum trahimus quandiu sumus in morris corpore, cuius cupiditatis vomere proscinditur, hoc est corrumpitur terra nostra. Propter quod in li- Sap.11. bro Sapientię dictum puto, Corpus autem quod corrū pitur, aggrauat animam. A cuius iugi labore & onere, vel aratri corruptione vt requiescat, nemo soluitur propria voluntate & potestate, nisi ab illo iuste iudicante & indebite miserante, qui ait: Venite ad me omnes Matth.11. qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tolli te iugū meū super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim mem suaue est, & onus meum leue. Quomodo vero ad eum vocati eant, ipse ostendit, dicens: Ne- Ioan.6. mo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum: pro iugo peccati aspero & graui, quo carnaliter nati

prę mu nter

premuntur, Vocatis tollendum super se iugum suaue,& onus leue præcipit. Superius iam diximus, cur peccato iugum sit comparatum: nunc spiritale Christi iugum & onus intelligere debemus, charitatem dico, qua iubemur diligere deum & proximum: quia in his duobus præceptis tanquam in iugo, lex omnis pendet & Prophetæ. Quid enim suauius ac lenius charitate, qua nos diligens deus, per mortem filij sui ex duobus populis Iudęis scilicet & gentibus vinculo gratiæ in vnitate fidei coniugauit, & fecit vtraque vnum. Christi itaque iugum cernes, quas presserat iugum peccati, suspendit, non premit, ad cœlum leuans: quia charitas sine qua nemo promeretur deum, nunquam cadit, & cooperit multitudinem peccatorum. Ipsa est etiam onus leue, quam qui habuerit, deum portat, quia charitas deus est. Ideo & Apostolus: Glorificate, inquit, & portate deum in corpore vestro. In hac vocatione sunt & paruuli, qui assumuntur in fide credentium, non obedientia voluntatis, sed dilectione nimia charitatis. Propter quod in Psalmis dictum est: de ipsis: Eternim non credente inhabitatare dominum deum. Super quos nisi fuerit dono gratię charitatis iugum suaue & onus leue Christi, requiescere a labore & onere originalis iugi non possunt. Grauantur enim in labore & onere diuersarum passionum, quas eos in lacte positos perpeti videmus & stupemus. Vexantur enim nonnunquam a dęmonibus, diuersis doloribus & vulneribus cruciantur, multisque, vt dixi, erumnarum generibus affliguntur: & in his omnibus cum quid patiantur hoc dicere non possint, tamen pœnis se cruciari variis quodammodo loquuntur, cum aculeo puncti dolorum confusos vocum eiulatus emittunt. Qui si minime sunt lo peccati protoplastorum percussi, ex quorum peccatrice carne peccati cœpto sunt, patiantur: secundum errorem vestrum, deus qui talem fecit naturam, vt pœnalibus animæ passionibus conuexetur, crudelis est, aut certe inuidus, vt innocentiam sanctam & nullius penitus erroris obnoxiam tantis permittat vrgeri periculis, & in ipsis nonnunquam vita priuari. Quod nisi eos peccati originalis causa pati crediderit is, sine dubio deum, si valde bona omnia fecit, arguitis, Sed absit vt sit iniquus inferens iram imo iustus iudicia faciens. Pœna enim peccati est vt pœnis plectantur, non in actu sed ortu paruuli peccatores. Quia: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: &, Graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturę in matrem omnium non ego fingens, sed Prophetæ dei spiritu veritatis sancto acti dixerunt. Audi & alium athletam fortissimum per

Iugum Christi ē charitas.
Mat,16 &,22.

Ephe,2.

1.Cor.7.
Paruuli accipiū tur ī fide credētiū, nō obediētia voluntatis, sed nimia dilectione charitatis,

Psal.50.

Eccl.49.

per omnia diaboli flagella transeuntem, & patientia sua eius impatientia superantem, beatum Iob dico, quid spiritu dei quo probatus & fortis est factus, de humanę nature sensserit labe, etiam paruulos dicens a peccati sordibus immunes esse non posse, hosque adducendos in iudicium coram deo. Homo, inquit, natus ex muliere, breuis vitæ & plenus iracundia, & sicut flos cum floruerit, decidit, fugitque vt vmbra, & non permanet. Nonne etiam huius curam habuisti, & hunc fecisti venire in iudicium coram te? Quis. n. erit mūdus a sorde? Ne vnus qdē, ēt si vnius diei fuerit vita eius sup terrā. Est ne aliqd dubi tādū, tā clarissima authoritate, paruulos peccati illuuie maculatos esse nascentes? Cum enim dicit, Nonne etiā huius curam habuisti, & hunc fecisti venire in iudicium coram te, statim propter iudicia iustissima dei cur in iudicium veniat, causam præcedentem ostendit. Quis enim inquiens, mundus a sorde? Ne vnus quidem est, etiamsi vnius diei fuerit vita eius super terram. Id autem est propter peccati sordem, quam trahit a peccante natura, qua nascitur immundus in mundo. Hęc secundum Septuagintarum interpretum editionem quę ex greco in Latinum sermonem versa est, posuimus. Audite apertius ad sugillationem vestram idipsum, qualiter ex Hebræo verbo sit in Latinum translatum. Quis, ait, potest facere mundū de immundo conceptum semine? Nonne tu quisolus es? Est ne deinceps contentio? Imo esse debet a vobis vlla contradictio? Audis de paruulo dici: Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es? & adhoc dubitas baptismum Christi per gratiā habere, quod mundet in paruulo? Nisi enim esset immūdus, non diceret: Quis potest facere mundum: sed cū addidit, de immundo conceptum semine: parētum sordidatum dicit esse peccato, quorum sunt immūda semina, nō conditione naturæ, sed præuaricantis vitio protoplasti. Siue igitur Septuaginta ex Hebræo in Greco, siue alius similiter ex Hebræo in Latino sermone, vnum atq; idē & si mutatis verbis, non tamen veritate, paruulos peccati sordere eos esse dixerunt. Quam enim iniuste etiam, si cut sæpe pro diuersitate propositarum a me causarum interrogaui, apud deum dicitis, vt nulla existente causa secundum errorem vestrum, sicut supra diximus dixisse Iob, paruulus breuis vitę & plenus iracundia sit: cū qd sit ira rationis vsu omnino nesciat: vel quare vt flos decidit, fugitque vt umbra, & in vita multorum dierum si ue annorum non permanet, sicut nouimus multis contingere paruulis: vel cur eum ad iudicium venire coram se facit, cum mandatum legis eius non congruit faciendum, nec contempserit voluntatem? Hoc vtiq; secū

Iob,14.
Ex Iob qđ paruuli īmūdi cū originali pcō nascunt. idē ī pręf. psal.29 in To.3 &1,1,T, homop.

dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum vos, vt dixi, iniuste paruuli patiuntur a iusto iudice, si nulla peccati contagione tenentur obnoxii. Sed quantalibet latitudine mendaciorum vestrorum verbis muros hæresi vestræ circunquaque construatis, veritas vincit: cuius aries impulsus gratiæ manibus, totum quassat & destruit, vnde repugnatis atque confiditis. Quia iustus dominus nihil facit iniustum, & verax nō potest esse mendax Paruuli vtique, vt dicit Apostolus, natura filii iræ sunt Adæ scilicet parentis, sicut sæpe diximus

Ephe. 4.

ostensione connexi. Non enim dicerentur filii iræ nisi iram, id est, peccatum primi plasti, qui peccādo deum ad iram primus in genere nostro prouocauit traherent semi-

Iob. 14.

nati. Ideo dictum est. Quis enim erit mundus a sorde? Nec vnus quidem, etiam si vnius diei fuerit vita eius super terram, Vel sicut dictum est alio modo, tamē idem: Quis poterit facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Ob hanc igitur solam sordem peccati quam trahit, non de coniugii bono, sed de libidinis malo, paruulus breuis vitę & plenus itacundię est. Decidit etiam vt flos, fugitque vt vmbra nec permanet, atque in iudicio coram domino veniet iudicandus. Cui nisi baptismi gratia per Christum subuenerit, disperiet de populo Christiano. Sicut lex perituram dixit paruulum de populo Iudęorum, nisi die circuncisus fuisset octauo. Scriptum est enim, Infans qui octauo die circuncisus non fuerit, disperibit anima illa de populo suo. Dic igitur mihi: A quo facinore circūcisio paruulos liberat? Aut quare incircunciso de populo dei anima perībat, si nihil, vt de sanaretur vel disperiret? quin potius parentibus, nisi circunciso fuissent, debuit prætendi perditio, qui vitam obedientiæ & liberi habebant arbitrii, & non paruulo ignoranti bonum & malum. Sed esto quod parentes obhanc negligentiam, quod scriptum non est, subeant perturi supplicia, nunquid damnatis illis si incircunciso mortuus fuerit paruulus, animæ poterit interitum aliquid nocere? Deus enim locutus est, non homo, dicens: Infans qui octauo die circuncisus non fuerit, disperiet anima illa de populo suo. Narrate ergo si potestis, dei iustitiam in qua multum uos posse iactatis, imo totum posse naturæ viribus, cur disperdat innocentiam incircunciso quid ue circuncidi iubet, si nulla donantur circuncisione delicta? Respondetis plane, iustus deus in iudicando. Hęc enim soletis quasi diligentes deum dicere, sed ore vestro, corde autem mentientes ei. Si itaque iustus deus in iudicando, rogo dic causam incircuncili paruuli esse iturī. Actualia certe nulla sunt eius delicta. Quę enim esse poterunt octo dierum? Trahere enim originale peccatum & propter hoc damnari, credere non vis. Vnde iniustus deus iudicia? Dic iam aperte. Iniustus deus & impius, vt damnet paruulum, quem damnabilis nulla causa prędestinet. Nec enim aliud in cordis tui tenebris sentire cognoscēris, si tamen incircunciſum teste dei lege fideli perire paruulum credis. Aut si de vobis aliud sentiendum est, iudicent orthodoxi. Sed more illo vestro, veritatis videlicet luce deserti atq; refelliti, Deus, inquitis, prędscius operum eius malorum, quę facturus erat ætate perfecta, perturum dixit de populo suo. Itane Pelagiane insane deus qui iustus est in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis, pro huiusce modi credendus est incircunciſum paruulum iudicare, vt tanquam factorem pro non factis sceleribus puniat, tempus imputet quoddam vbi vita non vixerit, vbi velle & nolle nō fuit voluntatis? Absit hoc apud iudicem iustum, qui vnicuique vel obedienti vel contemnenti vsu liberę voluntatis reddit secundum opera sua. Paruulo autem incircunciſo solum pro delicto, quod est opus diaboli, quod ex Adam semi natus attraxit, & circunciſione fraudatus nō caruit, hoc in paruulo deus odit & punit: vita nunc fit & in populo Christiano. Circunciſio enim illa octaui diei, figuram resurrectionis domini saluatoris, & gratiam baptismi gestabat. Vos autem, & si paruuli baptizati non fuerint, vitā tiam æternam promittitis, quia scilicet Christi eis gratiam baptizatis nihil auferre, conferre creditis nihil. Si enim intelligeretis quare dixerit dominus: Non opus est sanis medicus, sed male habentibus: crederetis vtiq; nō eos sanos, sed vulneratos medico saluatori ad stationem baptismi sanandos offerri, nec habituros vitam, nisi ipsius quieſt vita, manducarint carnem & sanguinem bi-

Ro. 2.

Circunciſio figura baptismi & dñicę resurrectionis.

Matt. 9.

Ioan. 6.

berint. Ipse enim dixit: Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam æternam in vobis: & qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinē, habet vitā æternā. Quomō igitur vitam regni cœlorum promittitis paruulis, non renatis ex aqua & spiritu sancto, non cibatis carne, neq; potatis sanguine Christi, qui fusus est in remissionem peccatorum? Eius enim edictum est: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum cœlorum. Intrare quippe in regnum cœlorum nō aliud est, quam in vita beata viuere, quæ permanet in secula seculorum. Ecce non baptizatus, vitali etiam cibo poculoque priuatus, diuiditur a regno cœlorum vbi fons viuentium permanet Christus. Da mihi præter hūc alterum locum, vbi vitę possit requies esse perēnis. Prius ergo fides catholicorū diuina authoritate regnū credit esse cœlorum, vnde, vt dixi non baptizatus ex-

Eccle. 17.

Ex pœna illorū q̄ ñ circūcidebā tur ostendit paruulos cū origināli peccato nasci.

Gene. 17.

Ioan. 3.

Budharistia paruulis sub vtraque specie.

cipitur. Secundum, gehennam, vbi omnis apostata vel a Christi

Purgatoriũ. Idẽ Christi fide alienus, æterna supplicia experietur. Tertiũ in li. 1. de pœnis penitus ignoramus, imo nec esse in scripturis sanctis invenimus. Finge Pelagiane locum ex officina dogmatis tui confictum, vbi meritis & remissionibus. Finge Pelagiane locum ex officina dogmatis tui confictum, vbi sine fide, c. 28. i To. tui, vbi alieni a Christi gratia vitam requiei & gloriæ 7. & in. 2. Tom: possidere paruuli possint. Dextera iusti iudicis sedentis horũ. op. & sug & sinistra, regnum est & gehenna, vita est & mors, iusti euã. lo. trac. 67. i & iniqui. In dextera igitur iusti sunt constituti: in sinistra To. 9. scutareq; stra operarii iniquitatis. In regno requies baptizatorum: c. 15. & 16. & fi- in gehenna pœna incredulorum. Vita ad lætitiam gloriæ de & opib. i T. mors ad fletum & stridorem dentium. Iusti in regno pa- 4. & in. 1. Tom. tris cum Christo iniqui in igne æterno parato diabolo horũ opuscul. & angelis eius. Sed hoc dicens, diuisiones locorum mi-

torum dedi, nisi duorum tantum, quoniam ad duo regna videlicet & gehennam hæc omnia referuntur, etiã si plura dicantur: dextera enim vita iusti: vel, sicut dixi, addamus iustitia, sanctitas, beatitudo, et cætera bona ad regni cœlorum requiem referuntur. Sinistra vero, id est, iniquitas, impietas et quantalibet mala ad gehennę tormenta, vbi mors quę secunda dicitur non finitiua, sed cruciatu durabilis erit. Qui baptizatus ergo non est, in iis quę regni cœlorum sunt, non potest reperiri. Et si non ibi, quia vere non Ioan. 14. ibi, putasne, Pelagiane iam sentis vbi, aut certe dic vbi? Respondemore illo solito: dominus inquit: In domo patris mei mansiones multę sunt. In his mansionibus, mansiones habent vitę & refrigerii non baptizati paruuli. Hiccine est putas ille tertius locus, quem fingendum an- Pſal. 2. cutiat hoc opus virga sua ferrea Christus, qua gentes hæreditatem suam & possessionem suam terminos terrę regit: qua probat vasa misericordię suæ, & reprobat contumeliç, vt si manserit inquassatum permittat illic fuscep- tos vestros, quibus sine illo vitam promittitis, paruulos habitaturos. Dic age, adesto assertioi tuæ, refelle me- am. Mansiones istas multas quas in medium protulisti de thesauris. Euangelorum, certum est veritate dicentur esse apud deum patrem. Sed quæro abs te, vtrum sint in regno cœlorum, an foris? Pater enim deus in regno cœlorum est, & illic sunt hæ vtique mãsiones. Si vero in regno cœlorum non sunt, ergo pater alienus est a regno Ioan, 14. cœlorum, quia vt dixit, vbi pater est ibi & multæ sunt mansiones. Quid dicis hæreticę? Vnum elige ex duobus cuius partis defensor existere possis, In regno est pater & mansiones, an extra? Si dixeris, in regno: perdidisti locum, quem multa fabricaueras arte paruulis. Nõ enim intrat in mansiõs istas non baptizatus, quia qui dixit: Ioan. 3. In domo patris mei mansiones multę, ipse dixit: Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in re-

gnum cœlorum. Ecce virga fortis Christi, quoniam comminuit opus tuum. Si autem dixeris, foris, attende quid respondeas Manichæo. Aliquo enim bello secundum te superatus, ab aliquo pater exceptus est de regno cœlorum: nec ad eum opus filij sui pertinet baptismus paruulorum, nec ad ipsum etiam mansiones patris, ac per hoc diuisum est regnum eorum. Christus enim recipit baptizatos in regnum cœlorum: pater non baptizatos in mansiones loci sui. Ecce quales sensus imprægnata a diabolo peperit hæresis vestra: ecce officina illa Pelagiana, siue Celestiana, de qua nimium docti & acutili ad interitum processistis, qualem locum miseris, paruulis fabricauit, vt & pater videatur regno excluſus, & Christi e mansionibus patris? Quid deinceps a vobis decipi facient paruuli, quos catholica ratio sine medico Christo in mansiones patris vobis docentibus non sinit introire? Quibus dum absque Christo promittitis vitã, auferris vitam: dum sanos pollicemini ad mortem perducitis: dum spondetis requiem, præcipitatis in gehennam. Mansiones igitur istæ apud patrem non sunt diuisę cellis ad habitandum iustis, sed coniunctæ charitatis honorum præmia meritorum, quæ sunt in regno cœlorum, quod est indiuisum in possessionem vnicæ concordiæ deitatis, patris & filij & spiritus sancti; & non est vt quoddam grande palatium vnde concludi aut excludi possit: nec terminum habet quomodo regnum terræ, vt vltra regnandi non habeat potestatem. Ipse enim qui implet omnia & excedit omnia, pater & filius & spiritus sanctus, deus vnus est, omnia in omnibus, vnũ potens, atque omnia potens, cuius regni finis non est. Magnus enim dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis: & regnum eius regnum omnium seculorum, & dominatio eius in omni generatione & progenie. In parte vero gloriæ sanctorum & beatitudinis vitæ æternæ diuisum a gehenna, dici tantum potest. vnde impij & peccatores omnis quæ non baptizatus est separatus, & patri gehennæ est mancipatus: Ois q̃ nõ ẽ bapdeinceps poteutia non in parte est, & in parte non est, tizatus parti quia & sanctorum requiel & peccatorum damnationi ip- gehẽnæ est mansa regnat in secula seculorum. Sinite itaq; paruulos ve- cipatus. nire ad Christum vitam, vt eis perditam per Adam medi cinam sua redonet vitam. Venit enim non inaniter quęre Luc. 19. & saluare quod perierat: vos videbat præscientia sua Luc, 18. censuros hæreticos, vosq; increpabat in Apostolis suis discentium est. n. regnum cœlorum. Talium, ad comparationem videlicet ad se venientium dixit, non omnium paruorũ generaliter, etiam & qui in eo renati non sunt:

ideo inquit: Sinite paruulos venire ad me, id est, nolite
Ioan.14. eos credere me non indigere non enim possunt venire in
regnum patris mei nisi per me. Denique ait: Ego sum via
veritas & vita, & nemo venit ad patrem, nisi per me.
Quomodo eos ergo non baptizatos in domo mansionū
patris mansuros creditis, cum nemo vadat ad patrem, ni
si per Christum, qui via est: nemo ęternam habeat vitam,
Ioan.15. nec maneat in veritate, nisi per ipsum qui vita est & ve-
ritas? Sine me, inquit, nihil potestis facere. Nam sicut ne-
mo venit ad patrem, nisi per Christum: sic nemo saluan-
Ioan.6. dus venit ad Christum, nisi attrahente patre. Ipse enim
dixit: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxe-
rit eum. Et venire ad patrem & filium nemo potest, nisi
operante spiritu sancto patris & filij, qui vbi vult spi-
Ioan.3. rat, & gratiam diuidit singulis prout vult: quam gratiam
1.Cor.12. non a se dissociatam, sed indiuisa manu atque potentia
in homine tota vnus deus & trinitas operatur. Quisquis
ergo opus in se non habet trinitatis, id est baptismum sal-
uatorem: æternam vitam cum viuentibus sanctis in re-
gno cœlorum non potest adipisci. Baptismus enim Chri
Col.2. sti opus est trinitatis, quia ipse est, dicente Apostolo Pau
lo, plenitudo diuinitatis: & non est, sicut & Petrus dicit
in Actibus Apostolorum, in aliquo alio salus: Nec enim
nomē aliud datum est sub cœlo hominibus, in quo oport
Act.4. teat nos saluos fieri. Ecce princeps Apostolorum Petrus
in veritate loquitur veritatem, in nullo alio uomine ho
minibus datam sub cœlo salutem, nisi in Christo. Tu in
mendacio da nomē aliud quod saluare possit paruulos,
minime in Christi nomine, qui est, vt dixi, plenitudo di
uinitatis, baptizatis. Quisquis enim in Christo tingitur,
in nomine patris & filij & spiritus sancti, quod est pleni
tudo diuinitatis in remissionem peccatorum salutis gra
tia baptizatur. Et nos, inquies, sicut aliquoties a vobis
audiuimus, in remissionē peccatorum, tam maiores ęta
Pelagiāi dicebāt te quam paruulos baptizamus. Et cum vobis ita cōtra-
paruulos nō in dictum fuerit a nobis, ergo est peccatū in paruulis: quod
remissionē pec- eis in sacro baptismate remittatur: respondetis, Nullum
catorū baptiza tantum in adoptione filiorum baptizantur. Habet enim
ri, sed ī adoptio in eis gratia quod adoptet, non habet vnda quod dilu-
nē, Idē ab Aug. i at: propter solam vero symboli formulam vt tradita con
Enchi.c.1.& in suetudo seruetur, tinguntur in remissionem peccatorum:
Epist.5.Episc.q Maiores autem propter quod vsu liberi arbitrij pecca-
ī.95.i.2.T.ho. ta contrahere potuerunt, in remissionem peccatorum ba
op. Et hoc dāna ptizantur. O cęca vestrorum sensuum corda. O magister
tū.ē ab Eccle.ī riū quod obuolutum mortali nebula vobis diabolus pra
cōcilio Mileui. pinauit. Quis hęc catholicorum sapientissimus ferat?
can.2.& ī cōci. Quis vos non horreat potius nominare, quā cernere vel
Aphric.cā.77.i Verbum dei fidele in parte veri, & in parte mēdacij esse

prædicetis: id est, in maioribus verax, quia vere in remis 1.T.cōci. & ī d
sionem peccatorum baptizantur: in paruulis autem mē Eccl.dog.c.27.
dax, quia sic in remissionem peccatorum, vt nō in remis ī To.3.& in.1.
sionem peccatorum, tingantur. Quando iam vel quid a Tom.ho.opus.
vobis dicitur verū, aut dicetur cū in illo loco vbi veri-
tas Christus in spiritu sancto baptizans omnes curat ad Oībus dat bapti
se venientes peccati vulnere sauciatos, deo mendacium smus ī remissio
dicere non timetis? Verba nanq; dei sunt symboli verba nē pcōrū actua
non fefellit deus tradens per Apostolos suos Ecclesiæ liū, & originalis
sue sancte catholicæ, credentes in remissionem peccato vti adultis, aut
rum baptizari. Vt quid enim ius sit in remissionem pec ex solo origiali
catorum, si non facit vere remissionem: Imo ideo ius sit, vt paruulis, idē
quia facit, Est enim deus verax, omnis autē homo men ab Aug.ī epi.47
dax, Omnino in remissionem peccatorum baptizantur ī.2.
& paruuli, alioquin nō habebunt in regno cœlorum vi Ps.115. &.1.2.
tam. Dimittitur enim eis regeneratione spiritali, quod tra To.ho. op.
xerint, vt sæpe dixi, ex Adam generatiōe carnali. Stul
te hęretice, respice ad Iesum qui propterea vocatus est
Iesus, id est, saluator: quia sic dicit Euangelista: Ipse saluū Matt.1.
faciet populū suum a peccatis eorum. Attende edictui Matth.9.
eius: Nō opus est sanis medicus, sed male habentibus, &
aduersus eum falsum de paruulis dicere conticesce, quis
eis potum non sanis, sed ęgrotantibus baptismum in suo
sanguine procurauit, qui propterea catechizātur & exuf
flantur ac baptizantur, vt princeps huius mundi diabo
las ex eis foras mittatur. Aut si non in illis diabolus ex
sufflatur, cuius opere, id est, vitio peccati per Adam tenē Ioan.14.
tur obnoxij, dicite cur imaginibus dei fit iniuria? Verum
opinor, quod eis baptismo vestro baptizandis minime
exuffletis, ne non imagini dei, sed diabolo faciatis iniu-
riam. Aut si exufflatis nullum, vt putatis, crimen haben
tibus, quem in eis vrgeatis dicite. Exufflatur ergo & in
creatura in eis in catholica Ecclesia opus diaboli, non
quod ipsi sunt, sed quod in ipsis est. Ipsi enim quod ho-
mines, opus dei sunt: quod vero in ipsis est peccatum,
opus diaboli est, hoc est, quod in illis odit deus, non ip-
sos opus suum. Ob hoc si indebita gratia eius per baptis
mum mundati non fuerint, penitus Christianorum vitā
non habebunt, in regnum cœlorum non ingredientur:
erunt autem illic vbi circuncisi paruuli Iudęorum. Duas
sine fides & duo baptismata vos habere, si ipsi in tene-
bris ambulātes nō cognoscitis, catholicorū nullus igno
rat. Aliq. n. fide, vt superius ostēdi, vobis dicētibus, bapti
zatis gratē maiores: alia paruulos, cū scilicet verbū eos
in remissione peccatorū baptizatos percipere corde nō
credatis. Nos vero anathematizantes vos, Paulum in
quo locutus est Christus, auscultamus prędicantem &
de eximur, qui vnum corpus & vnum spiritū esse dixit Ephe.4.

Ecclesiæ catholicæ in Christo, vnam fidē, vnum baptis-
mum, vnum deum & patrem omnium, qui super omnes
& per omnia, & in omnibus nobis.

LIBER SEXTVS

LIGET Latius de gratia & libero arbitrio superius disputarum sit, ra-
men addere etiam nonnihil quam maxime huic operi oportet, vt & vestra calumnia quam nobis obii-
cere soletis, per illuminationē grā-
tię saluatoris reuincatur, imo reis-
tetur, & nostrę fidei integritas cō-
probetur. Credere quippe nos vel
prędicare suggillatis, quia cum lege dei & Propheris, cū
Euangelio Christi eiusque Apostolis prædestinationem
dicimus, eo quod deus quosdam hominum sic prædesti-
net ad vitam regni cœlorum, vt si nolint orare, aut ieiu-
nare, aut in omni opere diuino vigiles esse, eos omnino
perire non posse, nec prorsus debere sui esse sollicitos,
quos deus quia voluit, semel iam eligendo prędestinauit
ad vitam: quosdam vero sic prędestinauit in gehennę pœ-
nam, vt etiam si credere velint, si ieiunijs, & orationibus
omnicp se voluntati diuinę subiecerint, in his deum non
delectari, & vitam illis æternam in toto dari non posse,
sic electione prędestinatos esse vt pereāt. Deū nos faliter
operantē personarū esse acceptorē dicere. Non miramur
vos de nobis, id est, homines de hominibus falsa posse
cōfingere, cū vtdeamus vos sic a diabolo esse falcinatos,
vt scripturas sanctas & veridicas, ad voluntatis vestrę
intellectum mutare nitamini, fidem Christi Apostolorum
prędicatione fundatā euertere, falsum dogma vestrū an-
reponere veritati. Hinc est vtiq, vt non possitis agnoscē-
re veritatē, imo hinc est, vt corrupti & abominabiles fa-
cti sitis in voluntatibus vestris. Inclinate igitur aliquan-
tulū patienter aurē cordis vestri, & qualiter mysterium
prędestinationis credamus, qualiterue prędicemus, audi-
re. Animositatem etiam contradicendi diuinis eloquijs
deponite. Potestis enim dono dei veritatē facile reperire
vel agnoscere, si contentiosi disciplinę silentio esse dei
tueritis. Prius ergo ipsum nomē prædestinationis quid
indicet, exponamus: deinde esse apud deum, qui sine ac-
ceptione personarū est, prędestinationem diuinarum scri-
pturarū authoritate probabimus. Prędestinatio quippe
a prœuidēdo & prœueniendo vel prœordinando futurum

Obiectio Pelagianorū de p̄destinatiōe, ī diuū Augustinum.

Responsio, d. Augustini.

Psal. 13.

Prædestinatio & p̄scientia.

aliquid dicitur: & ideo deus, cui prescientia nō accidens
est sed essentia, fuit semper & est. Quicquid antequā fit,
sic prescit, prędestinat, & propterea prędestinat, quia qua
le futurum sit præscit. Ideo & Apostolus: Nā quos præ-
sciuit, inquit, & prædestinauit. Sed non omne quod præ
scit, prędestinat: Mala.n. tantū prescit & nō prędestinat.
Bona vero & prescit & prędestinat. Quod ergo bonum
est prescietia prędestinat, i. priusquā sit in re prœordinat.
Hoc cum ipso authore esse cœperit, vocat ordinat, & di
sponit. Vnde & sequitur. Nam quos prędestinauit, hos &
vocauit: & quos vocauit, illos & iustificauit: quos autē
iustificauit, illos & glorificauit. Iam igitur apertius disse
ramus quod loquimur, quomodo ergo humanum genus
prescietia sua & prędestinatione deus generaliter, in quo
iniquitas non est, vtatur. Massæ itacp humani generis,
quę in Adam & Eua prœuaricatione damnabilis morta
litercp facta est, non conditione diuina generaliter, sed ex
debito pœna cruciatusqp gehennæ debetur: venia vero
non merito, sed dei iusti iudicis misericordiq largitate cō
fertur. Quia vero iustus & misericors dominus deus prę
sciuitcp futurorum, ex hac damnabili massa non psona-
rū acceptione, sed iudicio æquitatis suę irreprehensibili,
quos prescit misericordia gratuita prœparat, id est, prœde
stinat ad æternā vitam; ceteros autē pœna, vt prędixi, de
bita punit, quos ideo punit, quia quid essent futuri prœsci
uit: non tamen ipse fecit puniendos vel prędestinauit, sed
tantum, vt dixi, in damnabili massa prœsciuit. Quod si a
me queris scire, cur duos ita differentes fecit deus, si per-
sonarum acceptor non est, quia generaliter, aut punire
debet iustitia, aut misericordia liberare: contende cum
Paulo, imo si audes, argue Paulum, qui dixit Christo in
se loquente: O homo tu quis es qui respōdeas deo? Nun
quid dicit figmentum ei qui se finxit, vt quid me sic feci
sti? An non habet potestatem figulus luti ex eadē massa
facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in cōtu
meliam? Ego autem hoc dico quod dixi, quia quicquid
deus agit, misericorditer, iuste sanctecp facit, quia solus ip
se prœscīdo scit quod homo nescīdo nescit. Quis enim
cognouit sensum domini? Quis instruxit eum? Aut quis
consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retri-
buetur ei? Aut quis dicit ei quid fecisti? Non potest tan-
tum iustus dici deus aut solum misericors, sed iustus &
misericors. Sic legimus, sic credimus. Propterea quando
illi cum Dauid misericordiam & iudicium cantamus, cā
tamus metuentes, non interrogamus quæ sit voluntas
eius de iudicio & misericordia conquirentes. Quod si ad
huc animositati tuę, qua contentionis curru raptus per
quæstionū campos inanis efferreris, hęc minime respōsa

Rom. 8.

Mala deus tm̄ p̄
scit, & nō p̄destī
nat, bona ẏo p̄
scit, & p̄destiat.
idē ī lib. d̄ p̄dest.
sanct. c. 10. ī To.

Ro. 8. 7. & in
isto. 3. T.
op, & in. 1. sent.
dist. 40. c. 1. &. 2
Deus ex sua mi
sericordia p̄desti
nat, et iustitia re
probat, idē ī lib.
1. ad Siplicia. in
To. 4. & ī de p̄
dest. sancto. c. 3.
ī T. 7. &ī isto 3.
T. op, & a Magi
stro senten. 1. dī
stī. 41. c. 1. &. 2.

Rom. 9.

Rom. 11.

sufficiunt: audi & alia quæ de altitudine diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, expauentes incomprehensibilia iudicia eius & inuestigabiles vias eius, sola tantum fidei consideratione proferimus: quia si scrutari voluerimus secretum dei, quod iustitię ipsius solius notum est, cõprehendere non valemus, & impletur in nobis quod scriptum est: Defecerunt scrutãtes scrutinio. Quare? Quia accedit, inquit, homo ad cor altum & exaltabitur deus. Si forte cum sitis reprehensibiles, iudiciorum dei esse vos comprehensibiles iactatis, melius scilicet deo placẽtes quam Paulus Apostolus, qui esse incomprehensibilia perspirtum eius iudicia prędicauit: perpendite itaq; quo iudicio dictum est a Paulo & Barnaba prædicantibus verbum dei in Listris. In præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredivias suas, vt in idololatria simulachrorum perirent, & vnam tantum gentem, id est, Iacob elegit sibi dominus, & Israel in possessionem sibi: cui soli vtique legem ad cognoscendum se, postpositis, vt dixi, cæteris generationibus dedit: vel cur iterum amissio facta est Iudæorum, vt mundi fieret reconciliatio, id est, omnium gentium, sicut dicit Apostolus: Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis? Quasi impossibile erat deo omnipotẽti vno tempore vniuerso mundo legem dare, salutẽ gratię Christi conferre, vel, vt ita dicã, ab initio lapsus Adæ id agere, quod diuersitate temporum fieri eius arbitrio cedit.

Pſal.63.

Rom.11.

Act.14.

Rom.11.

Act.16.

Docete etiam quare missо a spiritu sancto Paulo & Barnaba portare nomen domini salutis causa in gentibus, cũ transirent prædicantes Phrygiam & Galatiæ regionem, vetiti sunt a spiritu sancto loqui verbũ dei in Asiam. Et cum venissent in Mysiam volentes ire in Bithyniã, non permisit eos, inquit, spiritus Iesu. Sciebat, inquiens, deus quia crediturі nõ essent, & ideo non eos ire permisit ad loquendum verbum dei. Stulte, deus est qui iustificat impium, non præuentus humana voluntate, sed ipse præueniens hominis voluntatem misericordia sua: Deus enim, inquit, meus, misericordia eius prꝙueniet me. Audi & alium prophetam dicentem: Conuerte me domine, & conuertar: sana me domine & sanabor. Vnde Apostolus: Iustificati, inquit, gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Audi gratis, & tace de meritis. Nonne prohibitio ista sancti spiritus aliud ostendit quam verbum domini Iesu dicentis in Euangelio: Spiritus vbi vult spirat? Hinc cogita, hinc pande alti- quid, quare spirat vbi vult, & nõ vbique? Dicite etiam, quare prædicantibus prędictis Paulo & Barnaba apud Antiochiã Pisidiæ Iudæis ac gentibus salutem, nullus vt crederet, nisi quos exinde dominus prꝙordinauit vt

Deus iuſtificat ĩ piũ, nõ ꝓuentus humana volũta te, ſ; ipſe ꝓuenit hoĩs vo; Iũtatẽ m; ſericordia, idẽ & ſuſius i ꝑſ. & ex poſi; Pſ.31. ĩ T. 8. & i. 1. To. ho. opuſ. Hic, 17 Rom. 3 Et ĩ d gr̃a & li. ar. ad val. 10 & 21. & i d ꝑdeſt. ſanct. 3. & 17. & 18. ir. 7. & infra ĩ iſto To. opuſ.

crederẽt? Sic enim de ipsis pagina sancta testatur: Et crediderunt, inquit, quotquot erant prædestinati ad vitam æternam. hoc est, prędestinati. Ecce in omnibus quæ ex authoritate diuina protulimus, habes misericordiam & iudicium: & certum est, quia personarum acceptor non est deus, nec cuiusquam personam reueretur. Descende ergo si vales in profundum misericordiæ dei: Ascende si sufficis in altitudinem iustitiæ iudicij eius: Descende in longitudinem & latitudinem inuestigabilium viarũ eius & si liquido penetraueris, hęc nobis tam metuenda & incomprehensibilia secreta, de quibus Paulus expauit, ipse intrepidus pande. Si autem, vt superius dixi, iactatus curru inanium quęstionum cadis in fluctus vanæ contentionis, & velut nauis deserta gubernaculo per diuersa & incognita littora volueris, nec prorsus ibi prospere nauigare potes, reuertere & sede in portu fidei catholicæ, vbi te nulla possit fluctuosæ curiositatis tempestas turbare vel mergere. Quantumlibet enim scire coneris, iudicia dei comprehendere non vales, nec valebis: quia sicut nemo scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus qui in ipso est: ita quę dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Si qua ergo attingere valuerimus, non nostra solertia, sed dono spiritus sancti reuelata esse debemus agnoscere. Si autem scire non datur quod supra nos est, nec a nostra pusillanimitate quæratur. Præceptum est enim a scriptura sancta: Altiora tene queſieris, & fortiora te ne scrutatus fueris in vanitate. Et: Altum sapere noli, sed time. Timendum est prorsus & venerandum profundum dei, quod nos rite fatemur inuestigare non posse. Omnia, inquit, in mensura & numero & pondere constituisti domine: Quis igitur hanc mensuram, hunc numerum, & hoc pondus dei sufficit comprehendere, vt constitutiones eius vniuersas in his tribus definitionibus valeat enarrare? In mensura puto quod constet qualitas, in numero quantitas, in pondere ratio peræquata. Sed hæc tria, id est, qualitas & quantitas & ratio peræquata, in iudicio & misericordia dei constant: quia in his duobus terminis sanctis concluſa sunt, in quibus per hæc mundum conditor, gubernat, & iudicaturus est. In his deus iuste iustus comprehendi non potest, nec potest reprehendi. Omnia ergo quæ superius diximus, vel dicemus, in clauſtro horum trium nobis abscondita nunc latent: quæ solis clauibus iudicij & misericordiæ dei tunc referabuntur vt sciantur, quando in aduentu domini illuminabuntur abscondita tenebrarum, & reuelabuntur consilia cordium, vt sit laus vnicuique a deo vel pœna. Oportet igitur vt ad ea quę superius disputare cœpimus, reuertamur. Diximus nanque de damnabili humani

Act.13.

Act.10.

Rom.2.

Eph.6.

Col.3.

2.Pet.1.

1.Cor.2.

Quæ ſcimus de miſteriſ;s ꝺi dono ſpũs id agno ſcimus.

Eccle.3.

Rom.11.

Sap.11.

Numerus põdus & menſura cõtinẽtur in miſericordia & iudicio ipſius dei.

1.Cor.4.

mani generis massa deum præscisse misericordia, non me-
ritis, quos & electione gratiæ prædestinauit ad vitam:
Idē ifrā de prē deſt, ſancto, c. 18. Cæteros vero qui iudicio iustitiæ eius ab hac gratia effi-
ciuntur expertes, præscisse tantum vitio proprio peritu-
ros, non vt perirent prædestinasse. Sed, vt dixi, quos in
operibus impietatis & mortis præsciuit, non prærdina-
uit, nec impulit, in quibus deum prouocantes ad iracun-
diam, salutis fidem aut prædicatam sibi accipere nolunt,
aut dee iudice non possunt, vel accepta male vtuntur,
& ob hoc traduntur in reprobum sensum, vt faciant
ea quæ non conueniunt: his pœnam prædestinatam es-
se rite fatemur. Quod vt probare valeamus, solum eor
Deus reprobis pdestiat pœnas, ad exemplum sufficere Iudam: Hunc enim deus cum præ-
scisset in vitijs propriæ voluntatis pessimum fore, id
est, electione discipulatus sui bene a Christo conferenda
male vsurum, & auaritia ardentem precio Iudæis do-
minum traditurum, pœnam ei prædestinauit ex merito,
Psal. 108. dicente per Dauid spiritu sancto: Deus, laudem meam ne
tacueris, quia os peccatoris & dolosi super me aper-
tum est, id est, Iudæ vel Iudæorum in Christum.
Mat. 26. cum dicit: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tra-
dam? Et post pecuniæ sponsionem dans signum tradi-
tionis: Quemcunque, inquit, osculatus fuero, ipse est, te-
nete eum. Ideo super me, ait, apertum est. Cum enim si-
gnum dedit, ore doloso aperuit quem tenerent. Iudæi
quoque cum eum volentes dolo perdere, vt Euange-
Ioan. 19. lium pandit, clamauerunt dicentes: Crucifige crucifige
eum. Et post pusillum sequitur: Constitute super eum
peccatorem, id est, super Iudam, & diabolus stet a dex-
tris eius. Cum iudicatur, exeat condemnatus, & ora-
tio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci & Episcopa-
tum eius accipiat alter, & post cætera quæ de eo sequun-
tur; Pro eo, inquit, quod non sit recordatus facere mise-
ricordiam: Et persecutus est hominem pauperem & ege-
num, & compunctum corde morti tradidit: & sequentia
reliqua quæ in eius prædicta sunt persona. Nam sicut
narrat liber Actuum Apostolorum, de eo prædicta &
ipso completa esse, sanctus probat Apostolus Petrus,
Act. 1. cum loco eius vnum ex his qui cum Apostolis congre-
gati erant, propter testimonium resurrectionis Iesu Chri-
sti subrogari oportere denunciat, dicens: Viri fratres,
oportet impleri scripturam quam spiritus sanctus prædi-
xit per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui com-
prehenderunt Iesum, qui connumeratus erat in nobis,
& sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem pos-
sedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit
medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Notum au-
tem factum est omnibus habitantibus Hierusalem, vt

vt appellaretur ager ille lingua eorū Acheldemach, hoc
est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorū:
Fiat commemoratio eius deserta, & non sit qui inhabi-
tet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Et post pau-
ca sequentia: Statuerunt, inquit, duos, Ioseph qui voca-
batur Barsabas, qui cognominabatur iustus, & Mathiā,
& orantes dixerunt: Tu domine qui corda hominum no
sti, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere
locum ministerii huius & Apostolatus, de quo præuari-
catus est Iudas vt abiret in locum suum, & cætera: Vbi
ergo commemoratio operum eius malorum a sancto sit
spiritu in Psalmis, priusquam esset præscitus est, non fa-
ctus, quod talis aduersus filium dei futurus esset. Si enim
factus esset, inculpabilis esset, & dei opificio reputaretur
non Iudę: Iniuste etiam in eum prolata damnatio esset.
Sed absit hoc a summo bono iudice, authore omniū bo-
norum deo, damnatore vero cunctorum malorum: quia
mala Iudę, vt prędixi, præsciuit, non fecit: Et tamen in
quibus præsciuit, iudicio iusto tradens eum in reprobum
sensum, vt impleret permisit. Et ideo permisit, quia per
spiritum sanctum eum periturum ante prędixit: Quia si-
cut Christum oprotebat patiper Iudam, precinente per
prophetas sancto spiritu: ita oportebat Iudam perire eo
dem sancto spiritu prædicente: de eo enim dictum est: Ne
mo periit, nisi filius perditionis. Nam pœnam illi prędes-
tinatam pro malis suis, in quibus vt sæpe dixi præscitus
est tantum, nō prædestinatus illic plane agnoscimus, vbi
de eo dicit ab Apostolo Petro: Vt iret in locū suū, trās-
lato scilicet in alterum honore Episcopatus eius: Vel cer
te vbi legitur, quod damnatus sit antequam natus, secun
dum id quod disputatione prędiximus. Talis ergo peri-
turorum omnium causa est, licet culpa sit a culpa dissi-
milis. Verum autem esse quod diximus, licet plene sit di
sputatum, id est, perituris pœnam esse prędestinatam, au
di Petrum Apostolum, cum futuros esse pseudo prophe-
tas & magistros mendaces & apostatas in Ecclesia di-
cit, sicut fuerunt in populo veteri. Quibus iudicium, in-
quit, iam olim non cessat, & perditio eorum non dormi
tat. Item Iudas Apostolus: Subintroierunt, ait, quidam
homines, qui olim præscripti sunt in hoc iudicium im-
pii, domini nostri gratiam transferentes in luxuriam, &
solum dominatorem & dominum Iesum negantes Chri
stum. Et dominus in Euāgelio peccatoribus: Ite in ignē
æternum, quem præparauit pater meus diabolo & ange
lis eius. Prędestinatis autē: Venite benedicti patris mei
percipite regnum paratum vobis ab origine mundi, id
est prædestinatum. Tenenda est igitur inconcusse huius
disputationis regula, quę diuinis testimoniis claruit, pec
catores

Pſal. 68.

Deus mala Iudæ
pſciuit ſz nō fe-
cit. et illius opus
execrabile p̄mi
vt opus venera
bile pp̄ qđ Xp̄m
venerat implere
tur, ifrā đ corr.
& gra cap. 7.

Ioan. 17

Act. 1

2. Pet. 2.

Matth. 25.

Electi prædestinatæ re, pbi nõ sunt p̃ destinati, sz illis pena ẽ p̃dstinata idẽ infra in de p̃dest. sanct. 14. 16. &. 18. et ĩ epi sto. 105. &. 106. ĩ 2. To. horũ, op. Ioan. 6.

carores in malis propriis antequam essent in mũdo, præscitos esse tantum, non prædestinatos: pœnam autem eis esse prędestinatam secundum quod præscitī sunt. Parum los quoque non renatos ex aqua & spiritu sancto, prædestinatę pœnæ esse obnoxios, qui præsciti sunt nõ propriis voluntatibus, quorum nullæ vel bonæ vel malæ sunt, nisi tantum in Adæ peccato, quod traxerunt nascẽtes, & in hoc manentes soluerunt tempus vitę præsentis. Quid enim de his iudiciũ iustitię faciat, quibus misericordia non subuenit, qui pura fide credit dicenti domino: Qui non manducat carnem meam & bibit meũ sanguinem, non habebit in se vitam: intelligit, & a contentione recedit. Qui vero secundum propositum dei viuũt præscitos esse & prędestinatos electione gratuitę gratiæ eius, & regnum eis cœlorum esse prædestinatum sine dubitatione dicendum est. Hoc enim Apostolus Paulus probat, cum ante eos prædestinatos & electos esse testatur, quam mundus constitueretur. Scribens enim Ephesiis dicit: Sicut elegit nos in ipso, id est, in Christo, ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate, qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. Taceat humana lingua, nec prorsus in prædestinatione de meritis extollatur. Attendat dictum, ante mundi constitutionem: Diuinę voluntatis est hoc donum, non humanæ fragilitatis meritum. Denique attende quid sequatur: In quo habemus, ait redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum diuitias gratię eius, quę superabundauit in nobis in omni sapientia & prudẽtia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suę secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo, in dispensationem plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo quę in cœlis, & quę in terra sunt in ipso. In quo etiam sumus prędestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suę, vt simus in laudem glorię eius, qui sperauimus in Christo. Audi secundum diuitias, inquit, gratię eius quæ superabundauit in nobis, id est, qua prœuenit nos, inquit, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ. Audi qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ: Nunquid meę vel tuæ aut alterius, vt meritis constet? Absit, sed suę. Quæ etiam in his quos prædestinauit opera bonæ prœparat voluntatis, vt in his ambulet secundum quod idem in eadem epistola dicit: Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quę præparauit deus vt in illis ambulemus.

Ephe. 2.

Taceat humana lingua, & in prædestinatione de meritis non extollat, sz oppositũ hr̃ ab Au. ĩ li. 83. q. 68. in To. 4. vbi inqt q̃ ex meritis venit oc cultissimis, qđ. 1 retract. c. 23. ab ipso retractat, & in de p̃de. san. 3 ĩ To. 7. & ĩ isto 3: T. op. & a magistro sẽ. ĩ. 1 dist. 41. c. his tamen aduersari.

Deus ĩ his qs p̃dstinat, p̃pat et bona opa. nã hoc ẽ p̃d. bñficio dei p̃paratio ĩ dño gsecuerã. 14.

Audi, in operibus bonis quæ præparauit deus. Et si quid te boni posse vides, age gratias prœparanti quod potes, non propriæ voluntati: quia omnino sine illo nihil potes, qui dixit: Sine me nihil potestis facere. Nolite itaque putare quod hæc & huiusmodi dicentes, liberum voluntatis amputemus arbitrium, cum tamen confiteamur ea quę loquimur ex authoritate diuina pendere: vel vt nobis calumniam obijcitis, quod operari bona, & oportere esse in dei proposito sollicitos prohibeamus. Quin potius, qui se dono gratiæ ad dei misericordiam sentiunt peruenire, hortamur oportere incumbere orationibus, obsecrationibus, ieiuniis, vigiliis, omnique operi voluntatis diuinæ. Prędestinatis enim dicit Apostolus, cum tamen generale sit quod illis dicitur a Christo prędestinato secundum carnem ex semine Dauid, prędestinante autem secundum potentiam dei patris cum patre & spiritu sancto: Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Item: Vigilate in omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt & stare ante filium hominis. Item: Contendite intrare per angustam portam. Item: Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis, Et multa alia quę longum est enarrare. Sed vt superius nominaui, qui eis dixit: Sine me nihil potestis facere: per ipsum quę iubentur facere possunt. Huiusmodi in Christo esse electos dei, ait Apostolus, in quo prędestinati sunt secundum propositum eius qui omnia operatur. Intellige dictum, qui omnia operatur, & crede opus esse dei. Opera eorum qui ambulant secundum propositum dei. Qui ergo absque prædestinationis gratia sunt, id est alieni a proposito dei, & perdurant in operibus malis, si etiam ex hac vita migrauerint, nos eos dicimus vt vos putatis, ita a deo omnium opifice ordinatos vt perirent, tanquam ipsę illis mores malæ vitę creauerit, ipse ad omne opus mortis inuitos præcipitauerit. Absit a diuino proposito. Non enim volens est iniquitatem deus, nec mandauit cuiquam impie agere, nec alicui dedit laxamentum peccandi. Fecit enim vt essent omnia, & sanabiles nationes orbis terrarum. Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur ergo illum qui sunt ex parte illius. Nec dicimus, vt fingitis, & si credere velint vel bonis operibus dei vacare, deum hæc illis nolle præstare, cum huiusmodi velle dei sit donũ. Si ergo ex deo est quod volũt, vult deus perfectũ fieri quod donauit. Si autẽ ex deo non est, sed est iactãtia p̃pri voluntatis, qua se meritis deum æstimant promerenon volentis, inquit, Apostolus, neque currentis, sed miserentis

&. 17. ĩ To. 7. et in isto. 3. To. op. Ioã. 15. &. 1. sẽ. dist. 40 c. eũ que præde.

Roma. 8.

Matt. 26. Luc. 21.

Matth. 8. Ioan. 15.

Psal. 5. Deus nõ ẽ pecca ti cã, nec ipie ageꝛ mãdauit, nã authore deo hõ nõ fit deterior, ĩ li. 83. qõnũ. q. 3. in T. 4. & a magistro sẽ. ĩ. 1. dist. 46. c. si qs igitur & c. de inde idẽ Au. &. c.

Ro. 9. isẽ alibi

Universidad de Navarra Biblioteca

ſt oſtdit,& cap. Hæc igit & alia De iſti occultiſſimis dei iudiciis hēs,in de grā & li.ar.ad val.22.1 To.7.et in.2.T. To.horū opuſc. & de correp.& grā.c.8.in T.7. & 1.3.T.ho.op.

ſerentis eſt dei. Et quia non poteſt homo a ſe facere quic quam niſi datum illi fuerit deſuper, non hoc agit deus ſumme bonus malitia,ſed iuſtitia,nec perſonarum acceptione,ſed cauſarum ſecretarū diſcretione. Nouimus nō nunquam quoſdam volentes ęternæ vitæ fidem accipere & eam adipiſci, quoſdam autem non. Aliquos etiam nolentes conſequi,cum eis diuina gratia,aut dederit,vel immutauerit uoluntatem:aliquos nō. Nouimus aliquos etiam perfectos ex labore multorum annorum, prolapſos in vltimo vitę ſuę & periiſſe. Aliquos vero ab ineſte æ:ate ſua in omni ſcelere & damnabilitate vſque ad decrepitā ętatē perduraſſe,& repente cœlitus inſpirata ſalute,raptos eſſe ad requiem regni cœlorum. Nouimus etiam paruulos,quibus vſus liberi arbitrij non eſt, vt de bonis aut malis eorum meritis iudicemus,parentum manibus ad gratiā ſacri baptiſmatis deportatos, & cum in vno eorum per manus ſacerdotis myſterium fidei adimpleretur,aliquoties alterum in parentum manibus factū exanimem,fraudatum gratia ſaluatoris. Quis ſapiens et

Pſal.144. Pſal.91.

intelligens hęc? Aut quis idoneus erit horum reddere rationem? Dicamus cum Dauid: Iuſtus dominus in omnibus viis tuis,& ſanctus in omnibus operibus ſuis, Et:

Roma.11

Quam magnificata ſunt opera tua domine,nimis profundæ factę ſunt cogitationes tuæ. Dicamus etiā cum Apoſtolo Paulo: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei,quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles vię eius: Sed ſi adhuc hac reddita ratione vultis eſſe contentioſi,nec acquieſcere veritati,nobis tamē eo quod male de deo iuſto ac miſericordiſſimo ſentiamus,calumniari deſinite;ſed ipſum potius dominum Ie

Matt.20.&.22.

ſum Chriſtum,cuius Euangelium ſequimur,ſi audetis arguite: cum illo iurgium ſumite litigādi: illi quod abſit,male ſenſiſſe de deo patre ſuo calumniamini: qui ait: Multi

Ioan.6.

quidem vocati,pauci vero electi. Et: Nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum. Et: Nemo

Matth.19. 2.Tim.2.

poteſt venire ad me,niſi datum ei fuerit a patre meo. Et

Hæc authoritas exponit ab Au. i Ench.c.103.& i de corr.& grā 14.&.15.i.T 7. & i.2.T.ho.ou. & i.1.ſent.diſti. 46.cap.

Non omnes capiunt verbum hoc,niſi quibus datum eſt. Cætera etiam quam plurima,Falſum eſt ergo inquies,quod ait Apoſtolus de deo. Qui vult omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis ſuę venire? Omnino nō eſt falſum,quia omne quod vult deus facere poteſt, nec prorſus humana voluntate quod vult præpedituR. Sed

Nūc videre reſtat, Ioan.12, Eſa.6.

quęro a vobis vt dicatis,quare deus qui vult omnes homines ſaluos fieri,quorundam,vt dicit Eſaias Prophe ta,excæcat oculos ne videant,& obdurat corda ne intelligant,ne conuertantur & ſanentur? Quod verum eſſe Ioannes Euangeliſta confirmat dicēs de Iudæis. Propterea non poterant credere,quia dixit Eſaias; Excęca

uit oculos eorum,& indurauit cor eorum,vt non viderant oculis & intelligant corde,& conuertantur & ſanē eos. Item in Euangelio ſecundum Marcum, cum Ieſum interrogarent diſcipuli ſui de parabola ſeminis: Vobis, inquit,datum eſt noſſe myſterium regni dei: illis autem qui foris ſunt in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant & non videant & audientes audiant & non intelligant,ne quando cōuertantur & dimittantur eis peccata. Dicite igitur,quare deus qui perſonarum acceptor non eſt,& vult omnes homines ſaluos fieri, aliquorum corda referat ad credendum,oculos illuminat ad videndum,& ad ſciendum myſterium regni cœlorum,quos ſcit licet ſalui fieri poſſint: aliorum vero, vt lectionis textus dixit,inuoluens in parabolis veritatem,obtūdit cor,excęcat oculos,claudit aures,ne Euangelium ſalutis agnoſcant,ne remiſſionem accipiant peccatorum? Dicite quę ſo,qualiter hęc loca Euangeliiaccipitis: docete quid hic de deo,qui vult omnes homines ſaluos fieri,ſentitis. Ecce iam omnes generaliter ſalui non ſunt,cum aliis datur viam noſſe ſalutis,aliis non datur. Hæc itaque cum facit deus,non perſonarum acceptione facit,nō iniuſtitia, inenarrabili,& miſericordia indebita. Quoniam vero hinc liquido vtraque pars dicere nihil valemus,credamus tantum reum mortis ex iudicis voluntate pendere. Ne quiſquam autem putaret diuino iudicio fieri,non omnes homines ſaluari,dixit Apoſtolus, qui vult omnes homines ſaluos fieri. Quapropter omnes homines q ſaluantur,dei voluntate ſaluantur. Deus enim noſter deus ſaluos faciendi,& domini domini exitus mortis. Et: Quia ira in furore eius,& vita in voluntate ipſius. Intelligite itaque in furore iuſtitiam, in voluntate miſericordiam. Predeſtinationem igitur negare quam apud eſſe breuiter probauimus, immanis blaſphemia eſt: quam non tātum ſicut ſoletis dicere,in Apoſtolis debemus ac cipere,ſed in Patriarchis & prophetis,& martyribus et confeſſoribus,in omnibus ſanctis & digne ſeruientibus deo. Hinc nemo glorietur,nemo deſperet. Solus enim dominus ſcit qui ſunt eius. Inquantum autem poſſumus, omnes homines ad bonum opus exhortemur,nulli deſperationem demus,pro inuicem oremus, in conſpectu dei nos humiliemus dicentes: Fiat voluntas tua. Ipſius erit poteſtatis,iudicium in nobis debitum mutare,dam nationis, & gratiam predeſtinationis indebitam prærogare.

1.Tim.2. Mar.4. Ieſai.6. Act.10. 1.Tim.2. Quomō aliqb. datū,& aliis nō in de grā & lib. ar.ad vale.4.in To.7.& i.2.T. ho.op.& i grā bono pſeuerātię.c. 15.&.c.19.i T. 7. & in iſto.3. To.op.& i epi. 95.&. 105.& 106,in.2.To.horum opuſ. 1.Tim.2. Pſal.67. Pſal.29. Matth.6.

Hypognoſticon Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA DVAS EPISTOLAS PElagianorum ad Bonifacium Liber Primus.

CAP. I.

NOVERAM te quidem fama celeberrima prædicante: & frequentissimis atque veracissimis nunciis, quanta esses dei gratia plenus acceperam, beatissime atque venerãde Papa Bonifaci. Sed posteaquã te etiam presentia corporali frater meus vidit Alipius, acceptusque a te benignissime ac sinceriss̃e, nua tua miscuit dictante dilectione colloquia, tecumque cõmuens, & paruulo licet tempore, magno tamen tibi iunctus affectu, se simul & me refudit animo tuo, teque mihi reportauit in suo, tanto maior in me tuę sanctitatis est facta notitia, quanto certior amicitia. Neque enim dedigneris qui non alta sapis, quanuis altius præsideas, esse amicus humilium, & amorem rependere impẽsum, Quid est enim aliud amicitia, quę non aliunde quam ex amore nomen accepit, & nusquam nisi in Christo fidelis est, in quo solo esse etiam sempiterna ac felix potest? Vnde accepta per eum fratrem, per quem te familiarius didici, maiore fiducia, ausus sum aliquid ad tuam beatitudinem scribere de his rebus, quę hoc tempore episcopalem curam, si qua in nobis est, ad vigilantiam progrege dominico stimulo rec entiore solicitant. Noui quippe hęretici inimici gratiæ dei, quę datur pusillis & magnis per Iesum Christum dominum nostrum, & si iam cauendi euidentius apertiore improbatione mẽstrantur, non tamẽ quiescunt scriptis suis minus cautorem vel minus eruditorum corda tentare. Quibus vtique esset respondendũ ne se vel suos in illo nephando errore firmarent, etiam si non metueremus, ne quenquam catholicorum verisimili sermone deciperent. Cum vero non desinant fremere ad dominici gregis caulas, atque ad diripiendas tanto prętio redemptas oues adttus vndecunque rimari, cõmunis quę sit in omnibus nobis qui fungimur Episcopatus officio, quanuis ipse in eo prẽmineas celsiore fastigio specula pastoralis, facio quod possum pro mei particula muneris, quantum mihi dominus adiuuantibus orationibus tuis donare dignatur, vt pestilentibus & insidiantibus eorũ scriptis medentia & munientia scripta prętẽdã, quibus rabies qua furiunt, aut etiã ipsa sanetur, aut a lędendis aliis repellatur. Hæc autem quę duabus epistolis eorũ respondeo: vni scilicet quã dicitur Romã misisse Iulianus, credo vt per illã quos posset, suos aut inueniret, aut faceret: alteri autem quã decẽ & octo velut Episcopi participes eius erroris, non ad quoslibet, sed ad loci illius episcopũ sua caliditate tẽdandũ, & ad suas partes, si posset fieri traducendum, ausi sunt Thessaloni cã scribere. Hęc ergo quæ istis, vt dixi, duabus Epistolis illorum, ista disputatione respondeo, ad tuam potissimã diligere sanctitatem, non tam discenda q̃ examinãda, et vbi forsitan aliq̃d displicuerit, emendanda constitui. Incũ dicauit enim mihi frater meus, q̃ eas illi dare ipse digna tus es, quæ in tuas manus, nisi vigilantissima diligentia fratrũ nostrorũ filiorum tuorũ venire non possent. Ago aut ẽ gratias syncerissimæ in nos beneuolẽtię tuę, q̃ eas me latere noluisti literas inimicorũ gratiæ dei, in quibus reperisti nomen meũ calumniose atque euidẽter expressum. Sed spero de domino deo nostro, q̃ nõ sine mercede quæ in cœlis est, illi me lacerant dente maledico, qui bus me pro paruulis, ne fallaci laudatori Pelagio perditi relinquantur, sed veraci saluatori Christo liberandi offerantur, oppono.

Roma. ſi.

Amicitia ex amor nomẽ acce pit, q̃ nusq̃ nisi xpo est fidelis.

Pelagiani noui hęre. gr̃ę dei inici. idẽ in epi. 46. &. 47. &. 95. & 105. &. 106. in 2 To. horũ opuscũ

Verba Iuliãi li. arbi. etiam in im pio manet.

CAP. II.

IAM itaq̃ Iuliani respondeamus Epistolæ. Dicunt, inquit, illi Manichæi, quibus modo non cõmunicamus, id est, tori isti cum quibus dissentimus, quia primi hominis peccato, id est, Adę liberum arbitriũ perierit, & nemo iam potestatem habeat bene viuendi, sed omnes in peccatũ carnis suę necessitate cogantur. Manichæos ap pellat catholicos, more illius Iouiniani, qui ante paucos annos hęreticus nouus, virginitatem sanctę Mariæ destruebat, & virginitati sacrę nuptias fideliũ coęquabat. Nec ob aliud hoc obiiciebat catholicis, nisi quia eos videri volebat accusatores vel damnatores esse nuptiarũ. Liberũ autẽ arbitriũ defendendo pręcipitant, vt de illo potius ad faciẽdã iustitiã q̃ de domini adiutorio cõfidatur, atq̃ vt in se quisque, non in domino glorietur. Quis autẽ nostrũ dicat, q̃ primi hominis peccato perierit liberum arbitriũ de humano genere? Libertas quidem periit per peccatum, sed illa quæ in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam, propter quod natura humana diuina indiget gratia, dicente domino, Si vos filius liberauerit, tũc vere liberi eritis. vtiq̃ liberi ad bñ iustęq̃ viuẽdum. Nam liberũ arbitriũ vsq̃ ad eo in peccatore nõ periit, vt p illud peccẽt, maxime omnes q cũ delectatione peccant, & amore peccati, hoc eis placet quod eis libet. Vnde & Apostolus, Cum essetis, inquit, serui

Reſpõſio Aug. Iouiniamus hæreti. virginitatẽ mariæ negabat. fuſius hẽs i d hęre. c. 82. i To. 6. &. 7. 1. To. horum opuſcul. Ioan. 8.

seruꝰ peccati, liberi fuistis iustitię. Ecce ostenduntur eiꝰ

Libertas iustitiæ sumus ar. volantatis, a pcō grā saluatoris.

peccato minime potuisse, nisi alia libertate seruire. Liberi ergo a iustitia non sunt, nisi arbitrio voluntatis: liberi autem a peccato non fiūt nisi gratia saluatoris. Propter quod admirabilis doctor, etiam verba ipsa discreuit. Oē enim seruꝰ effectis, inquit, peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in his, in quibus nūc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc autem liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem vero vitam æternam. Liberos dixit iustitię, non liberatos. A peccato autem non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed vigilātissime ma

Ioan.8.

luit dicere liberatos, referens hoc ad illam domini sentētiam. Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Oē itaque non viuant bene homines, nisi effecti filii dei, qd

Ioan.1.

est quod iste libero arbitrio vult bene viuendi tribuere potestatem, cum hæc potestas non detur nisi gratia dei, per Iesum Christum dominum nostrum, dicente Euangelio, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri.

Libertas ad malum.

CAP. III.

SED ne forte dicant ad hoc esse adiutos, vt haberent potestatem filii dei. Vt autem hanc accipere mererentur prius eum libero arbitrio, nulla adiuti gratia receperūt. Hęc est quippe intentio qua gratiam destruere moliuntur, vt eam dari secundum merita nostra contendant. Ne forte ergo hanc Euangelicam sententiam sic diuidant, vt meritum ponant in eo quod dictum est. Quotquot autem receperunt eum: ac deinde non gratis datam, sed huic merito redditam gratiam in eo quod sequitur. Dedit eis potestatem filios dei fieri: nunquid si quęratur ab eis, quid sit, receperunt eum, dicturi sunt aliud, nisi credi derunt in eum? Vt igitur & hoc sciant ad gratiam pertinere, legant quod ait Apostolus: In nullo expauescatis ab aduersariis, quę quidem est illis causa perditionis, vobis autem salutis. Et hoc a deo, quia vobis donatum est pro Christo, non tantum vt credatis in eum, sed vt etiā patiamini pro eo. Nempe vtrunque dixit esse donatum. Item quod ait, Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre & domino Iesu Christo. Legant etiam quod ipse dominus ait, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Vbi ne quisquam putet aliud dictum esse, venire ad me, quam credere in me, paulopost cum de suo corpore & sanguine loqueretur, & scandalizati essent plurimi in sermone eius, ait, Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Deinde subiunxit Euangelista, Sciebat enim Iesus ab initio qui essent credētes, & quis traditurus esset eum, & dicebat, Propterea dixi vobis, quia

Dogma Pelagi. gra secūm merita dari, de q fusius I de gra & li. ar. 6. 7. &. 8. & in epi. 95. in. 2. T. horum opuscul. Philip. 1.

Ephe. 6.

Ioan. 6.

Accedere ad christum est in illum credere.

quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo: sententiam scilicet iterauit qua dixerat, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū. Et hoc propter credentes & non credentes se dixisse manifestauit, exponens quod dixerat, Nisi pater qui misit me traxerit eum: idipsum aliis verbis repetendo in eo quod ait, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ille quippe trahitur ad Christum, cui datur vt credat in Christum. Datur ergo potestas vt filij dei fiant, qui credunt in eū, cum hoc ipsum datur vt credant in eum. Quæ potestas nisi detur a deo, nulla esse potest ex libero arbitrio, quia nec liberum in bono erit, quod liberator non liberauit: sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitiæ vel occultus vel manifestus deceptor inseruit, vel sibi ipse persuasit. Non itaque sicut dicunt nos quidam dicere, & iste audet insuper scribere, omnes in peccatum veluti inuiti carnis suæ necessitate coguntur: sed si iam in ea ætate sunt, vt propriæ mentis vtantur arbitrio, & in peccato sua voluntate retinentur, & a peccato in peccatum sua voluntate præcipitantur. Neque enim ait in eis etiam qui suadet & decipit, nisi vt peccatum voluntate committant, vel ignorantia veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel vtroque malo & cæcitatis & infirmitatis. Sed hæc voluntas quæ libera est in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est quia liberata non est. Nec potest homo boni aliquid, vel le, nisi adiuuetur ab eo qui malum non potest velle, hoc est gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Ac per hoc bona voluntas quæ se abstrahit a peccato, fidelis est quia iustus ex fide viuit. Ad fidem autem pertinet credere in Christum. Et nemo potest credere in eum, hoc est venire ad eum, nisi fuerit illi datum. Nemo igitur potest habere voluntatem iustam, nisi nullis præcedentibus meritis acceperit veram, hoc est gratuitam desuper gratiam.

Ioan. 1.

Ad bonū ex dō ad malū ex nobis liberū habemus arbitriū ī dā gra & li. ar. 17. i 2. T. ho. op. & sic nō necessitate sꝫ volūtate homes peccāt.

Rom. 14.

Habac. 2.

Nullus pōt habere volūtatē iustā nisi sine meritis præcedentibus acceperit gratiam Idem in de grat. & lib. arb. ad Valen. cap. 6. &. 7. & in præf. psal. 31. in Tom. 8. & in 1. Tom. horum opusculorum.

HOC isti nolunt elati & superbi, nec purgando defensores, sed extollendo præcipitatores liberi arbitrij. Qui non ob aliud nobis hæc dicentibus indignantur, nisi quia gloriari in domino dedignantur. Timuit tamen Pelagius Episcopale iudicium Palæstinum. Et cum ei fuisset obiectum, quod diceret gratiam dei secundum merita nostra dari, negauit se dicere, & eos qui hoc dicerent, anathematizando damnauit. Nec aliud tamen defendere

CAP. IIII.

Pelagius timuit Episcopale iudiciū palestinū, idē i Epist. 47. & 95.

& 1 de gra & li, ar. ad Val. 4. i. 2. To. ho. op.

Calõnię Iuliãi. CAP. V.

inuenitur in libris quos post, modum scripsi, fraudem se putãs hominibus iudicãtibus feciſſe mẽtẽdo, aut neſcio quo modo ſuũ ſenſum verbis ambiguis obtegendo.

SED iam videamus quod ſequitur. Dicunt etiam, inquit, iſtas quę modo aguntur nuptias a deo inſtitutas nõ fuiſſe, quod in libro Auguſtini legitur, contra quem ego modo quatuor libellis reſpondi. Cuius Auguſtini dicta inimici noſtri in veritatis odium ſuſceperunt. His eius calumnioſiſſimis verbis breuiter video reſpondendum. Quia repetit ea poſtea, vbi vult ipſe inſinuare, quaſi contra noſtra iſta quid dicant. Vbi cum illo quãtum res poſtulare videbitur, domino adiuuante certandum eſt. Nũc ergo reſpondeo, a deo nuptias eſſe inſtitutas, & nunc quando dictum eſt, Propterea relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna: & nunc propter quod ſcriptum eſt, a domino iungitur viro mulier. Neque enim aliud fit etiã nunc quam illud, vt adhæreat homo vxori ſuæ, & ſint duo in carne vna. De ipſis quippe nuptijs, quę nũc quo que fiunt, conſultus eſt dominus a ludæis, vtrum liceret quacunque cauſa dimittere vxorem. Et iſto commemorato teſtimonio legis adiunxit, Quod ergo deus coniunxit, homo non ſeparet. Hoc teſtimonium legis adhibuit etiam Apoſtolus Paulus, cum viros moneret, vt ab eis diligerentur vxores. Abſit ergo vt in libro meo contra hæc teſtimonia diuina iſte aliquid legerit. Sed vel non intelligendo, vel magis calumniando, in alium ſenſum conatur detorqnere quod legit. Librum autem meum, contra quem ſe quatuor libellis reſpondiſſe commemorat, poſt damnationem Pelagij Celeſtijque conſcripſi. Quod ideo dicẽdum putaui, quoniam iſte dicit ab inimicis ſuis in odium veritatis dicta mea fuiſſe ſuſcepta: ne ideo quod quam exiſtimet propter hunc librum meum, inimicos gratię Chriſtis nouos hæreticos fuiſſe damnatos. In cotem libro defenſio eſt potius, quam reprehenſio nuptiarum. Dicunt etiam, inquit, motum genitalium & commixtionem coniugum, a diabolo fuiſſe repertam: & propterea eos qui naſcuntur innocentes reos eſſe, & a diabolo fieri, non a deo, quia de hac diabolica commixtione naſcuntur. Hoc autem ſine aliqua ambiguitate Manichęum eſt. Imo ſicut dicimus, a deo nuptias inſtitutas propter ordinatam generationem filiorum: ita dicimus filiorum gignendorum ſeminationem ſine motu genitalium, & ſine commixtione coniugum, nec in paradiſo filij gignerentur, eſſe potuiſſe. Sed vtrum talis eorum motus atque cõmixtio fuiſſet, ſi nemo peccaſſet, qualis nũc eſt cum pudenda libidine, hinc eſt, quęſtio: de qua diligentius poſtea, ſi deus voluerit, diſputabimus. QVID

Reſpõſio Aug.

Gen. 2.

Mat. 19. Ephe. 4.

Filij ſine cõmixtione ĩ paradiſo nõ fuiſſent geniti. idẽ ſupra ĩ. 2. lib. Hypognoſticon.

QVID tamen iſti velint, quid intendant, quo rem perducere moliantur, adiuncta iſtius verba declarant, vbi ait nos dicere, propterea eos qui innocentes naſcuntur reos eſſe, & a diabolo fieri non a deo, quia de hac diabolica commixtione naſcuntur. Cum itaque nos nec diabolicam dicamus coniugum commixtionem, maxime fidelium, quæ ſit cauſa generandorum qui poſtea reti generandi ſunt filiorum: nec homines vllos a diabolo fieri, ſed a deo inquantum homines ſunt: & tamen etiã de coniugibus fidelibus reos naſci, tanquam ex oliua oleaſtrum propter originale peccatum, & propter hoc eſſe ſub diabolo, niſi renaſcantur in Chriſto, quoniam diabolus culpæ author eſt, non naturæ: contra illi paruulos dicentes, nullum trahere originale peccatum, & ideo non eſſe ſub diabolo, quid efficere laborãt, niſi vt illa dei gratia euacuetur in paruulis, qua eruit nos ſicut dicit Apoſtolus, de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij claritatis ſuæ? Quandoquidem paruulos negant eſſe in poteſtate tenebrarum, etiam ante domini liberatoris auxilium, ita in eis laudantes opus creatoris, vt miſericordiam deſtruant redemptoris. Quam nos & quoniam & in maioribus & in paruulis confitemur, hoc dicit ſi- ne aliqua ambiguitate eſſe Manichęum, cum ſit antiquiſſimum catholicum, vnde nouum iſtorum dogma euertitur hæreticum.

Iuliãi obiectio. CAP. VI.

Col. 1.

Pelagiãi ita laudãt opus creatoris, vt miſericordiã deſtruãt redemptoris.

DICVNT, inquit, ſanctos in Veteri teſtamento nõ caruiſſe peccatis: id eſt, nec per emendationem a crimine fuiſſe liberos, ſed in reatu a morte fuiſſe deprehẽſos. Imo dicimus vel ante legem vel tempore Veteris teſtamenti a peccatis fuiſſe liberatos? non virtute propria, quia maledictus homo omnis qui ſpem ſuam ponit in homine, & in hoc ſine dubio maledicti ſunt, quos etiam Pſalmus diuinus notat, Qui confidunt in virtute ſua: nec Veteri teſtamento, quod in ſeruitutem generat, quanquis certæ diſpenſationis gratia diuinitus datum ſit: nec in ipſa lege ſancta & iuſta & bona, vbi ſcriptum eſt, Nõ concupiſces: quoniam non eſt data quæ poſſet viuificare ſed præuaricationis gratia poſita eſt, donec veniret ſemẽ cui promiſſum eſt: ſed liberatos eſſe per ſanguinem ipſius redemptoris, qui eſt vnus mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Iſti autem inimici gratiæ dei, quę da- ta eſt puſillis & magnis per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ideo dicunt antiquos homines dei perfectæ fuiſſe iuſtitiæ, ne Chriſti incarnatione, paſſione, reſurrectione, cuius fide ſaluí facti ſunt, credantur eguiſſe.

Iuliãi obiectio. CAP. VII.

Reſpõſio Aug.

Hier. 17.

Sed de hoc fuſius ĩ d gra & li. ar. 4. i. 2. T. ho. op.

Pſ. 48.

Exod. 20.

2. Tim. 2.

APOSTOLVM Etiam Paulum, inquit, vel omnes Apoſtolos dicunt ſemper immoderata, libidine fuiſſe pollutos. Quis hoc vel prophanus audeat dicere?

Cõcupiſcẽtia in paulo.

CAP. VIII. Pelagius.

Responsio Augustini. Rom.7.

Sed nimirum isti propterea sic calumniantur, quia contendunt de hoc quod dixit Aposto. Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum, Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: & cætera talia, non eum dixisse de seipso, sed nescio cuius alterius, qui illa pataretur induxisse personã: propter quod locus ipse in eius Epistola diligenter considerandus est & scrutandus, ne in eius aliqua obscuritate delitescat error istorum. Quanuis ergo latius hinc Apostolus disputet, & magno diuturnoque conflictu gratiam defendens aduersus eos, qui gloriabantur in lege, tamen ad rem pertinentia pauca contingimus. Vnde ait, Quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & prophetas, Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, in omnes qui credunt, & Non est enim distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificari gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Et iterum, Vbi est gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? Factorũ? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Et iterum, Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius facta est, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui per legem hæredes sunt, exinanita est fides & euacuata promissio. Lex enim iram operatur, Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Et alio loco, Lex autem subintrauit vt abundaret delictum, Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. Item alio loco, Peccatum enim vobis non dominabitur nõ enim estis sub lege, sed sub gratia. Item quoq; alio loco, An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur homini in quantum tempus viuit? Mulier enim sub viro, viuo marito iuncta est legi, Si autem mortuus fuerit vir eius, euacuata est a lege viri. Et paulopost, Itaque fratres mei, & vos mortui estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexerit, vt fructificemus deo. Cum enim essemus in carne, passiones, peccatorum, quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, vt fructũ ferrent morti, Nunc vero euacuati sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus & non in vetustate literæ. His atque huiusmodi contestationibus doctor ille gentium satis euidẽter ostendit, legẽ non potuisse auferre, sed potius auxisse peccatum, quod aufert gratia: quoniam lex iubere nouit, cui succumbit infirmitas: gratia iuuare, qua infunditur charitas. Neque enim propter hęc testimonia vituperet legẽ, & malam eſſe contendat, vidit Apostolus male intelligentibus quid posſet

Rom.3.

Rom.4.

Rom.5.6.&7.

Lex nõ potuit auferre pcm̃, sed illud auxit, idẽ i Epist.95.i.2.T. & i 2.T.ho.op. & ifra in de spũ & lit.a.20. vsq; ad.30,c,iclusiue

posſet occurrere, & eadem sibi ipse proposuit quæstionẽ. Quid ergo dicemus? inquit. Lex peccatũ est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem, Hoc iam superius dixerat, Per legem enim cognitio peccati. Non ergo abolitio, sed cognitio. Hinc autem iam incipit, propter quod ista consideranda suscepimus, introducere personam suam, & tanquam de seipso loqui, vbi nolunt Pelagiani ipsum Apostolum intelligi, sed quod in se aliũ trãsfigurauit hominem sub lege adhuc positum, nõdum per gratiam liberatum, Vbi quidem iam debent concedere, quod in lege nemo iustificatur, sicut alibi idem Apostolus dixit, sed ad cognitionem peccati, & ad ipsius legis præuaricationem valere legem, vt cognito auctoque peccato, per fidem gratia requiratur. Non autem timent ista de Apostolo intelligi, quæ posset & de præteritis suis dicere, sed ea quæ sequuntur timent. Hic enim concupiscẽtiam, inquit, nescieba, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum est. Ego autem viuebam aliquando sine lege: Adueniente autem mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum, Et inuentum est mihi mandatum quod erat in vitam, hoc esse in mortem. Peccatum enim accepta occasione per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mãdatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Hęc omnia, sicut dixi, potest videri Apostolus de sua vita cõmemorasse præterita, vt illud quod ait, Ego autem viuebam aliquando sine lege, ætatem suam primam ab infantia ante rationales annos voluerit intelligi quod autem adiunxit, Adueniente autem mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum: iam se præcepti capacem, sed nõ efficacem, & id eo præuaricatorem legis ostenderet,

Exod.20. Rom.7.

Peccatum reuiuiscere quid. CAP. IX.

NEC moueat quod ad Philippenses scripsit, Secundum iustitiam quæ in lege est, quod fuerit sine querela, Potuit enim esse intus affectionibus prauis præuaricator legis, & tamen conspicua opera legis implere, vel timore hominum vel ipsius dei, sed pœnæ formidine, non dilectione & delectatione iustitiæ. Aliud est enim voluntate benefaciendi benefacere, aliud autem ad malefaciendum sic voluntate inclinari, vt etiam faceret si hoc posset impune permitti, Nam sic profecto in ipsa in-

Lex ostẽdit p̃uaricatorẽ & sine gra facit p̃uaricatorẽ in Epist. 95.i 2.T.ho.op. & infra i de spiritu & litera.a 24. vsq; ad 30. cap. inclusiue. Philip.3.

Aliud ẽ voluntate bñfaciẽdi bñ facere, aliud voluntate sic ad ma

lefac. ēdū iclina ri, qđ faceret si posset ipune.

tus voluntate peccat, qui non voluntate, sed timore non peccat. In quibus interioribus suis talem se fuisse scientem Apostolus ante gratiam dei, quæ per Iesum Christum dominum nostrum est, alibi hoc apertissime confitetur, scribens quippe ad Ephesios, Et vos, inquit, cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris spiritus eius, qui nunc operatur in filijs diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & affectionum, & eramus natura liter filij iræ, sicut & cæteri: deus autem qui dives est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Rursus ad Titum, Fuimus enim & nos, inquit, stulti aliquando & increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, abominabiles, inuicē odio habentes. Talis Saulus fuit, quando secundum iustitiam quæ in lege est, sine querela fuisse se dicit. Nam quia non post hanc abominabilem vitam vt esset sine querela, in lege profecerat, moresque mutauerat, euidenter id his quæ sequuntur ostendit, quandoquidem mutatum se non dicit ab his malis, nisi per gratiam saluatoris. Adiungēs enim hoc ipsum etiam hic sicut ad Titum ait, Cum autem benignitas, & humanitas illuxit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ, quæ nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem diffudit super nos, per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes efficiamur secundum spem vitæ æternę. Quod autem ait in hoc Epistolæ loco ad Romanos, Peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem: congruit superioribus vbi dixit, Sed peccatum non cognouī, nisi per legem, Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Et superius, Per legem cognitio peccati: hoc enim & hic dixit, vt appareat peccatum, vt illud quod dixerat, Sine lege enim peccatum mortuum est: non intelligamus nisi tanquam non sit, latet, non apparet, penitus ignoratur, tanquam in nescio quibus ignorantiæ tenebris sit sepultum. Et quod ait, Ego autem viuebam aliquando sine lege: quid ait, nisi viuere mihi videbar? Et quod adiunxit. Aduenīente autem mandato peccatum reuixit: quid est aliud quam eminuit & apparuit? Nec tamen ait, vixit: sed, reuixit. Vixerat enim aliquando in paradiso, quando contra datum præceptum satis apparebat admissum. Cum autem a nascentibus

Ephe. 2.

Ad Titum. 3.

Ad Titum. 3.

Roma. 7.

Exo. 20. Roma. 3.

Peccatū i puero mortuū, ſ. reuiuiſcit qñ parbus trahitur, tanquam mortuum sit latet, donec repugnans iustitiæ, malum eius prohibitione sentiatur, cum aliud iuberur atque approbatur, aliud delectat atque dominatur: tunc peccatum quodammodo in notitia nati hominis reuiuiſcit, quod in notitia primi facti hominis alicuius quando iam vixerat.

ticeps rationis ē factus.

SED quod sequitur non ita expeditum est, quomodo de Paulo possit intelligi. Scimus enim, inquit, quia lex spiritalis est, ego autē carnalis sum. Non ait, fui: sed, sum. Nunquid ergo Apostolus cū hęc scriberet, carnalis fuit, an secundum corpus hoc dicit? Adhuc enim erat in corpore mortis huius, nondum facto spirituali, quod alibi dicit, Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Tunc enim ex toto se, id est, ex vtraque parte qua constat, spiritalis homo erit, quando etiam spiritale corpus erit. Neque enim absurdum est, vt sit in illa vita etiam caro spiritalis, si potuit esse in hac vita, in his qui adhuc carnalia sapiunt, etiā spiritus ipse carnalis. Sic ergo ideo dixit, ego autem carnalis sum: quia nondum spiritale corpus habebat Apostolus, Sicut posset dicere, Ego autem mortalis sum; Quod vtique non nisi secundum corpus intelligeretur dixisse, quod nondum fuerat immortalitate vestitum. Item quod adiunxit, Venundatus sub peccato: ne quispiam eum nōdum redemptum Christi sanguine exisſtimet, etiam hoc secundum illud potest intelligi quod ait, Et nos primitias habentes spiritus, & ipsi in nobisſmetipsis ingemiſcimus, adoptionē expectantes, redemptionem corporis nostri. Si enim secundum hoc se dicit venundatum sub peccato, quod adhuc non est redemptum a coruptione corpus eius, vel venundatum aliquā do in prima transgressione præcepti, vt haberet corpus corruptibile quod aggrauat animam: quid prohibet hic apostolum intelligi de seipso dicere, quod ita dicit, vt etiam in ipso posset intelligi, etiam si in sua persona non fe solum, sed omnes accipi velit, qui se nouerunt spiritali delectatione cum carnis affectione sine consensione confligere? An forte metuimus ea quæ sequuntur: Quod enim operor, ignoro: non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio, ne forte ex his verbis quispiam cōsentire carnis concupiscentiæ ad opera mala suspicetur Apostolū? Sed considerandum est quod adiungit. Si autē quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Magis enim se dicit legi consentire quam carnis concupiſcētię. Hāc enim peccati nomine appellat. Facere ergo fe dixit & operari, non affectu consentiendi & implēdi, sed ipso motu concupiscendi. Hinc ergo, inquit, cōsentio legi quoniā bona est: consentio, quia nolo quod nō vult. Deinde dicit, Nunc autem iam non ego operor illud,

Corpus mortis ob cōcupiſcētiā CAP. X.

Roma. 7.

1. Cor. 15.

Roma. 8.

Roma. 7.

Roma. 8.

Roma. 7.

Supra lib. 2. & 3. hypognosticō & i exposi. quarūdā propositionū pauli ad Ro. in To. 4. & in. 2. To. ho. opuſ.

sed id quod habitat in me peccatum. Quid est, nunc autem, nisi iam nunc sub gratia, quæ liberauit delectationē voluntatis a consensione cupiditatis? Non enim melius intelligitur, non ego operor, nisi quia non consentit exhibere membra sua arma iniquitatis peccato. Nam & si concupiscit & consentit & agit, quomodo non ipse illud operatur, etiam si se operari doleat, & vinci graviter ingemiscat? Iam illud quod sequitur, nonne vndelo

Rom.7. quatur, apertissime ostenditur? Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Si enim non exponeret adiungendo, hoc est in carne mea, aliter fortasse accipereiur quod dixit in me: Ac per hoc verſat hoc idem repetens & inculcans, Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. Hoc est enim perficere bonum, vt nec concupiscat homo. Imperfectum est autem bonum, quando concupiscit, etiam si concupiscentiæ nō

Rom.7. consentit ad malum. Non enim quod volo facio bonum, inquit, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Id repetiuit inculcans, & tanquam tardissimos de somno excitans, Inuenio ergo legem, inquit, mihi volenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Illa ergo bonum est volenti facere, adiacet autem malum ex concupiscentia, cui non consentit qui dicit, Iam ego non operor illud. Apertius autem quod sequitur vtrunque declarat, Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Sed quod dixit, captiuantem me, potest mouere, si nulla consensio est. Vnde propter tria ista, duo scilicet de quibus iam disputauimus, quo ait, Ego autem carnalis, & venundatus sub peccato, & hoc tertium, captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis, potest videri Apostolus eum describere qui sub lege adhuc viuit, nondum sub gratia. Sed sicut illa duo exposuimus propter carnem adhuc corruptibilem dicta, sic & hoc potest intelligi vt captiuantem me, dixerit carne, nō mente: motione, non consensione: & ideo captiuantem me, quia & in ipsa carne non est aliena natura, sed nostra. Sicut ergo exposuit ipse quid dixerit, Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum: sic iam ex illius expositione hunc locum debemus accipere, tanquam dixerit, captiuantem me, hoc est carnem meam in lege peccati quæ est in membris meis. Deinde subiungit propter quod dicta sunt omnia, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrū. Atque in-

Q uō lex carnis captiuat illū i q̄ nulla ē cōsensio idē sup Euang. Io. trac. 41. ir. 9

de concludit.

Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne autem legi peccati, Carne scilicet legi peccati, concupiscendo: mente autem legi dei, eidem concupiscentiæ non consentiendo. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui Roma.8. sunt in Christo Iesu. Non enim damnatur, nisi qui concupiscentiæ carnis consentit ad malum, Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit te a lege peccati & mortis, ne scilicet consentiendo tuam cōcupiscētia sibi vincat carnis. Et ea quæ sequuntur eundem sensum magis quæ demonstrant, Sed adhibendus est modus. Visum autem aliquando etiam mihi fuerat, hominem sub lege, isto Apostoli sermone describi. Sed vim mihi fecerunt post ea ista verba quod ait, Nunc autem iam non ego operor illud, Ad hoc enim pertinet illud quod ait & postea. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. Et quia non video quomodo diceret homo sub lege Condelector legi dei secundum interiorem hominem: cū ipsa delectatio boni, qua etiam non consentit ad malum non timore pœnę sed amore iustitię, hoc est enim condelectari, non nisi gratiæ deputanda sit.

Quid sit liberari de corpe mortis huius. CAP. XI.

NAM & illud ubi ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius: quis neger Apostolum cum hęc diceret, ad Roma.7. huc fuisse in corpore mortis huius? A quo vtique impii non liberantur quibus eadem corpora ad tormenta æternā redduntur. Liberari ergo est a corpore mortis huius, omni sanato languore concupiscentiæ carnis, nō ad pœnam corpus recipere, sed ad gloriam. Huic loco & illud Roma.8. satis consonat, Etiam nosipsi primitias habentes spiritus, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Nimirum enim gemitu isto ingemiscimus in quo dicimus, Miser Roma.7. ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ignoro qđ opor Illud etiam vbi ait, Quod enim operor, ignoro: quid est boc est nolo, nō aliud, quam nolo, nō approbo, nō consentio, non facio. approbo, nō cō Alioquin contrarium est his, quæ superius dixit, Per le sentio, non facio gem enim cognitio peccati. Et, Peccatum non cogno- Ro.3.&.7. ui nisi per legem. Et, peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Quomodo enim peccatū per legem cognouit quod ignorat? Quomodo apparet peccatum quod ignoratur? Sic ergo dictum est ignoro, non facio, quia nulla consensione id ego ipse committo, Quomodo dicturus est dominus Matth.7. impiis, Non noui vos: quem proculdubio latere nihil potest. Et sicut dictum est, Eum qui non nouerat peccatum 1.Cor.15. quod est, non facerat. Neque enim non nouerat quod arguebat. His atque huiusmodi in ista scripturæ Apostolicæ circunstantia diligenter consideratis, recte intelligitur Apostolus, non quidem se solum in sua persona, verum

alio

Osee.13. 1.Cor.15. Roma.8.

alios etiam sub gratia constitutos significasse, sed secum nondum in illa constitutos, pace perfecta, in qua absorbebitur mors in victoriam. De qua post dicit, Si autem Christus in vobis, corpus quidem mortuum est, propter peccatum spiritus autem vita est, propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum ex mortuis, habitat in vobis qui suscitauit Christū Iesum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Viuificatis igitur mortalibus corporibus nostris, non solū ad peccādum cōsensio nulla erit, sed nec ipsa cui consentiatur carnis concupiscentia remanebit. Quam spiritui resistentem, non habere in carne mortali, ille tantummodo homo potuit, qui non per ipsam ad homines venit. Et ideo Apostolos, quia homines erant, & corpus quod corrumpitur & aggrauat animam in huius vitę mortalitate portabant, absit vt dicamus, sicut iste calumniatur, semper immoderata libidine fuisse pollutos, sed dicimus a consensione prauarum libidinum liberos, de concupiscentia tamen carnis, quā moderando frenabāt, tāta humilitate & pietate gemuit se, vt optarent eam non habere potius q̄m domare.

Tūc erit pax perfecta absq; vlla inrerna externaque repugnātia inqt Aug. super Ioan. tract. 41. in To. 9.

Iuliani obiectio. Aug. responsio.

PROINDE iste quod addidit nos dicere, Christum & a peccatis liberum non fuisse, sed carnis necessitate mentitum, & aliis maculatum fuisse delictis: videri a quibus audierit, vel in quorum literis legerit, quod quidem fortasse non intellexit, & in sensus calumniosos malitia fallenti conuertit.

CAP. XII.

Iuliani dog. Concupiscentia pcm̄ dr̄, cum ex se non sit.

DICVNT etiam, inquit, baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorum, nec auferre crimina, sed radere, vt omnium peccatorum radices in mala carne teneāt.

CAP. XIII.

Destructio illius ab Aug. in baptismo ois destruit nigtas, & sicōcupiscētię re stet infirmitas super Ioā. tract. 41. in Tomo. 9.

Quis hoc aduersus Pelagianos, nisi infidelis affirmet? Dicimus enim baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, nec omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, vnde crescant iterū resecanda peccata. Nam & istam similitudinem comperi fuę illos adhibere calumniæ, tanquam hoc nos sentiamus atque dicamus. Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo vel fallere, cum qua necesse est vt etiam baptizatus, & hoc si diligentissime proficit, & spiritu dei agitur, pia mente confligat. Sed etiam si vocatur peccatum, non vtique, quia peccatum est, sed quia peccato facta est sic vocatur: sicut scriptura manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit. Peccata autē sunt, quæ secundum carnis concupiscentiam vel ignorantiam illicita ē vti scriptu cite fiunt, dicuntur, cogitantur. Quę transacta etiam reatus alicuius eius os tenent si non remittantur. Et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, vt quanquam tra-

Concupiscentia dr̄ pcm̄, si qa sit pcm̄ sz qa pcō facta ē vti scriptu raalicuius eius icif manus. idē

cta sit anascentibus, nihil noceat renascentibus. Ex qui bus tamen si filios carnaliter gignunt, rursus trahitur, rursusque & nocitura nascentibus, nisi eadem forma renascentibus remittatur, & insit nihil obfutura vitæ futurę, quoniam reatus eius generatione tractus, regeneratione dimissus est. Et ideo iam non sit peccatum, sed sic vocetur, siue quod peccato facta sit, sine quod peccandi delectatione moueatur, & si ei vincētę delectatione iustitię non consentiatur. Nec propter ipsam cuius iam reatus lauacro regenerationis absumptus est, dicunt in oratione baptizati, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris sed propter peccata quę fiunt, siue in eius consensionibus, cum ab eo quolibet vincitur quod placet, siue cum per ignorantiam malum quasi bonum placet. Fiunt autē siue operando, siue loquendo siue quod facillimum atq̄ celerrimum est, cogitando. A quibus omnibus quis etiam fidelium gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Illud sane quod in oratione sequitur, propter ipsam dicitur, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo. Vnusquisque enim sicut scriptum est, tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cū conceperit parit peccatum.

exp.ps.141. in To.8. & sup. Euā. Ioan. 41. in Tomo. 9.

Mat. 6.

Nō pp̄ cōcupiscētiam dicunt baptizati dimitte nobis debita nostra.

Iaco. 1.

CAP. XIIII.

HI omnes concupiscentię partus, & ipsius concupiscentiæ reatus antiquus, qui baptismatis ablutione dimissi sunt, & quicquid parit nunc ista concupiscentia, si non sint illi partus, qui non solum peccata, verum etiam crimina nuncupantur, pacto illo quotidianæ orationis vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra sicut & dimittimus, & eleemosynarum sinceritate mundantur. Neque enim quisquam sic desipit, vt dicat ad baptizatos dominicum illud non pertinere præceptum, Dimitte & dimittetur vobis, date & dabitur vobis. Nullus autem in Ecclesia recte posset ordinari minister, si dixisset Apostolus, si quis sine peccato: vbi ait, Si quis sine crimine est. Aut si dixisset, nullum peccatum habentes: vbi ait, Nullum crimen habētes. Multi quippe baptizati sine dubis sunt sine crimine, sine peccato autē in hac vita nemine dixerim, quātalibet Pelagiani, quia hæc dicimus aduersum nos inflentur & dirūpantur insania: non quia peccati aliqd remaneat, qđ in baptismate nō remittat, sz qa in nobis in hutus vitę ifirmitate manētibus quotidie fieri nō descūt, q̄ fideliter orātibus & misericorditer operantibus & quotidie remittantur. Hęc est fidei catholicę sanitas, q̄ sanctus vbique seminat spiritus, non prauitatis hæreticæ vanitas & præsumptio spiritus.

Matth. 6.

Luc. 6.

1. Tim. 3.

Multi baptizati sunt sine crimine, sz nullus sine peccato.

IAM itaque de cætero videamus, quemadmodum

posteaquam

Motus genitaliũ a deo.

CAP. XV. Pelag. dog.

posteaquam nobis calumnioſę putauit obiictenda quæ credimus, & fingenda quę non credimus, ſuam ipſe vel Pelagianorum fidem profiteatur. Cõtra hæc, inquit, nos quotidie diſputaumus, & ideo nolumus pręuaricatoribus adhibere conſenſum, quia nos dicimus liberum arbitrium in omnibus eſſe naturaliter, nec Adę peccato perire potuiſſe. Quod ſcripturarum omnium authoritate firmatur. Hæc ſi quemadmodum oportet non contra det gratiam diceritis, nec conſenſum pręuaricatoribus adhibueretis, ſed veſtrum ſenſum corrigeretis. Hinc autẽ quantum potuimus, & quantum ſufficere viſum eſt, ſuperius diſputauimus. Dicimus, inquit, has quæ nunc agun tur in orbe terrarum, a deo nuptias inſtitutas, nec reos eſſe coniuges, ſed fornicatores & adulteros condemnãdos. Hoc verum catholicum eſt. Sed quod vos hinc vultis efficere de commixtione maſculi & fœminæ, quod nihil peccati naſcentes trahent, quod lauacro regenerationis expietur: hoc falſum eſt & hæreticum. Motum, inquit, genitalium, id eſt, ipſam virilitatem, ſine qua nõ poteſt eſſe cõmixtio, a deo dicimus inſtitutã. Ad hoc reſpõdemus, motum genitalium, & vt verbo eius vtar, virilitatem, ſine qua non poteſt eſſe commixtio deus ſic inſtituit, vt nihil haberet pudendum. Non enim fas fuit, vt eius erubeſceret creatura de ſui opere creatoris, ſed inobedientia membrorum ſupplicio iuſto primis hominibus inobedientibus reddita eſt, de qua erubuerunt quãdo foliis ficulneis pudenda texerunt, quę prius pudenda nonfuerunt.

Destructio dog. Pelag.

Quare poſt pecñ ſi manus aũt os, ſꝫ pudẽda texerunt.

CAP. XVI.

NEQVE enim ſibi tunicas vt totum corpus tegerẽt poſt peccatum, ſed ſuccinctoria conſuerunt quę nonnulli interpretes noſtri minus diligentes tegmina interpretati ſunt. Quod quidem verum eſt, ſed generale nomẽ eſt tegmen, quod indumentum & operimentum omne poſſit intelligi. Et ideo debuit ambiguitas euitari, vt quemadmodum Græcus perizomata poſuit, quibus non tegũtur niſi pudendę corporis partes, ſic & Latinus, aut ipſum Græcum poneret, quia & ipſo iam conſuetudo vtitur pro latino, vel ſicut quidam ſuccinctoria, vel ſicut alii melius campeſtria nominarunt. Ex illo quippe hoc nomen eſt, quod pudenda iuuenes tegebant antiquo more Romano, quando nudi exercebantur in campo: vnde campeſtrati appellantur hodie, qui eadem membra cingendo cooperiunt. Quanquam ſi ea quibus peccatũ eſt tegenda fuerant poſt peccatum, ne tunucis quidẽ indui debuerunt, ſed manum & os tegere, quia ſumendo & veſcendo peccauerunt. Quid ſibi ergo vult, quod accepto prohibito cibo, cum fuiſſet præcepti facta tranſgreſſio, in illa membra aſpectus intenditur? Quę ibi nouitas ignota ſentitur, & ſe compellit aduerti, quod apertiõe ſignificatur oculorum? Neque enim eis vel quando ille nomina pecoribus & volucribus imponebat, vel quando illa pulchrum lignum vidit & bonum, oculi nõ patebant: ſed aperti, hoc eſt, intenti ad intuendum facti ſunt, Sicut ſcriptum eſt de Agar ancilla Saræ, quod aperuit oculos ſuos, & vidit puteum: quos clauſos vtique nõ habebat. Vt ergo nuditatis ſuæ, quam quotidie profecto intuebantur, nec confundebantur, eos ſubito, ſic pudoret, vt membra illa iam nuda ferre non poſſent, ſed ſtatim operire curarent, nonne & ille in motu aperto, & illa in occulto, contra ſuæ voluntatis arbitrium inobedientia illa membra ſenſerunt, quibus vtique nutu voluntario ſicut cęteris dominari debuerunt? Quod meritо paſſi ſunt, quia & ipſi obedientes ſuo domino nõ fuerunt. Erubuerunt ergo ita ſe creatori ſuo non exhibuiſſe ſeruitium, vt in eis membris ex quibus eſſent filii procreandi mererentur accipere dominatum. Hoc pudoris genus, hęc erubeſcendi neceſſitas certe cum omni homine naſcitur, & ipſis quodammodo naturæ legibus imperatur, vt in hoc verecundentur etiam ipſa pudica coniugia: nec quiſquam tam male turpiter ęque proficiat, vt quia cognouit deum eſſe conditorem naturæ authorẽq; nuptiarum, ideo etiam miſcendus vxori, ſi quis eum videat: non de his motibus erubeſcat, quæratque ſecretum vbi non ſolum alienorum, verum etiam ſuorum omnium poſſit vitare conſpectum. Itaque ſua culpa ſibi acciđs malum, natura humana permittatur agnoſcere, ne cogatur aut quod eſt impudentiſſimum de his ſuis motibus non erubeſcere, aut quod eſt ingratiſſimum, de ſui creatoris operibus erubeſcere. Quo tamẽ malo propter bonum generationis filiorum, bene vtuntur pudica coniugia. Solius autem carnalis voluptatis cauſa, libidini conſentire peccatum eſt, quanuis coniugatis ſecundum veniam concedatur.

Gene. 26.

De hoc fuſius ſupra in. 4. li. hypognoſticon.

An libido ante peccatum.

CAP. XVII.

SED conſtituite Pelagiani ſeruata honeſtate ac fœcunditate nuptiarum, ſi nemo peccaſſet, qualem velitis in paradiſo vitã illorum hominum cogitare, & vnum de his quatuor rebus eligite. Proculdubio enim, aut quotienſcunque libuiſſet, totiens concubuiſſent: aut frenarẽt libidinem, quando concubitus neceſſarius non fuiſſet: aut tunc ad nutum voluntatis libido conſurgeret, quando eſſe conncubitum neceſſarium caſta pudentia præſentiret: aut nulla ibi omnino exiſtente libidine, vt cætera membra quęque ad opera ſua, ſic ad opus proprium etiã genitalia iuſſis volentium ſine vlla difficultate ſeruiſſent. Horum quatuor quod vultis eligite. Sed puto ꝙ duo priora reſpuetis, quibus libidini, aut ſeruitur, aut repugnatur

gnatur. Namque illud primum, tam preclara honestas, hoc autem secundum, tam magna felicitas non vult. Ab sit enim vt tantę illius beatitudinis decus, aut precedentem semper sequendo libidinem ageret turpissimam seruitutem, aut ei resistendo nō haberet plenissimam pacem. Absit, inquam, vt carnis concupiscentiam non opportune ad generandum, sed inordinata commotione surgentem, aut illi menti placeret consentiendo satiare, aut illi quieti necesse esset dissentiendo cohibere. Duarum vero reliquarum quamlibet elegeritis, non est aduersus vos vlla contentione laborandum, Et si enim quartam nolueritis eligere, vbi est omnium obedientia membrorum sine vlla libidine summa trāquillitas, quoniam iam vos ei fecit vestrarum disputationum impetus inimicos. Illud vobis saltem placebit, quod tertio loco posuimus: vt illa carnalis concupiscentia, cuius motus ad eam postremam, quę vos multum delectat, peruenit voluptatem, nō quam in paradiso cum ad gignendum esset necessaria, ad voluntatis nutum exurgeret. Hanc si placet vobis in paradiso collocare, & per talem concupiscentiam carnis, quæ nec preueniret, nec tardaret, nec exerceret imperium voluntatis, vobis videtur in illa felicitate filios potuisse generare, non repugnamus. Ad hoc enim quod agimus, sufficit nobis, quia nunc talis in hominibus non est, qualem in illius felicitatis loco esse potuisse conceditis. Qualis quippe nunc sit, profecto omnium sensus mortalium, & si cum verecundia confitetur: quia & castos etiam nolentes, eamque per teperātiam castigātes inquietitudine inordinata importunaq; solicitat, & plerunque se se volentibus subtrahit, nolentibus ingerit, vt nihil aliud inobedietia sua q̄ illius prisc̄ inobedietię pos-

Gene.3. nā se esse testet. Vnde merito de illa & tūc primi homines, q̄ pudēda texerūt, & nūc q; se vtcūq; hominē esse cōsiderat, omnis pudens impudensque confunditur, abhit vt de opere dei, sed de pœna primi veterisque peccati. Verum vos non pro religiosa ratione, sed pro animosa contentione, nec pro humano pudore, sed pro vestro furore ne vel ipsa concupiscentia carnis vitiata credatur, & ex ea trahi originale peccatum, talem prorsus qualis nunc est in paradiso conabimini disputando reuocare, eamq; illic esse potuisse contendere, quam vel semper sequeretur inhonesta consensio, vel aliquando coerceret, miseranda dissensio. Nos autem nō multum curamus quid vos de illa sentire delectet. Quicquid tamen hominum per illam nascitur, si non renascatur, sine dubitatione damnatur, & necesse est esse sub diabolo, si non liberetur inde a Christo.

CAP. XVIII. HOMINEM, inquit, dei opus defendimus, nec ex

ex illius potentia vel in malum vel in bonum inuitum aliquem cogi, sed propria voluntate, aut bonū facere, aut malum. In bono vere operea dei gratia semper adiuuari, in malum vero diaboli suggestionibus incitari. Ad hæc respondemus, homines esse opus dei, inquantū homines sunt, sed sub diabolo esse, inquantum peccatores sunt, nisi eruantur inde per eum, qui nō ob aliud factus est inter deum & homines mediator, nisi quia ex hominibus non potuit esse peccator, nec ex dei potentia vel in malum vel in bonum inuitum aliquem cogi, sed deo deserente pro meritis ire in malum, & deo adiuuante, sine meritis conuerti ad bonum. Non enim est homo bonus si nolit, sed gratia dei etiam ad hoc adiuuatur vt velit, quoniam non inaniter scriptū est, Deus enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate, Et præparatur voluntas a domino.

Dog. Pelag.

Destructio Pela. dog. ab. Auguſt.

1. Ti. 2.

Homo nō est bonus nolens. sed dei gratia adiuuatur

Philip. 2. Vt velit id ē in de grā e li. ar. 17. & 20 & 21. & 22. & i epist. 95. & 106. i. 2. Tohorum opuscul.

Dog. Pela.

Voluntas excitatur a domino. CAP. XIX

VOS autem in bono opere sic putatis adiuuari hominem gratia dei, vt in excitanda eius ad ipsum bonū opus voluntate, nihil eam credatis operari. Quod satis ipsa tua verba declarant. Cur enim non dixisti, hominē dei gratia in bonum opus excitari, sicut dixisti, in malum diaboli suggestionibus incitari? Sed dixisti, in bono opere a dei gratia semper adiuuari, tanquam sua voluntate, nulla dei gratia bonum opus aggressus in ipso iam opere diuinitus adiuuetur, pro meritis videlicet voluntatis bonę, vt reddatur debita gratia, non donetur inde

Idē. sup. cap. 4.

Pelagius in iudicio Palęstino ficto corde damnauit, gratiam dei secundum merita nostra dari. Dic mihi obsecro, quid boni Paulus adhuc Saulus volebat, ac nō potius magna mala, quando spirans eqdem pergebat ad vastandos horrenda mentis cęcitate ac furore Christianos? Quibus meritis bonę voluntatis deus illū ab his malis ad bona, mirabili & repentina vocatione cōuertit? Quid ego dicam, quibus meritis, cum ipse clamet, Non ex operibus iustitiæ quę nos fecimus, sed secundū suam misericordiam saluos nos fecit? Quid illud quod ipse cōmemorauit dixisse dñm, Nemo potest venire ad me nisi ei datū fuerit a patre meo? Vtrum tam volenti credere pro meritis bonæ voluntatis hoc datur: an potius vt credat ipsa voluntas quod intelligitur, credere in me nisi ei datū fuerit a patre? sicut Sauli, desuper excitatur, etiam si tam sit aduersus fidem, vt credētes etiā pſequatur? Vt quid. n. nobis dominus præcepit, vt oremus pro eis qui nos persequuntur? Nūquid hoc oramus, vt eis pro bona eorū voluntate

Destructio dog. Act. 9 Pela.

Multa merita in Apostolo paulo si magna mala p̄cesserūt fidē i de grā & li. arb. ad val. c. 6. & 7. & S. in To. 7. & in 2. To. ho. opusc. Ioan. 6.

Matth. 5.

gratia

gratia dei retribuatur, ac non potius vt mala in bonum voluntas eorum mutetur? Sicut credimus tunc a sanctis quos persequebatur, non inaniter oratum esse pro Saulo, ut ad fidem quam vastabat, voluntas eius conuerteretur. Et illius quidem conuersio desuper facta, manifesto etiam miraculo apparuit. Quam multi inimici Christi quotidie subito dei occulta gratia trahuntur ad Christum. Quod verbum si non ex euangelio posuissem, quã-

Ioan. 6. ta de me propter hoc iste dixisset, cum etiam nunc obloquetur non mihi, sed illi qui clamat: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum? Non. n. ait, duxerit, vt illic aliquo modo intelligamus præcedere voluntatem. Quis trahitur si iam volebat? Et tamen nemo venit nisi velit. Trahitur ergo miris modis vt velit ab illo, qui nouit intus in ipsis hominum cordibus operari, non vt homines quod fieri non potest nolentes credant, sed vt volentes ex nolentibus fiant.

Deus ñ facit, ut nolentes credãt sed facit ex nolẽtibus volẽtes

quia sine nobis operatur in nobis velle inde gratia & libe. arb. ad val. 17. in Tom. 7. & in. 2. Tom. horum opuscul.

CAP. XX.

Hoc verum esse non coniectura suspiciamur humana, sed euidentissima diuinarum scripturarum authoritate dignoscimus. Legitur in Paralipomenon libris: Et quidem in Iuda facta est manus dei, vt daret illis cor vnum

Ezra. 30. vt facerent præceptum regis & principium in verbo

Exech. 36. domini. Item per Ezechielem prophetam dominus dicit: Dabo eis cor aliud, & spiritum nouum dabo eis, & euellam cor eorum lapidum de carne eorũ, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iustificationes meas obseruent & faciant eas. Quid est autem

Hester. 14. quod Hester illa regina orat & dicit: Da sermonem concinnum in os meum, & verba mea clarifica in conspectu leonis, & conuerte cor eius in odium impugnantis nos? Vt quid ista in oratione dicit deo, si non operatur

In de gra & lib. ar. ad Val. 20. & 21. in. 2. To. ho. opuscul. deus in cordibus hominum voluntates? Sed forte hæc mulier insipienter orauit. Videamus ergo vtrum inanis ter præmissus fuerit orantis affectus, & consecutus non fuerit exaudientis effectus. Ecce in ingreditur ad regem. Ne multa dicamus: Et quia non in ordine suo ingredie batur, magna necessitate compulsa, intuitus est eam, sicut scriptum est, velut taurus in impetu indignationis suę. Et timuit regina, & conuersus est color eius per

Quomõ ds mõ uit cor Assuri. dissolutionem, & inclinauit se super caput delicatæ suæ, quæ præcedebat eam. Et conuertit deus, & transtulit indignationem eius in lenitatem. Iam sequentia commemorare quid opus est, vbi deum compleuisse quod illa rogauerat, diuina scriptura testatur operando in corde

regis? Quid aliud, quam uoluntatem, qua iussit & factũ est, quod ab eo regina poposcerat? Quam deus iam ut fieret, exaudierat, qui cor regis antequam mulieris sermonem poscentis audisset, occultissima & efficacissima potestate conuertit, & transtulit ab indignatione ad lenitatem, hoc est, de uoluntate lædendi ad uoluntatem

Philip. 2. fauendi, secundum illud Apostoli: Deus est enim qui operatur in uobis & uelle. Nunquid homines dei qui hæc scripserunt, imo ipse spiritus dei, quo authore per eos ista conscripta sunt, oppugnauit liberum hominis arbitrium? Absit: Sed omnipotentis in omnibus & iudiciũ

Sufficit scire hoi qđ nõ ẽ iniquitas apud hoiem. iustissimum, & auxilium dei misericordissimum commendauit. Sufficit enim scire homini, quod non est iniquitas apud deum. Iam quomodo ista dispenset, faciẽs alios

Rom. 9. secundum meritum vasa iræ, alios secundum gratiam va

Rom. 11. sa misericordiæ: quis cognouit sensum domini, aut quis cõsiliarius eius fuit? Si ergo ad honorem gratiæ pertinemus, non simus ingrati, tribuendo nobis quod accepimus. Quid enim habemus quod non accepimus?

1. Cor. 4 Dicimvs, inquit, sanctos veteris Testamenti, per

Dogma Pelag. fectia hinc iustitia ad æternam transisse vitam, id est, studio virtutis ab omnibus recessisse peccatis, quia & il

CAP, XXI. li quos legimus aliquid peccasse, postea tamen eos emendasse cognouimus. Quantælibet fuisse virtutis antiquos

Destructio dog. Pelag. prædices iustos, non eos saluos fecit, nisi fides mediatoris, qui in remissionem peccatorum sanguinem fudit. Ipsorum enim vox est: Credidi propter quod locutus sum.

Nullus iustus ni si p Christum. Psal. 115. Vnde ait & apostolus Paulus: Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est: Credidi pro

2. Cor. 4. Idẽ ab Aug. & fusius sup euã. Io. trac. 4. & 45 in T. 9. & sup. 1 lib. 3. hypognosticõ ter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Quid est eundem spiritum, nisi quem iusti quoque illi habuerunt, qui ista dixerunt? Dicit etiam

Act. 15. apostolus Petrus: Quid vultis iugum imponere gẽtibus, quod neque nos portare potuimus, neque patres nostri? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus nos

1. Tim. 2. saluꝰ fieri quemadmodum & illi: hoc vos non vultis inimici gratiæ Christi, vt eadem gratia Iesu Christi saluꝰ fa-

CAP. XXII. Dog. Pelag. cti credantur antiqui, sed distributis temporibus secundum Pelagium, in cuius libris hoc legitur, & ante legem dicit saluos factos esse per naturam, deinde per legem, postremo per Christum, quasi hominibus, duorum superiorum temporum ante legem scilicet, & in lege sanguis Christi non fuerit necessarius, euacuantes quod dictum est: Vnus enim deus, vnus & mediator dei, & hominum homo Christus Iesus.

Gratiam Christi, inquiunt, omnibus necessariam & maioribus & paruulis confitemur, & eos qui dicunt de duobus baptizatis natum non debere bapti-

zari, anathematizamus. Nouimus quomodo non secundum Paulum apostolum, sed secundum Pelagium hæreticum ista dicatis: paruulis videlicet baptismum necessarium, non propter remissionem peccatorum, sed tantum modo propter regnum cœlorum. Datis enim eis extra regnum dei locum salutis & vitæ æternæ, etiam si non fuerint baptizati. Nec attenditis quod scriptum est: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur. Propter quod in ecclesia saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea, quæ illis in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Nec illud cogitatis, eos vitam habere non posse, qui fuerint expertes corporis & sanguinis Christi, dicente ipso: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Aut si euangelicis vocibus cogimini confiteri, nec vitam saluremque posse habere paruulos de corpore exeuntes, nisi fuerint baptizati, quærite cur compellantur non baptizati secundæ mortis subire supplicium, iudicante illo, qui neminem damnat immeritum, & inuenietis quod non vultis, originale peccatum. Etiam eos qui dicunt, inquit, baptisma non omnia peccata delere, condemnamus, quia scimus plenam purgationem per ipsa mysteria conferri. Hoc dicimus & nos, sed & paruulos quoque per ipsa mysteria primæ natiuitatis, & obnoxiæ successionis vinculis solui, non dicitis vos. Propter quod de ecclesia Christi, quæ hoc antiquitus tenet, oportet vt sicut cæteri hæretici segregemini & vos.

Matth. 28. Mar. 16. Destructio dog. Pela. qd cõdẽnatũ fuit ab ecclesia in cõci. Milec. can. 2. & i cõci. Aphri. can. 77. i 2. T. cõci. & i de eccle. dog. c. 27. in To. 3. & i 1. T. horum opus. Eucharistia paruulis necessaria. Io. 6

Pelagianiin catholicos.

CAP. XXIII.

IAM vero quod ita concludit epistolam vt dicat: Nemo ergo vos seducat, necse negent impij ista sentire. Sed si verum dicunt, aut audientia detur, aut certe isti episcopi, qui nunc disident damnent, quæ supra dicta, cum Manichæis se ista tenere, sicut nos ista damnamus, quæ de nobis iactant, & fit plena concordia: quod si nolunt, scitote eos esse Manichæos, & ab eorum vos abstinete consortijs: contemnendum est potius quam refellendum. Quis enim nostrum dubitat anathema dicere Manichæis, qui dicunt a bono deo, nec homines, nec nuptias institutas, nec legem datam, quæ per Moysen Hebræo populo ministrata est? Sed & Pelagianis non immerito anathema dicimus, qui tam sunt inimici gratiæ dei, quæ venit per Iesum Christum dominum nostrum, vt eam dicant non gratis, sed secundum merita nostra dari, ac sic gratia iam non sit gratia: tantumque constituunt in libero arbitrio, quo in profundum demersus est homo, vt eo bene utendo dicant hominem mereri gratiam, quæ non nisi per gratiam, quæ nemo bene illo vti posit, nisi per gratiam, quæ non secundum debitum redditur, sed deo gratis miserante donatur.

Catholici in Pelagianos.

Gra nõ merito reddit, si gratis donat, i de gra

natur. Paruulos autem ita contendunt esse iam saluos, vt saluatori audeant negare saluandos. Et hæc execrabilia dogmata tenẽtes & seminantes, adhuc insuper flagitant audientiam, cum damnati debeant agere pœnitentiam.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA DVAS EPISTOLAS Pelagianorum Liber secundus.

CAP. I.

IAM nunc aliam, non Iuliani tantũ sed & communem cum pluribus Pelagianis epistolam, quam Thessalonicam miserunt, cõsideremus epistolam eique domino adiuuante respondeamus vt possumus. Quod opus nostrum ne longum fiat, quã causę ipsius necessitas postulat, qd opus est ea quoque refellere, quæ dogmatis eorum insidiosa venena non continent: sed tãtum in auxilium suum, vel pro catholica fide cõtra Manichæorum sicut loquuntur prophanitatem, consensionẽ orientalium episcoporum videntur exposcere, nihil aliud nitentes, nisi vt horribili hæresi obiecta, cuius se aduersarios confingunt, lateant inimici gratię in laude naturę. Quis enim eis hinc commouit aliquando quęstionem? Aut cui catholicorum propterea displicent, quia damnãt eos quos prędixit Apostolus recessuros a fide, cauteriatam habentes conscientiam, prohibẽtes nubere, abstinẽtes a cibis, quos immundos putant, nec putantes a deo conditos esse condita? Quis eos aliquando negare compulit, quod omnis creatura dei bona sit, & nulla substãtia sit, quã non fummus fecerit deus, nisi ipse deus qui non est ab aliquo factus? Nõ ista in eis, quę cõstat esse catholica, reprehẽduntur atq; damnantur. Impietatẽ quippę manichęorũ nimiam, stultam & noxiã, non solum fides catholica detestatur, verũ etiã hęretici omnes, qui nõ sunt Manichęi. Vnde & isti Pelagiani hoc bene faciũt, Manichęis anathema dicere, & eorum erroribus cõtradicere,

1. Thi. 4.

Pelagiãi bñ faciunt cõtradicere Manichæis.

Sed faciunt duo mala quibus & ipsi anathematizandi sunt: Vnum, quod catholicos Manichæorum nomine criminantur: alterum, quod etiam ipsi hæresim noui erroris inducunt. Neque enim quia Manichæorum morbo non laborant, propterea fidei sanæ sunt. Non vnum genus stilentiæ est genus, quemadmodum in corporibus, ita & in mentibus. Sicut ergo medicus corporis non continuo pronunciasset a mortis periculo liberum, quem negasset hydropicum, si alio lætali morbo perspexisset ægrotum; ita istis non ideo veritas gratulatur, quia Manichæi nó sunt, si alio genere peruersitatis insaniunt: Quapropter aliud est quod anathematizamus cum eis, aliud quod in eis. Detestamur enim cum eis, quòd recte displicet etiam ipsis, ita tamen vt detestemur in eis, vnde recte displicent ipsi.

Cõfert Mãichæos cũ Pelagiãis CAP. II.

Dogma pelagianum.

MANICHAEI dicunt, deum bonum non omnium naturarum esse creatorem. Pelagiani dicunt, deum non esse omnium ætatum in hominibus mundatorem, saluatorem, liberatorem. Catholica vtrosque redarguit, & contra Manichæos defendens dei creaturam, ne ab illo instituta negetur vlla natura, & contra Pelagianos, vt in omnibus ætatibus perdita requiratur humana natura, Manichæi carnis concupiscentiam non tanquam accidens vitium, sed tanquam naturam ab æternitate malam vituperant. Pelagiani eam tanquam nullum vitium sed naturale sit bonum insuper laudant. Catholica vtrosque redarguit, Manichæis dicens, non natura, sed vitium est: Pelagianis dicens, non a patre sed ex mundo est: vt eam velut malam valetudinem sanari vtrique permittãs, desinendo illi tanquam insanabilem credere, isti tanquam laudabilem prædicare. Manichæi negant homini bono ex libero arbitrio fuisse initium mali. Pelagiani dicunt etiam hominem malum sufficienter habere liberum arbitrium ad faciendum præceptum bonum. Catholica vtrosque redarguit, & illis dicens: Fecit deus hominem rectũ. Et istis dicens: Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Manichæi dicunt, animam particulam dei, naturæ malæ commixtione habere peccatum. Pelagiani, dicunt, animam iustam, non quidem particulam, sed creaturam dei, etiam in ista corruptibili vita non habere peccatum. Catholica vtrosque redarguit, Manichæis dicens: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, fructum eius malum: quod non dicere tur homini, qui naturam facere non potest, nisi quia peccatum non natura, sed vitium est: Pelagianis dicens: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seduc imus, & veritas in nobis non est. His morbis inter se co trarijs Manichæi Pelagianique confligunt dissimili vo

Ecclesia catholica manichęos & pelagianos redarguit.

Ecclę. 6. Ioan. 8.

Matth. 12.

1. Io. 1.

luntate simili vanitate, separati opinione diuersa, sed pro pinqui mente peruersa. Iam vero gratiam Christi simul oppugnant, baptismum eius simul euacuant: carnem eius simul exhonorant, sed etiam hæc modis causisque diuersis. Nam Manichæi meritis naturæ bonæ, Pelagiani auxiliri, illi dicunt, debet hoc deus laboribus membrorum suorum. Isti dicunt, debet hoc virtutibus seruorum suorum, Vtrisq; ergo merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Manichęi lauacrum regenerationis, id est, aquam ipsam dicunt esse superfluam, nec prodesse aliquid prophano corde contendunt. Pelagiani autem quod in sacro baptismate ad expianda peccata dicitur, nihil opitulari infantibus nullum peccatum habentibus asserunt. Ac per hoc in paruulis baptizandis, quantum ad remissionem attinet peccatorum, Manichæi visibile destruunt elementum, Pelagiani autem etiam inuisibile sacramentum. Manichæi carnem Christi exhonorant, partum virginis blasphemando, Pelagiani autem carnem redimendorum carni redemptoris æquãdo. Propterea quippe natus est Christus, non vtique in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, quia cæterorum hominum nascitur caro peccati. Manichæi ergo omnem carnem penitus detestantes, auferunt carni Christi perspicuam veritatem. Pelagiani vero nullam carnem peccati nasci asseuerantes, auferunt carni Christi propriã dignitatem. Desinant itaque Pelagiani catholicis obiecta re quod non sunt, nec ideo se velint haberi amabiles, quia odioso Manichæorum aduersantur errori, sed meri to se agnoscant odibiles, quia suum non auersantur errorem. Possunt enim duo errores inter se esse contrarij, sed ambo sunt detestandi, quia sunt ambo contrarij veritati. Nam si propterea sunt diligendi Pelagiani, quia oderunt Manichæos, diligendi sunt & Manichæi, quia oderunt Pelagianos. Sed absit vt catholica mater propter alterorum odium, alteros eligat amare, cum monente atque adiuuante domino debeat vtrosque vitare, & cupiat vtrosque sanare.

Roma. 8.

Lenitas hæretis spes est.

QVINETIAM Romanos clericos arguunt, seruientes eos iussionis terrore perculsos non erubuisse præuaricationis crimen admittere, vt contra priorem sententiam suam, qua gestis catholico dogmati assuerant, CAP. III. postea pronunciarent malam hominum esse naturam: imo vero Pelagiani spe falsa putauerant, nouum & execrabile dogma Pelagianum vel Celestianum persuadere quorundam Romanorum catholicis mentibus posse, quando illa ingenia quãuis nefando errore peruersa, non tamen contẽptibilia, cũ studiose corrigẽda potius, quam

facile damnanda videretur, aliquanto lenius, quam seu-
rior postulabat ecclesiæ disciplina, tractata sunt. Tor-
& tantis inter apostolicam sedem & Aphros episcopos
current ibus & recurrentibus scriptis ecclesiasticis, etiam
gestis de hac causa apud illam sedem, Celestio presente &
respondente confectis, quæ nam tandem epistola venera-
dæ memoriæ papæ Zosimi, quę interlocutio reperitur,
vbi præceperit credi oportere sine vllo vitio peccari ori-
ginali hominem nasci: nusquam prorsus hoc dixit, nus-
quam omnino conscripsit. Sed cum hoc Celestius in suo
libello posuisset, inter illa duntaxat de quibus se adhuc
dubitare & instrui velle confessus est, in homine acerri-
mi ingenij, qui profecto si corrigeretur, plurimi profuis-
set, voluntas emendationis, non falsitas dogmatis appro
bata est. Et propterea libellus eius catholicus dictus est,
qui & hoc catholicæ mentis est: si qua forte aliter sapit,
quam veritas exigit, non ea certissime definire, sed dete
cta ac demonstrata respuere. Non enim hæreticis, sed ca-
tholicis Apostolus loquebatur, vbi ait: Quotquot ergo
Philip.3. perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapiris, id quoque
deus vobis reuelabit. Hoc in illo factum esse putabatur,
quando se literis beatæ memoriæ papæ Innocentij, qui-
bus de hac redubitatio tota sublata est, consentire respo
dit: Et hoc vt plenius & manifestius in illo fieret, expe-
ctabat venturis ex Aphrica literis, in qua provincia eius
aliquanto calliditas euidentius innotuerat. Quę Roma
nę literę postea quam venerunt, id continentes non sufti-
cere hominibus tardioribus & solicitioribus, quodsi
generaliter Innocentij episcopi literis consentire fatebā-
In Epistola 47. &. 95. t. 2. T. ho. op. & Epist. 25. & 26. Innocētij papæ. in 1. To. concil. tur, sed aperte cum debere anathematizare, quę in suo li
bello praua posuerat, ne si id non fecisset, multi parum in
telligentes, magis in lib ello eius illa fidei venena a fide
apostolica crederent approbata, propterea quod ab illa
dictū erat, eum libellum esse catholicum, quā emendata,
propter illud quod se papę Innocētij literis consentire fa
se respondisset. Tunc ergo cum eius presentia posceretur,
vt certis ac dilucidis responsionibus, vel astutia hominis
vel correctio diluceseeret, & nulli ambigua remaneret, se
subtraxit, & negauit examini. Nec differendum iam fue
rat, sicut factum est, quod alijs prodesset, si nimiū peruer
sorū pertinaciæ dementięque non posset, Sed si quod ab
sit, ita tunc fuisset de Celestio vel Pelagio in Romana ec
clesia iudicatum, vt illa eorū dogmata, quę in ipsis & cū
ipsis papa Innocētius damnauerat, approbanda & tene
da pronunciarētur, ex hoc potius esset prævaricationis
nota Romanis clericis inurēda. Nunc vero cū primitus
beatissimi papę Innocentij literę episcoporum literis re
spōdentes Aphrorum, pariter hunc errorē, quem cons-
tur illi

turisti persuadere damnauerūt, successor quoq; eius san
ctus papa Zosimus hoc tenendum esse, quod isti de par
uulis sentiunt, nunquam dixerit, nūquam scripserit: In
super etiam Celestium se purgare molientem ad consen-
tiendum supradictis sedis apostolicæ literis crebra inter
locutione cōstrinxerit, profecto quicquid interea lenius
actum est cū Celestio, seruata duntaxat antiquissimę &
robustissimę fidei firmitate, correptionis fuit clementis si
ma suasio, non approbatio exitiosissima prauitatis: Et
quod ab eodē sacerdote postea Celestius & Pelagius re
perita authoritate damnati sunt, paululum intermisse, iā
necessario proferendę ratio seueritatis fuit, non pręuari
catio prius cognitæ vel nona cognitio veritatis.

Damnatio Celestij CAP. IIII.

SED quid opus est nos de hac re loquendo diutius
immorari, cum extent hinc atque inde gesta & scripta di
recta, vbi posint cuncta illa quemadmodum acta sunt,
vel cognosci vel recognosci? Interrogationibus enim san
cti præcessoris tui, & Celestij responsionibus, quibus se
beati papæ Innocentij literis consentire professus est,
quis non videat quemadmodum sit Celestius colligatus
& vinculo saluberrimo obstrictus, ne viterius defendere
auderet in baptismate paruulorum non dimitte origina-
le peccatum? Venerabilis quippe Innocentij episcopi de
hac re ista sunt verba ad Carthaginēse concilium: Libe
rum, inquit, arbitrium olim ille ppessus dum suis incon-
sultius vtitur bonis, cadens in prævaricationis profunda de
mersus, nihil quemadmodum exinde surgere posset inue
nit: sinach in æternum libertate deceptus, huius ruinę latu
isset oppressu, nisi eū post Christi pro sua gratia liberasset
aduentus, qui per nouę regenerationis purificationē om
ne præteritum vitium sui babtismatis lauacro purgauit.

Determinatio Innocētij Papę, de libero arbitrio. q̄ hē in epistola 25. & 26. eiusdē pontificis. in. 1. Tom. concil.

Quid ista sedis apostolicæ sententia clarius atque ma-
nifestius? Huic se Celestius consentire professus est,
quando cum illi a sancto præcessore tuo dictum esset:
Illa omnia damnas quæ iactata sunt de nomine tuo? Ip-
se respondit: Damno secundum sententiam beatæ me-
moriæ præcessoris tui, Innocentij. Inter cætera autem
quæ de nomine eius iactata fuerant, diaconus Celestio
Paulinus obiecerat, quod diceret peccatum Adæ ip-
si soli obfuisse & non generi humano: & quod infan-
tes nuper nati, in eo essent statu in quo Adam fuit an-
te peccatum. Proinde si obiecta Paulini secundum senten
tiam beati Papæ Innocentij, veraci corde atque ore
damnaret, quid ei remaneret deinceps vnde contende-
ret, nullum esse ex præterita primi hominis transgressio
ne in paruulis vitium, quod per nouæ regenerationis pu
rificationem sacro baptismate purgaretur? Sed illud se
respondisse fallaciter nouissimo exitu ostendit, cum se

subtraxit examini, ne secundum Aphricana rescripta ipsa omnino de hac quęstione verba commemorare & anathematizare, quæ in libello suo posuit, cogeretur. Quid illud quod idem Papa de hac ipsa causa etiam Numidis rescripsit episcopis, quia de vtroque concilio & de Carthaginensi scilicet & Milenitano scripta susceperat, non ne apertissime de paruulis loquitur; Hæc enim eius verba sunt: Illud vero, quod eos vestra fraternitas asserit prædicare, paruulos æternę vitę premijs etiam sine baptismatis gratia posse donari: perfactum est. Nisi enim mę ducauerint carnem filij hominis & biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis. Qui autem hanc eis sine regeneratione defendunt, videtur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum prædicant hos habere, quod in eos credimus non nisi baptismate conferedum. Quid ad hęc dicit ingratus, cui sedes apostolica iam sua professione quasi correcto, benignissima lenitate pepercerat? Quid ad hæc dicit, vtrum post huius vitæ finem paruuli, etiam si dum viuunt non baptizentur in Christo, in vita æterna erunt, an non erunt? Si dixerit, erunt: quomodo ergo quæ de nomine eius iactata sunt secundum sententiam beatæ memoriæ Innocentij se damnasse respondit? Ecce beatæ memorię Innocētius papa, sine baptismo Christi, & sine participatione corporis & sanguinis Christi vitam non habere parunlos dicit. Si dixerit, non erūt: quomodo ergo non accipientes æternam vitam, vtique consequēter ęterna morte damnantur, si nullum trahunt originale peccatum? Quid ad hæc dicunt isti qui suas calumnioſas impietates scribere audent, & Orientalibus episcopis mittere? Tenetur Celestius literis venerabilis Innocētij præbuisse cōsensum: Leguntur ipsæ memoratarum istis literæ scribentis non baptizatos vitam paruulos habere non posse. Quis autem negabit id esse consequens vt mortem habeant, qui non habent vitam? Vnde ergo in infantibus ista miserabilis pœna, si nulla originalis est culpa? Quomodo igitur ab istis fidei desertoribus & oppugnatoribus gratiæ Romani clerici præuaricationis arguuntur sub episcopo Zosimo, quasi aliud senserint in damnatione posteriore Celestij & Pelagij, quam quod sub Innocentio in priore senserunt? Quia vtique cum literis venerabilis Innocentij de paruulis, nisi baptizarentur in Christo, in æterna morte mānsuris catholicæ fidei clareret antiquitas, profecto ecclesiæ Romanæ prævaricator potius esset quicunque ab illa sententia deuiasset: quod deo propitio, quoniam factum non est, sed ipsa constanter repetita Celestij, & Pelagij damnatione seruata est, se intelligant esse vnde alios eripiant, & aliquando a fidei prævaricatione sanentur.

determinatio Innocētij Papę, de baptismate paruulorū vbi sup. Ioan. 6.

ne baptismo Xpi, & sine participatione corporis, & sanguinis xpi, paruuli nō possunt vitā hrę ęternā, idem & fusius i Hypognosticō lib. 5. et in Epist. 95. i. 2. To. ho. op. & in resposione Innocētij Papę ad illam Epist. in. 1. Tom, concil.

tur. Malam quippe hominum esse naturam, nō dicit catholica fides, inquantum homo a creatore primitus institutus est, neque nunc quod in illa deus creat, cum homines ex hominibus facit, hoc est malum eius, sed quod ex illo vitio primi hominis trahit.

Fatū p gratiā. CAP. V.

IAM nunc illa uidenda sunt, quæ in epistola sua nobis obiicientes, breuiter posuerunt, quibus hæc est nostra responsio: Peccato Adæ arbitrium liberum de hominum natura perisse non dicimus, sed ad peccandum valere in hominibus subditis diabolo: ad bene autem pie que uiuendum non valere, nisi ipsa uoluntas hominis dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, sermonis, cogitationis adiuta. Neminem nisi dominum deum dicimus nascentium conditorem, nec a diabolo sed ab ipso nuptias institutas: omnes tamen sub peccato nasci propter propaginis uitium, & ideo esse sub diabolo donec renascantur in Christo: Nec sub nomine gratiæ fatum asserimus, quia nullis hominū meritis dei gratiam dicimus antecedi. Si autem quibusdam omnipotētis dei uoluntatem placet fati nomine nūcupare, propharas quidem verborum nouitates euitamus, sed de uerbis contendere non amamus. Vnde autē hoc eis uisum fuerit nobis obijcere, quod fatum asseramus sub nomine gratiæ, cum aliquāte attentius cogitarim, prius eorum uerba quæ consequūtur inspexi. Sic enim hoc nobis obiiciendum putarunt: Sub nomine, inquiunt, gratię fatum asserunt, vt dicant: quia nisi deus inuito & renitenti homini inspirauerit boni & ipsius imperfecti cupiditatem, nec a malo declinare, nec bonum posset arripere. Deinde aliquanto post, vbi ipsi quæ defendant, cō memorant, quid de hac re ab eis diceretur, attendi. Baptisma, inquiunt, omnibus necessarium esse ætatibus cō fitemur, gratiam quoque adiuuare vniuscuiusque bonū propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere, quia personarum acceptio non est apud deum. Ex his eorum verbis intellexi, ob hoc illos vel putare vel putari velle, fatum nos asserere sub nomine gratiæ, quia gratiam dei non secundum merita nostra dicimus dari, sed secundum ipsius misericordissimā voluntatē, q dixit. Miserebor, cui misertus ero: & misericordiā præsta bo, cui misericors fuero. Vbi consequenter adiunctum est: Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est deī. Posset etiam hinc quispiam similiter stultus fati assertorem Apostolum putare vel dicere: Verum hic se ipsi satis aperiunt. Cum enim propterea nobis calumniā tur, dicentes nos fatum gratiæ nomine asserere, quia nō secundum merita nostra dari dicimus dei gratiam, proinde dubio consitentur, quod ipsi eam secundum nostra merita

Merita nō p̄ceduīt gr̄am, idē in p̄fatio. psal. 31. in To. 8. & in. 1. Tho. opu. & in de gra & lib. ar. ad val. c. 6. & 7. To. 7. & i. 2. Tho. op. & i epist. 95. i. 2. T. ho. op.

Exod. 33. Roma. 9.

merita dari dicunt: Ita ęcitas eorum occultare ac dissimulare non potuit hoc se sapere atque sentire, quod sibi obiectum Pelagius in episcopali iudicio Palestino sub dolo timore damnauit. Obiectum quippe illi est ex verbis quidem discipuli sui Cœlestij, quod etiam ipse diceret, gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod ille detestans, vel quasi detestans, ore duntaxat anathematizare non distulit: Sed sicut eius libri posteriores indicant, & istorum sectatorum eius nudata assertio, ficto cordeseruauit, donec postea quod tunc metu rexerat negantis astutia, etiam in literas proferret audacia. Et adhuc non reformidant, nec saltem verecundantur episcopi Pelagiani literas suas catholicis Orientalibus episcopis mittere, quibus nos assertores fati esse criminant, qa nō dicimus gratiam dei secūdum merita nostra dari, quod Pelagius episcopos Orientales metuens, dicere non ausus, & damnare compulsus est.

CAP. VI.

Nōē gra, nisi gratis dē, idē in expo. psal. 51. & in de gra. & li. arb. ad val. c. 6. &. 7 C. 8. in Ta. 6. & in 2. To. ho. op. & i exp. psal. 31 in 1. To ho. op.

ITA ne vero filij superbiæ, inimici gratiæ dei, o nouæ hæretici Pelagiani, quisquis dicit, gratię dei omnia hominis bona merita præueniri, nec gratiam dei meritis dari, ne non sit gratia, si non gratis datur, sed debita meritibus redditur, fatum vobis videtur asserere? Nonne etiam vosipsi qualibet intentione necessarium baptismū omnibus ætatibus dicitis? Nonne in hac ipsa epistola vestra istam de baptismo sententiam, & de gratia iuxta positis? Cur non vos baptismus qui datur infantibus, ipsa vicinitate commonuit quid sentire de gratia debeatis? Hęc enim verba sunt vestra: Baptisma omnibus necessarium esse ętatibus confitemur, gratiam quoque adiuuare vniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere, quia personarum acceptio nō est apud deum. In his omnibus verbis vestris de gratia quod dixistis, interim taceo: de baptismate reddite rationem, cur illud dicatis omnibus esse ætatibus necessarium, quare sit necessarium paruulis dicite, profecto quia eis boni aliquid confert, & idem aliquid necparuum nec mediocre, sed magnum est. Nam si eos negatis attrahere quod in baptismo remittatur originale peccatum, tamen illo regenerationis lauacro adoptari ex

Infra ī de pd. & gra & li. ar. 22. & in de corr. & gra. 8. in To. 7. & in. 2. To. horum opuscul.

filijs hominum in filios dei non negatis, imo etiam praedicatis, dicite ergo nobis quicunque baptizati in Christo paruuli de corpore exierunt, hoc tam sublime donum quibus præcedentibus meritis acceperunt? Si dixeritis, hoc eos parentum pietate meruisse: Respondebitur vobis, cur aliquando piorum filijs negatur hoc bonum, & filijs tribuitur impiorum? Nonnunquam enim de religiosis orta proles in tenera ætate atque ab vtero recentissimo prœuenitur morte, antequam lauacro regenerationis abluatur: & infans natus ex inimicis Christi misericordia Christianorū baptizatur in Christo. Plāgit baptizata mater non baptizatum proprium: & ab impudica expositum, baptizandum casta fœtum colligit alienum. Hic certe merita parentum vacant, vacant vobis fatentibus ipsorum etiam paruulorum. Scimus enim vos non de anima humana credere, quod ante corpus terrenum alicubi vixerit, & aliquid operata sit vel boni vel mali, vnde istam in carne differentiam mereretur. Quę igitur causa huic paruulo baptismum procurauit, illi negauit? An ipsi fatum habent, quia meritum non habent? aut in his est acceptio a domino personarum? Nam vtrunque dixistis, prius fatum, acceptionem postea personarum, vt quoniam vtrunque refutandum est, remaneat, quod vult eis aduersus gratiam introducere meritum. Respondere igitur de meritis paruulorum, cur alij baptizati, alij non baptizati de corporibus exeant, nec parentum meritis vel polleant vel careant tam excellenti bono, vt fiant sancti dei ex hominum filijs, nullis parentum, nullis meritis suis. Nempe reticetis. & vos ipsos potius in eo quod nobis obijcitis inuenitis. Nam si vbi non est meritum, consequenter esse dicitis fatum, & ob hoc in gratia dei meritum hominis vultis intelligi, ne fatum cogamini cōfiteri, ecce vos potius asseritis fatum in baptismate paruulorum, quorum nullum esse fatemini meritum. Si autē in baptizandis paruulis, & nullū meritum omnino præcedere & tamen fatum non esse conceditis, cur nos quā do dicimus gratiam dei propterea gratis dari, ne gratia non sit, & non tanquam debitam meritis precedentibus reddi, fati assertores esse iactatis? non intelligentes in significandis impijs sicut propterea merita non sunt, quia dei gratia est, ita propterea non esse fatum, quia dei gratia est, ita propterea non esse acceptionem personarum, quia dei gratia est? Fatum quippe qui affirmant, de syderum positione ad tempus quo concipitur quisq; vel nascitur quas constellationes vocant, non solū actus & euenta, verum etiam ipsas nostras voluntates pendere contendunt: Dei vero gratia non solum omnia sydera & oēs cœlos, verū etiā oēs angelos supergredit. Deinde fati assertores & bona & mala hoium fato tribuūt: Deus aūr in malis hoium merita eorū debita retributiōe p sequit, bona vero p indebitā gratiā misericordi voluntate largit, vtrunq; faciens nō per stellarū tēporale cōsortiū, sed p suæ seueritatis & bonitatis ęternū altūq; consilium. Neutrum ergo pertinere videmus ad fatum.

Fatum quid.

HIC respondetis, hanc ipsam dei beneuolentiā qua non merita sequitur, sed bona indebita gratuita bonitate largitur, fatum potius esse dicendum, cum hanc

Quid sit acceptio pſonarum.

CAP. VII.

Apostolus

Ephe.2.

Acceptio personarum quid.

Quod apud deū nō ē acceptio personarum, ꝓbat exēplo ab humanis sumpto, idē i Ench.c.99.i T.3.& in.1.T.hoop.& ī epi.105. in To.2.& in.2 To.ho.op.& in de p̄d.& grat.2.& 3.in To.7.& ī ísto.3.T. horū opuscul.

Matth.20.

Nō ē acceptio ꝑsonarum apud deū, & si vni donat, alteri nō donat, idē ī de p̄d. & grā.3. infra ī. ísto.3.To.opus.

Rom.5.

Roma.9.

Apostolus gratiam vocet dicens: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non est ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Nonne attēditis, nonne perspicitis, non a nobis diuinę gratię nomine fatum afferi, sed a vobis potius diuinam gratiam fati nomine nuncupari? Item quia acceptio personarum ibi rectę dicitur, vbi ille qui iudicat relinquens causę meritum de qua iudicat, alteri contra alterum suffragatur, quia inuenit aliquid in persona quod honore vel miseratione sit dignum? Si autem quispiam duos habeat debitores, & alteri vellet dimittere debitum, & alterum exigere, cui vult donat, sed neminem fraudat: nec acceptio personarum dicenda est, quādo iniquitas nulla est. Alioquin eis qui parum intelligunt, potest acceptio personarum videri, vbi uineę dominus operarijs, qui vna hora illic opus fecerunt, tantum dedit, quantum illis qui pertulerunt pondus diei & ęstus, ęquales faciens in mercede, quorum tam magna distantia fuerat in labore: Sed qd respondit de hac, velut acceptione personarum adueršus patremfamilias murmurantibus? Amice, inquit, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario cōuenisti mecū? Tolle quod tuum est, & vade, volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Nempe hic tota iustitia est: Hoc volo tibi, inquit, reddi, huic donaui, neque vt huic donarem, tibi aliquid abstuli aut quod debebam vel minui vel negaui. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Sicut ergo hic nulla est acceptio personarum, quia sic alius gratis honoratur, vt alius debito non fraudetur: sic etiam cum secundum propositum dei vocatur alius, alius non vocatur: vocato datur gratuitō bonum, cuius boni est vocatio ipsa principium, non vocato redditur malum, quia omnes rei sunt ex eo, quod per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. Et in illa quidem operariorum similitudine, vbi vnum denarium acceperunt qui vna hora, & qui duodecies tantum laborauerunt, qui vtique secundum rationes humanas, sed vanas, pro quantitate laboris sui duodecim denarios accipere debuerunt, vtrique in bono coæquati, non alij liberati, alij damnati sunt: quia & illi qui plus laborauerunt, & quod sic vocati sunt vt venirent, & sic pasti vt non dcficerent, ab ipso pater familias habuerit. Vbi autem dicitur, Ergo cui vult miseretur: & quē vult obdurat, qui facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliā: bonum quidem immerito & gratis datur, quia ex eadem massa est, cui datur: malum vero merito & debitum redditur, quia in massa perditionis malum malo nō male

male redditur, & ei cui redditur malum est, quia supplicium est: ei vero a quo redditur, bonum est, quia rectę factum eius est. Nec vlla est acceptio personarum in duobus debitoribus, æqualiter reis, si alteri dimittitur, alter exigitur, quod pariter ab vtroque debetur. Sed vt id qđ dicimus alicuius exempli manifestatione clarescat, constituamus aliquos ab aliqua meretrice geminos editos, atque vt ab alijs colligerentur expositos: horum sine baptismo expirauit vnus, alius baptizatus: quod hic fatū aut fortunam fuisse dicamus, quę omnino nulla sunt, q̄ personarum acceptionem, quæ apud deum nulla est, etiā si in istis vlla esse potuisset, qui vtique nihil habebant, vnde alter alteri præferretur: meritaque nulla propria, siue bona, quibus mereretur alius baptizari, siue mala, quibus alius sine baptismate moriꝰ An aliqua parentum fuerunt, vbi fornicator pater, meretrix mater? Sed quālibetcunque illa fuerint, non vtique istis tam diuersa condition morientibus vlla diuersa, sed vtrique communia. Si ergo nec fatum, quia nullę stellę ista decernunt, nec fortuna, quia non fortuiti casus hæc agunt, nec persona rum, nec meritorum diuersitas hoc fecerunt: quid restat quantum ad baptizatum attinet, nisi gratia dei quæ vasis factis in honorem gratis datur: quātum autem ad nō baptizatum ira dei, quæ vasis in contumeliā pro ipsius masse meritis redditur. Sed in illo qui baptizatus est, gratiam dei vos confiteri cogimus, & meritum eius nullū precessisse conuincimus: de illo autē sine baptismate mortuo, cur ei defuerit sacramentum, quod & vos fatemini omnibus ætatibus necessarium, & quid isto modo in eo fuerit vindicatum, vos videritis qui non vultis esse originale delictum. Nobis in duobus istis geminis vnam ꝑ cui dubio habentibus causam, difficultatem quæstionis cur alius sic, alius vero sic mortuus est, velut non soluendo soluit Apostolus: Qui cum & ipse de duobus geminis tale aliquid proposuisset, propter quos non ex operibus, quia nondum operati fuerant aliquid boni vel mali, sed ex vocante dictum est, Maior seruiet minori: Et, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: & huius profunditatis horrorem vsque ad hoc perduxisset vt diceret, Ergo cuius vult miseretur, & quem vult obdurat: sensit conti nuo quid moueret & sibi verba contradicentis, quæ apostolica authoritate coerceret, opposuit. Aut enim, Dicis itaque mihi, quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Respondit que ista dicenti: O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentū ei qui se finxit, quare sic me feciſti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam? Deinde secutus

tam

Exēplū quod ī deo nō est acceptio personarū.

Pro isto exēplo hēs Au.ī de grā & li.ar.ad valē. 22.in To.7.& ī de corr.& grā.8 in To.7.&.in.3 To.ho.op.& ī.3 de li.ar.c.vlt.in T.1.& in.2. T. ho.op. & sup.in isto li.c.p̄cedēti.

Roma.9.

Malach.1.

Hoc idē & fusius in epi.105.in To.2.& ī.2.To. ho.opus.& in de grā & li.ar.c.22 in To.7.& in.2 To ho.op.& in de p̄d.& grā.7.ī Tom.7.& in.3. To.horū opus.

tam magnum abditumq; secretum, quantum aperiendo esse hominibus iudicauit, aperuit dicens: Si autem volens deus ostendere iram & demonstrare potentiam suã attulit in multa patientia vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionẽ, & vt notas faceret diuitias gloriæ suę in vasa misericordię, quæ præparauit in gloriam, hoc est gratię dei non solum adiutorium, verum etiam documentum. Adiutorium scilicet in vasis misericordiæ, in vasis autem iræ documentum in eis enim ostendit iram & demonstrat patientiam suam, quia tam potens est bonitas eius vt bene vtatur etiam malis, & in eis facit diuitias gloriæ suę in vasa misericordię, quoniam quod ab irę vasis exigit iustitia punientis, hoc vasis misericordiæ dimittit gratia liberantis. Nec beneficium quod quibusdam gratis tribuitur appareret, nisi deus alijs ex eadem massa parter reis iusto supplicio condemnatis, qui vtriusque deberetur, ostenderet. Quis enim te discernit? aut idem Apostolus, homini tanquam de semetipso & de suo proprio bono glorianti: Quis enim te discernit? vtique ab irę vasis, a massa perditionis, quę per vnum omnes missi in damnationem. Quis te discernit? Et tanquam respondisset, discernit me fides mea, propositum meum, meritum meum. Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? hoc est, quasi de tuo sit, vnde discerneris. Ergo ille discernit qui vnde discernaris impertit, pœnam debitam remouendo, indebitam gratiam largiendo: ille discernit qui cum tenebræ essent super abyssum, dixit: Fiat lux & facta est lux: & diuisit, hoc est, discreuit inter lucem & tenebras. Non enim cum sole essent tenebræ quid discerneret inuenit, sed lucem faciendo decreuit vt iustificatis impijs discatur: Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, hac si qui gloriatur non seipso sed in domino glorietur. Ille discernit qui de nondum natis neque qui aliquid egerant boni aut mali, vt secundum electionem propositum eius manere, non ex operibus, sed ex ipso vocante dixit: Maior seruiet minori: atq; ipsum commendans postea per propheram: Iacob, inquit, dilexi, Esau autem odio habui: electione quippe dixit, vbi deus non ab alio factum, quod eligat inuenit, sed quod inueniat ipse facit, sicut de reliquijs Israel scriptum est: Reliquię per electionem gratiæ factę sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Propter quod profecto delirijs, qui dicitis ex futuris operibus, quę deus illum facturus esse præsciebat, Iacob fuisse dilectum: atque ita contrarijs Apostolo dicenti, non ex operibus: quasi non possit dicere, non ex præsentibus, sed ex futuris operibus: sed ait non ex operibus. vt gratiam commendaret: si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Gratia vtique, vt per illam fiant bona opera, tanquam operibus reddatur gratia, ac sic gratia iã non sit gratia. Sed vt vobis auferretur omnis vestrę caliginis latebra, propterea geminos tales proposuit, qui ne que parentum meritis iuuarentur, & ambo infantię primordio vnus baptizatus, alter sine baptismate moreretur, ne dicereris deum, sicut de Iacob & Esau cõtra Apostolum dicitis, opera eorum futura præsciisse. Quomodo enim præsciuit ea futura, quæ illis in infantia morituris, quia præscientia eius falli non potest, præciuit potius nõ futura? Aut quid prodest eis qui rapiuntur ex hac vita, ne malitia muter intellectum eorũ, aut ne fictio decipiat animam eorum, si peccatum etiam quod non est factum, dictum, cogitatum, tanquam commissum fuerit, sic puniturr? Quod si absurdissimum, insulsissimum, demẽtissimũ, est, quoslibet homines ex his peccatis, quorum nec rea tum ex parentibus trahere, sicut dicitis, nec ea non solum commitere, sed nec saltem cogitare potuerunt, esse damnandos: redit ad vos frater ille geminus baptizati non baptizatus, & tacitus querit a vobis, vnde fuerit a fraterna felicitate discretus, cur illa infelicitate punitus vt illo in dei filium adoptato ipse nõ acciperet omnibus gratibus necessarium, sicut fatemini, sacramentum, si quẽ admodum nulla est fortuna vel fatum, vel apud deum acceptio personarum, ita nullum est gratiæ meritis donatum, nullum originale peccatum. Huic prorsus infanti linguam vestram vocemq; submittitis, huic non loquendi quid loquamini non habetis. Iam nunc videamus vt possumus hoc ipsum quod volunt prœcedere in homine, vt adiutorio gratię dignus habeatur, ac sic gratia iã non sit gratia. Videamus tamen quid illud sit: Sub nomine, inquiunt, gratię ita fatum asserunt, vt dicant, quia nisi in inuito & reluctanti homini inspirauerit boni & ipsam imposuit arripere.

IAM de fato & gratia quam inania loquantur oftendimus, nunc illud est quod debemus aduertere, vtrum inuito & reluctanti homini deus inspiret boni cupiditatem, vt iam non sit reluctans, non sit inuitus, sed consentiens bono & volens bonum. Isti enim volunt in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni, vt huius cœpti meritum etiam perficiendi gratia consequatur si tñ hoc saltẽ volunt. Pelagius, n. facilius dicit impleri quod bonum est, si adiuuet gratia. Quo additamento, id est addẽdo facilius, vtiq; significat hoc se sapere, qđ etiã si gratiæ

Roma.11.

Quomõ præparet homo cor. CAP. VIII.

Sap.4.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tã potẽs boni tas dei, vt benevtaf ẽ malis idẽ in epist. 95. in. 2. Tom. horũ opu,

1. Cor. 4.

Gene. 1

Ephe. 5. Hier. 9. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10. Roma. 9.

Malac. 1.

Roma. 11.

Hoc Pelagianũ dog. Au destruit in de pd. san. 18. in T. 7. & i isto 3. To. opuscul.

Malach. 1.

Hoc dānatum in epi. Cęlest. i. 2. To. 10. op. & in cōci. mil. cā. 5, & 9. & i epi. 25. & 26. innocētij papę in. 1. To. cōci.

si gratię defuerit adiutorium, potest quanuis difficilius impleri bonum per liberum arbitrium. Sed istis quid in hac re sentiunt, non de illo authore huius hęresis prę scribamus, permittamus eos cum suo libero arbitrio esse liberos, & ab ipso Pelagio, ad quem ista verba eorum, quæ in hac cui respondemus Epistola posuerunt, potius attendamus. Hoc enim nobis obijciendum putarunt, quasi inuito & reluctanti homini deum dicamus inspirare, non quanticunque boni, sed & ipsius imperfecti cupiditatē. Fortasis ergo ipsis eo modo saltem seruant locum gratię vt sine illa purent hominem posse habere boni, sed imperfecti cupiditatem: perfecti autem non facilius per illam posse, sed nisi per illam omnino non posse: verum & sic gratiam dei dicunt secundum merita nostra dari, quod in Oriente Pelagius Ecclesiasticis gestis damnari timendo damnauit. Si enim sine dei gratia per nos incipit cupiditas boni, ipsum cœptum erit meritum, cui tanquam ex debito gratię veniat adiutorium, ac sic gratia dei non gratis donabitur, sed meritum nostrum dabitur. Dominus autem ut responderet futuro Pelagio, nō ait, sine me nihil potestis facere: sed ait: Sine me nihil potestis facere. Et ut responderet futuris etiam istis in eadem ipsa Euangelica sententia, non ait, sine me nihil potestis perficere: sed, facere. Nam si perficere dixisset, posse istos dicere, non ad incipiendum bonum, quod a nobis est, sed ad perficiendum esse dei adiutorium necessarium. Verum audiant & Apostolum. Dominus enim cū ait: Sine me nihil potestis facere: hoc vno verbo initium finemq; comprehendit, Apostolus vero tanquam sentiens dominicæ expositor apertius vtrunque distinxit, dicens: Quoniam qui in vobis opus bonum cœpit, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Sed in scripturis sanctis apud eundem Apostolum isto vnde loquimur, amplius inuenimus. Loquimur enim nunc de boni cupiditate, quam si voluntario vis incipere, a domino perfici, videant quid respondeant dicenti Apostolo. Non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, Cogitare ait aliquid, vtique bonum, minus est autem cogitare, quam cupere. Cogitamus quippe omne quod cupimus, nec tamen cupimus omne quod cogitamus, quoniam nonnunquam & quod non cupimus cogitamus. Cum igitur minus sit cogitare quam cupere, potest enim homo cogitare bonum, quod nondum cupit, & proficiendo postea cupere, quod antea non cupiendo cogitauit: quomodo ad id quod minus est, id est, ad cogitandum aliquid boni non sumus idonei tanquam ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, & ad id quod est amplius, id est, ad cupiendum aliquid

Hoc determinatū ē ab eccl. i cō ci. mil. cā. 6. & i cōci. aphr. cā. 80. & ꝺ cōse. dist. 4. c. placuit ut qcūq; dixerit. Roma. 7.

Io. 15.

Philip. 1.

2. Cor. 3.

Minus ē cogitare ꝙ cupere, & primū sine dei grā si possumus, quāto minus secudum.

3. Cor. 3.

aliquid boni sine diuino adiutorio ideonei sumus ex libero arbitrio? Neque enim & hic Apostolus ait, non quia idonei sumus cogitare quod perfectum est, tanquam ex nobismetipsis, sed cogitare ait aliquid, cui contrarium est nihil. Vnde est illud domini: Sine me nihil potestis facere: sed nimirum quod scriptum est: Hominis est præparare cor, & a domino responsio linguæ: non bene intelligē do falluntur, vt existiment cor præparare, hoc est bonum inchoare sine adiutorio gratiæ dei, ad hominem pertine re. Absit vt sic intelligant filij promissionis, tanquam cū audierint dominum dicentem: Sine me nihil potestis facere cor, quasi conuincant eum dicentes: Ecce sine te possumus cor præparare: aut cum audierint a Paulo Apostolo: Non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est: tanquam & ipsum conuincant dicentes: Ecce idonei sumus ex nobismetipsis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. Quis enim potest bona cogitatione ad bonum cor præparare? Absit vt sic intelligant, nisi superbi sui arbitrij defensores, & fidei catholicæ desertores. Ideo quippe scriptum est: Hominis est præparare cor, & a domino responsio linguæ: quia homo præparat cor, non tamen sine adiutorio dei, qui tangit cor. Homo præparat cor, in responsione autem linguæ, id est, in eo quod præparato cordi lingua diuina respondit, nihil operis habet homo, sed totum est a domino deo. Nam sicut dictum est: Hominis est præparare cor & a domino responsio linguæ: ita etiam dictum est: Aperi os, & adimplebo illud. Quanuis enim nisi adiuuante illo sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire: tamen nos aperimus illius adiumento & opere nostro, implet autem illud dominus, si nec opere nostro. Nam quid est præparare cor & os aperire, nisi voluntatem parare? & tamen in eisdem literis legitur: Præparatur voluntas a domino: Et, Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Ecce dominus admonet, vt præparemus voluntatem in eo quod legimus: Hominis est præparare cor: & tamen vt hoc faciat homo, adiuuat deus, quia præparatur voluntas a domino. Et aperit os, ita iubendo vt nemo possit nisi ipse id faciat adiuuando, cui dicitur: Labia mea aperies: Nunquid istorum qui desipiunt vt aliud os, aliud labia esse cōtendant, & mirabili vanitate hominem dicant os aperire labia hominis deum? Quanquam deus illos & ab hac absurditate compescit, vbi ad Moysen famulum suum dicit: Ego aperiam os tuum & instruam te quæ debeas loqui, In sententia ergo illa vbi dicitur: Aperi os, & adimplebo illud: quasi vnum videtur ad hominem pertinere, alterum ad deum. In hac autem vbi dicitur: Ego aperiam

Ioan. 15.

Ioan. 15.

2. Cor. 3.

Ioan. 15.

Hoīs est ꝓparare cor, sed nō sine adiutorio dei, qui uino ob id, prouerb. 8. secundū trās. 70. ꝓparat volūtas a dño, Prouerb. 16.

Pſal. 80.

Prouerb. 8.

Pſal. 50.

Prouerb. 16.

Pręcipit dus, qđ hō non pōt, nisi ipse adiuuet, idē in Pſ. 50 de grā & lib. ar. ad Valē. 16. i. 2. 7. & in. 2. Tom. horum opus, Exodi. 4.

Pſal. 80.

Exod. 4.

riam os tuum & instruam te: vtrunque ad dominum. Quare hoc? Nisi quia invno istorum cooperatur homini facienti, alterum solus facit, Qua propter multa deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla vero facit homo quæ non facit deus, vt faciat homo.

Multa facit dus i hoie q̃ nõ facit hõ, nã ipse ī nobis sine nobis opaſv elle, in de gra & lib. ar. ad val. 17. ī 1. 7. & ī. 2. T. ho. op. & supra. in lib. 1. c. 19. & 20. 1. Ioan. 4.

Secundum propositum quid sit. CAP. IX.

PROINDE cupiditas boni non hominí a domino esset, si bonum non esset: si autem bonum est, non nisi ab illo nobis est, qui summe atque incommutabiliter bonus est. Quid est enim boni cupiditas, nisi charitas de qua Iannes Apostolus sine ambiguitate loquitur dicens: Charitas ex deo est. Nec initium eius ex nobis & perfectio eius ex deo, sed si charitas ex deo, tota nobis ex deo est. Auertat enim deus hanc amentiam, vt in donis eius nos priores faciamus, posteriorem ipsum, quoniam misericordia eius præueniet me: & ipse est cui fideliter veraciterq; cantatur, Quoniam præuenisti eum in benedictione dulcedinis, & quid hic aptius intelligitur quam ipsa de qua loquimur cupiditas boni? Tunc enim bonum concupiscit incipit, quando dulcescere cœperit: quando autem timore pœnæ, non amore iustitiæ fit bonum, nondum bene fit, quando mallet homo non facere, si posset impune. Ergo bene dictio dulcedinis, est gratia dei, qua fit in nobis vt nos delectet & cupiamus, hoc est, amemus quod præcipit nobis: in qua si nos non præuenit deus, non solum non perficitur, sed nec inchoatur ex nobis. Si enim sine illo nihil possumus facere, profecto nec incipere, nec perficere, quia vt incipiamus, dictũ est: Misericordia eius præueniet me: vt perficiamus dictum est: Misericordia eius subsequetur me. Quid est ergo quod in consequentibus vbi ea quæ ipse adiuuare vniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere: Hoc quippe ita dicunt, velut homo a seipso sine adiutorio dei habeat propositum bonum studiumque virtutis, quo merito precedente dignus sit adiuuari dei gratia subsequente. putãs enim fortasseita dixisse Apostolum: Scimus quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt: vt propositum hominis vel intelligi, quod propositum tanquam bonum meritum sequatur misericordiam vocantis dei: ignorantes ideo dictum esse, qui secundum propositum vocati sunt, vt deus non hominis propositum intelligatur, quo eos quos præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filij sui, elegit ante mundi constitutionem. Non enim omnes vocati, secundum

Psal. 20.

Q d sit timoꝛ iustitiæ, nondũ bñ fit, qa non fit in cord quod fieri vt ī ope, quãdo mallet hõ nõ facere si posset impune idẽ ī epist. 95. in 2. To. horum opuscu. Psal. 58. &. 22.

Romã. 8.

Vocamur nõ secũdũ ppositũ nostrũ sz dei. & ista electorũ ẽ vocatio ꝑterna core-

dum propositum sunt vocati, quoniam multi vocati, pauci electi. Ipsi ergo secundum propositum vocati, qui electi ante constitutionem mundi. De hoc proposito dei dictum est & illud, quod iam commemorani de gemi nis Esau & Iacob, vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictũ est: Maior sueruiet minori. Hoc propositum dei & illo commemoratur loco, vbi ad Timotheum scribens ait: Collabora Euangelio secundum virtutem dei saluos nos faciẽtis & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna, manifestata autem nunc per aduentum saluatoris nostri Iesu Christi. Hoc est ergo propositum dei vnde dicitur: Omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt. Hominis autem propositum bonum adiuuat quidem subsequẽs gratia, sed nec ipsum esset nisi precederet gratia. Studium quoq; hominis quod dicitur bonum, quanuis cum esse cœperit adiuuetur gratia, non tamen incipit sine gratia, sed ab illo inspiratur, de quo dicit Apostolus: Gratias autem deo qui dedit idem studium pro vobis in corde Titi. Si studium quisque vt pro aljs habeat deus dat, vt pro seipso habeat, quis alius est daturus?

ꝑpõdes ꝑdestina tiõi infra ī de ꝑdest. sanct. 16. Roma. 9. Mal. 1. 2. Thi. 1. Roma. 8. 1. Cor. 8.

QVAE cum ita sint, nihil in scripturis sanctis homini a domino video iuberi, propter probandum liberum arbitrium, quod non inueniatur vel dari ab eius bonitate, vel posci propter adiutorium gratiæ demonstrandum. Nec omnino incipit homo ex malo in bonum per initiũ fidei commutari, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericoria dei. De qua suam cogitationem recolens, quidam, sicut legimus in Psalmis: Nunquid obliuiscetur, inquit, misereri deus, aut continebit in ira sua miserationes suas? Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Cum ergo dixisset, nunc cœpi: non ait, hęc mutatio arbitrij mei: sed, dexteræ excelsi. Sic itaque dei gratia cogitur, vt ab initio bonæ mutationis suæ vsque in finem consummationis, qui gloriatur in domino glorietur. Quia sicut nemo potest bonum inchoare sine domino, sic nemo perficere sine domino. Sed hic sit huius voluminis terminus, vt legentis reficiatur intentio & ad sequenda reparetur.

Ex prędictis cõclusio. CAP. x. Nihil a deo ꝑcipitur qđ ab illo nõ deꝛ, idẽ sup. c. 8. vbi aliquas posuimus annotationes. Psal. 76. Hier. 9. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA DVAS EPISTOLAS Pelagianorum, ad Bonifacium Liber. III.

CAP. I.

ADHVC ea sequuntur quæ calumniose nobis obijciunt, nondum ea quæ ipsi sentiunt pertexere incipiunt. Sed ne prolixitas voluminum offenderet, hæc ipsa quę obijciunt in duos libros partiti sumus, quorum superiore finito, qui totius huius operis liber secundus est, hinc ordimur alterum, & eum tertium primo secundoque coniungimus.

Lex & gratia. Obiectio Pelag.

LEGEM veteris testamenti nos aiunt dicere, non ob hoc datam fuisse, vt iustificaret obedientes, sed vt grauior fieret causa peccati. Prorsus non intelligunt quid de lege dicamus, quia id quod dicit Apostolus, quem non intelligunt, dicimus: Quis enim dicat non iustificari eos qui sunt legi obedientes, quando si non iustificarentur, non possent esse obedientes? Sed dicimus lege fieri, vt deus quid fieri velit, audiatur: gratia vero fieri, vt legi obediatur. Non enim auditores legis, ait Apostolus, iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Lex ergo auditores iustitiæ facit, gratia factores. Quod enim impossibile erat legi, ait idem Apostolus, in quo infirmabatur per carnem, misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Ecce quod dicimus, orent vt aliquando intelligant, non litigent vt nunquam intelligant. Impossibile est enim legem impleri per carnem, hoc est per carnalem præsumptionem, qua superbi ignorantes dei iustitiam, id est, quæ ex deo est homini, vt sit iustus, & suam volentes constituere, tanquam per eorum non adiutum diuinitus arbitrium lex possit impleri, iustitiæ dei non sunt subiecti. Ideo iustitia legis in eis impletur, qui non secundum carnem ambulant, id est, secundum hominem ignorantem dei iustitiam & suam volentem constituere, sed ambulant secundum spiritum. Quis autem ambulat secundum spiritum, nisi quisquis agitur dei spiritu? Quotquot enim dei spiritu agũtur, hi filij sunt dei. Ergo litera occidit, spiritus autem viuificat. Nec litera malum est, quia occidit, sed malos præuaricatione conuincit. Lex enim sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, inquit, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Ecce quid est, litera occidit. Aculeus enim mortis est peccatum, virtus autẽ peccati lex. Auget quippe prohibendo peccati desideria & inde occidit, nisi subueniendo viuificet gratia. Ecce quod dicimus: Ecce vnde nobis obijciunt, quod sic legẽ dicimus datam vt grauior sit causa peccati, non audientes Apostolum dicentem: Lex enim iram operatur: vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Et: Lex præuaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est. Et: Si data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credenti bus. Hinc est quod vetus testamentum ex monte Sina, vbi lex data est in seruitutem generans quod est Agar. Nos autem, inquit, non sumus ancillæ filij, sed liberę. Nõ sunt itaque liberæ filij qui legem acceperunt literæ quæ possent non solum peccatores, verum etiam præuaricatores insuper demonstrari, sed qui spiritum gratiæ, quo lex ipsa sancta & iusta & bona possit impleri. Ecce quod dicimus: Intendant, & non contendant, illuminentur, & non calumnientur.

Obiectio Reſpõſio Aug. Lex & gratia. CAP. II. Reſpõſio Aug. Obedientes legi iuſtificant, qa niſi eẽnt iuſtificati non obedirent. Roma. 2. Lege audiſ qd vult deus, grat. fit ut legi obediaſ i de gra & lib ar. ad Val. 20. & 21 i To. 7. & in. 2. To. hõ. op. & infra in de ſpiritu & lit. 30. Rom. 10.

BAPTISMA quoque, inquiunt, non vere homines nouos facere asserunt, id est, non plenam dare remissionẽ peccatorum, sed ex parte filios dei fieri, ex parte autẽ filios seculi, id est, diaboli remanere cõtendunt. Mentiũtur, infidiantur, tergiuersantur. Nõ hoc dicimus: Omnes enim homines qui sunt filij diaboli: etiam filios seculi, nõ autẽ omnes filios seculi etiam filios diaboli dicimus. Ab hi enim vt filios diaboli dicamus fuisse sanctos patres, Abraham, Isaac & Iacob, & alios huiusmodi, quãdo per nuptias genuerabant, & eos fideles qui vsque nunc & de inceps adhuc generant. Non tamen possumus domino contradicere dicẽti: Filij seculi huius nubunt & tradunt ad nuptias. Quidam ergo filij seculi huius sunt, & tamen filij diaboli non sunt: Quanuis enim diabolus sit author & princeps omnium peccatorum, non tamen filios diaboli faciunt quecunque peccata. Peccant enim & filij dei, quo niam si dixerint se non habere peccatum seipsos seduc-

Peccant & filij dei. CAP. III. Obiectio pelagij. Reſpõſio Aug. Rom. 3. 2. Cor. 3. Roma. 7. Lex auget. phi. hẽdo peccati de ſideria, & ide occidit, niſi ſubueniendo Ro. 4. viuiſcet gra idem in Epiſtola. 105. in 2. To. ho. op. Gal. 4. Roma. 7. Luc. 20. 1. Ioan. 1. In de peccat. meritis & remiſ. li. 2. ca. 8. 1. 2. To. horum opuſ.

filios diaboli ifi delitas facit, q̃ ꝓprie peccatum nũcupaſ Io.16. & i de ẏbis dñi ſerm.60.&.61. in Tom.10.

1.Cor.15.

Ioan.16.

Ioan.15.

Ephe.2.

1.Ioan.1.

Matth.7.

Eph.1.

Baptiſmus oĩa peccata diſuit, ſ3 nõ aufert ifirmitatẽ cõcupiſcẽdi i patria ẏo vbi pfecta erit, ibi nulla remanebit ifirmitas, ſup euã Pſ.151. ge. Ioã. Trac.41.i To.9 Matth.6. Pſal.17. &.6. &.24.

cant, qua ſunt filij adhuc huius ſeculi. Qua vero gratia ſunt filij dei non, vtique peccant, quia omnis qui natus eſt ex deo, non peccat. Filios autem diaboli infidelitas facit, quod peccatum proprium vocatur, quaſi ſolum ſit ſi non exprimatur quale peccatum ſit. Sicut Apoſtolus cum dicitur, ſi non exprimatur quis Apoſtolus, non intelligitur niſi Paulus, quia pluribus eſt epiſtolis notior, &plus omnibus illis laborauit, Vnde quod ait dominus de ſpiritu ſancto: Ipſe arguet mundum de peccato: infidelitatem intelligi voluit. Hoc enim cum exponeret ait, De peccato quidem, quod nõ crediderunt in me, Et vbi aitSi non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Non enim peccatum antea non habebant, ſed ipſam voluit intelligi diffidentiam, qua nec præſenti & ſequenti crediderunt, pertinẽtes ad eum, de quo dicit Apoſtolus: Secundum principem poteſtatis aeris, qui nunc operatur in filijs diffidentiæ. Ergo in quibus non eſt fides, filij ſunt diaboli, quia non habent in interiore homine cur eis dimittatur quicquid hominis vel infirmitate vel ignorantia, vel omnino aliqua mala voluntate cõmittitur, Illi autem filij dei, qui vtique ſi dixerint ſe non habere peccatum, ſeipſos decipiunt, & veritas in eis non eſt. Profecto quod ſequitur: Cum confitẽtur peccata ſua, quod filij diaboli non faciunt, vel non ſecundum fidem quæ filiorum dei propria eſt faciunt, fidelis eſt & iuſtus qui dimittat eis peccata, & mundet eos ab omni iniquitate. Vt autem plenius intelligatur quod dicimus, audiatur ipſe Ieſus qui filijs dei vtique loquebatur dicens: Si autem Vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe. Si enim filij dei non eſſent, non eis daceret, pater veſter qui in cœlis eſt. Et tamen eos malos eſſe dicit, & noſſe bona dare filijs ſuis. Nunquid inde mali, vnde filij dei? Abſit. Sed inde mali, vnde adhuc filij ſeculi, iam tamen filij dei facti pignore ſpiritus ſancti. Baptiſmus igitur abluit quidem peccata omnia, prorſus omnia, factorum, dictorum, cogitatorum, ſiue originalia, ſiue addita, ſiue quæ ignoranter, ſiue quæ ſcienter admiſa ſunt: ſed non aufert infirmitatem cui regeneratus reſiſtit, quando bonum agonem luctatur; conſentit autem, quando ſicut homo in aliquo delicto præoccupatur, propter illud gaudens in actione gratiarum: propter hoc autem gemens, in allegatione orationum. Ibi dicens: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Hic dicens: Dimitte nobis debita noſtra. Propter illud dicens: Diligam te domine virtus mea: propter hoc dicens: Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum. Propter illud dicẽs: Oculi mei ſemper ad dominũ, quoniam ipſe euel-

let de laqueo pedes meos: propter hæc dicens: Turbatus eſt præ ira oculus meus. Et innumerabilia, quibus diuinæ litere plenæ ſunt, quæ alternis vicibus, vel exultãdo de dei bonis, vel mœrendo de noſtris malis a filijs dei dicuntur ex fide, quandiu adhuc filij ſunt etiam ſeculi pro vitæ huius infirmitate, quos tamen deus a filijs diaboli non ſolum lauacro regenerationis, ſed ipſius etiam quæ per dilectionem operatur, fidei probatæ diſcernit, quia iuſtus ex fide viuit. Hæc eſt autem infirmitas cum qua vſque ad corporis mortem defectu & profectu alternante conteudimus: magnique intereſt, quid vincat in nobis, donec regeneratione alia conſumetur. De qua Dominus dicit: In regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim. Regenerationem quippe hoc loco ambigente nullo, noviſſimam reſurrectionem vocat, quam Paulus quoque Apoſtolus & adoptionem nuncupat dicens. Sed etiam noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus adoptionem expectantes, redemptionẽ corporis noſtri. Nunquid non per lauacrum ſanctum regenerati, adoptati & redempti ſumus? Et tamen reſtat regeneratio, adoptio, redemptio, quam in fine venturam nunc patienter expectare debemus, vt tunc filij huius ſeculi ex nulla parte iam ſimus. Quiſquis igitur baptiſmati derogat, quod modo per illud percipimus, corrumpit fidem. Quiſquis autem iam nunc ei tribuit quod quidem per ipſum ſed tamen poſtea accepturi ſumus, amputat ſpem. Nam ſi a me quiſquam quæſierit, vtrum per baptiſmũ ſalui facti fuerimus, negare non potero, dicente Apoſtolo: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti. Sed ſi quæſierit, vtrum per idem lauacrum omni prorſus modo iam nos fecerit ſaluos: reſpondebo, non ita eſt. Idem quippe item dicit Apoſtolus: Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur non eſt ſpes: quod enim videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus. Salus ergo hominis in baptiſmate facta eſt, quia dimiſſum eſt quod peccatum a parentibus traxit, vel quicquid etiam proprie ante baptiſmum peccauit. Sanus vero hominis tanta eſſe poterit, vt peccare omnino non poſſit.

let

Ephe.2.

Gal.5.

Abac.2.

Roma.1.

Gal.3.

Heb.10.

Matt.19.

Roma.8.

Tit.3.

Roma.8.

QVIBVS ita ſe habentibus ex his etiã illa quę deinceps nobis obiiciunt refellũtur. Quis enim catholicus dicat, quod nos dicere iactitant, ſpiritum ſanctũ adiutorẽ virtutis in veteri teſtamento non fuiſſe. Niſi cum vetus teſtamentum ſic intelligamus, quemadmodum Apoſtolus dixit, a monte Sina in ſeruitutem generans? Sed quia in hoc prefigurabatur nouum, qui hoc intelligebãt tunc ho-

Quid inter teſtamẽtum nouum & vetus.

CAP. IIII.

Gal.4.

mines dei, secundum distributionem temporum, veteris quidem testamenti dispensatores & gestatores, sed noui demonstrantur hæredes. An vero illum ad testamentum nouum negabimus pertinere, qui dicit: Cor mundū crea in me deus, & spiritum rectum in noua in visceribus me is? Aut illum qui dicit: Posuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos, & immisit in os meum canticū nouum, hymnum deo nostro? Vel illum ante testamentum vetus, quod est a monte Sina, patrem fidelium, de quo dicit Apostolus: Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo irritū facit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno, & semini tuo quod est Christus? Hoc autem dico, inquit, testamentum confirmatū a deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est, lex non infirmat ad euacuandam promissionem. Si enim ex lege hæreditas, iam non ex promissione, Abrahæ autem per promissionem donauit deus. Hic certe si quæramus vtrum hoc testamentum, quod dicit confirmatum a deo, non infirmari a lege, quæ post quadringentos & triginta annos facta est, vtrum nouum, an vetus intelligendum sit: Quis respondere dubitet nouum, sed in Prophetiis latebris occultatum, donec veniret tempus quo reuelaretur in Christo? Nam si dixerimus, vetus, quid erit illud a monte Sina in seruitutem generans? Ibi enim facta est lex post quadringentos & triginta annos. Qua lege hoc testamentum promissionis Abrahæ infirmari non posse confirmat, & hoc quod factum est ad Abraham, vult potius ad nos pertinere, quos vult esse filios liberæ, non ancillæ, hæredes ex promissione, non lege, cum dicit: Si ex lege hæreditas, iam non ex promissione: Abrahæ autem per promissionem donauit deus, vt quod facta lex est post quadringentos & triginta annos, ad hoc subintraret, vt abundaret delictum, cum per peccatum præuaricationis conuincitur hominis superbia de sua iustitia præsumentis. Et vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, per fidem iam humilis hominis in lege deficientis & ad dei misericordiam fugientis. Ideo cum dixisset: Si enim ex lege hæreditas, iam non ex promissione, Abrahæ autem per promissionem donauit deus: tanquam ei diceretur, vt quid ergo postea facta est lex, subiunxit atque ait: Quid ergo lex? Cui mox interrogationi reddidit: Præuaricationis gratia proposita est, donec veniret semen cui promissum est. Hoc identidem ita dicit: Stenim qui ex lege, hæredes sunt, exinanita est fides, & euacuata est promissio: Lex enim iram operatur: Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Quod ait in illo testimonio: Si

Psal. 50.
Psal. 39.
Galat. 3.
Gal. 4.
Galat. 3.

Ex peō p̄uaricationis, cōuincit hoīs supbia de sua iustitia p̄sumētis, vt i Petro ad exemplū nostrū factū est, dū Christū negauit q̄ de se p̄sumens se cū illo potius mori, q̄ Ro. 4. eū nega re pollicitabat.

Si enim ex lege hæreditas, iam non ex promissione, Abrahæ autem per promissionem donauit deus: hoc in isto ait: Si enim per legem hæredes sunt, exinanita est fides & euacuata promissio: satis ostendit ad fidem nostrā pertinere, quę noui vtique est testamenti, quod per promissionem donauit deus Abrahæ. Et quod ait in illo testimonio, Quid ergo lex: atque respondit: Pręuaricationis gratia proposita est: hoc in isto subdidit similiter, lex enim iram operatur, Vbi enim non est lex, nec pręuaricatio. Siue igitur Abraham, siue ante illum iusti, siue post eum vsque ad ipsum Moysen, per quem datum est testamentum a monte Sina in seruitutem generans, siue ceteri prophetę post eum & sancti homines dei vsque ad Ioannem Baptistam, filij sunt promissionis & gratię secundum Isaac filium liberæ, non ex lege, sed ex promissione hęredes dei, cohæredes autem Christi. Absit enim vt Noe iustum & prioris temporis iustos, & quicūq; ab illo vsque ad Abraham iusti esse potuerunt, vel conspiratores occulti, negemus ad supernam Hierusalem, quæ mater nostra est, pertinere, quanuis anteriore tempore inueniantur esse, quam Sara, quę ipsius liberę matris prophetiam figuramque gestabat. Quanto euidentius ergo post Abraham, cui sic declarata est ipsa promissio, vt pater multarum gentium diceretur, quicunque deo placuerunt filij promissionis habendi sunt? Non enim ex Abraham & deinceps iustorum generatio verior, sed prophetia manifestior reperitur. Ad testamentum autem vetus quod est a monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar, illi pertinent, qui cum acceperint legem sanctam & iustam & bonam, putant sibi ad vitā literam posse sufficere. Et ideo qua fiant factores legis diuinam misericordiam non quærunt, sed ignorantes dei iustitiam, & suam iustitiam volentes constituere iustitię dei non sunt subiecti. Ex hoc genere fuit illa multitudo, quę aduersus deum in eremo murmurauit & idolum fecit, & illa quę iam in ipsa terra promissionis fornicata est post deos alienos. Sed hæc quo que in ipso vetere testamento valde reprobata est multitudo. Illi etiam quicunque ibi erant, sola quæ ibi deus pollicetur terrena promissa sectantes, & quid pro nouo testamento ea ipsa significent ignorantes, eorum adipiscendorum amore & amittendorum timore, dei præcepta seruabant, imo non seruabant, sed sibi seruare videbantur. Neque enim fides in eis per dilectionē operatur, sed terrena cupiditas metusque carnalis. Sic autem præcepta qui facit, proculdubio inuitus facit, ac per hoc in animo non facit: Mauult enim omnino non facere, si secundum ea quæ cupit & metuit, permittatur

p̄res ueteris testi q̄ fuerūt añ Abrahā, et post ip sum oēs fuerūt fi lij p̄missionis, et hęredes ði, cohę redes ät xp̄i, q̄a & si tēpora mutātur, attū fides semp eadē vt in q̄t Au. sup. Ioan. Trac. 41. & 45 in Tom. 9.

Gal. 4.

Qui putant sibi posse literā sufficere, filij sūt Agar q̄ in seruitutem generabat. Exod. 32. Ro. 10

Gal. 5.

Qui terrena cupiditate, aut metu carnali p̄cepta facit, p̄culdubio

inuitus facit, ac p̃ hoc in animo ñ facit maleret nõ facere si posset impune. idẽ in epi. ſ. eporũ in. 2. T. horum opuſcul.

Cal. 4

mittatur impune. Ac per hoc ipſa uoluntate intus eſt reus, ubi ipſe qui præcipit inſpicit deus. Tales erant filij terrenę Hieruſalẽ, de qua dicit Apoſtolus: Seruit enim cũ filiis ſuis, pertinens ad teſtamentum uetus a monte Sina in ſeruitutem generãs, quod eſt Agar. Ex ipſo genere fuerũt, qui dominum crucifixerunt, & in eadem infidelitate mãſerunt. Inde ſunt adhuc etiam filij eorũ in ingenti multitudine Iudæorum, quanuis iam nouo teſtamento, ſicut prophetarũ eſt, per Chriſti ſanguinẽ patefacto atq; firmato, & a flumine vbi baptizatus magiſteriũq; p̃feſſus eſt, vſq; ad terminos terræ Euangelio diffamato. Qui Iudæi ſecundum prophetias quas legunt per omnes ſunt terras vbique diſperſi, vt ex eorum quoq; codicibus Chriſtianæ non deſit teſtimonium veritati. Et vetus igitur teſtamentum deus condidit, quia deo placuit vſque ad plenitudinem temporis, promiſsis terrenis tanquam in præmio conſtitutis promiſſa valere cœleſtia, & populo terrenis bonis inhianti, & propterea durum cor habẽti, quãuis ſpiritalem, tamen in tabulis lapideis legem dare. Ex ceptis quippe librorum veterum ſacramentis, quæ ſola ſignificandi ratione præcepta ſunt, quanquam & in eis ſpiritaliter intelligenda ſunt, recte lex dicitur ſpiritalis: cętera certe quę ad pietatem bonoſque mores pertinentia, non ad aliquam ſignificationem vlla interpretatione referenda, ſed prorſus vt ſunt dicta, facienda ſunt: profecto illam dei legem, non ſolum illi tunc populo, verum etiam nunc nobis ad inſtituendam recte vitam neceſſariam nemo dubitauerit. Si enim Chriſtus nobis abſtulit illud grauiſſimum multarum obſeruationum iugum, ne carnaliter circuncidamur, ne pecorum victimas immolemus, neſabbato ſepteno dierum volumine redeunte ab operibus etiam neceſſarijs quieſcamus, & cætera huiſmodi, ſed ea ſpiritaliter intellecta teneamus, remotisque vmbris ſignificãtibus in rerũ ipſarũ quę ſignificanſ luce vigilemus: nunquid propterea dicturi ſumus, nõ ad nos pertinere quod ſcriptum eſt, vt alienum quodcunq; perditum quiſquis inuenerit, reddat ei qui perdidit: & alia multa ſimilia, quibus pie recteque viuere diſcitur: maxime q; ipſum decalogum, qui duabus illis lapideis tabulis continetur, excepta ſabbati obſeruatione carnali, quæ ſpiritalem ſanctificationem quietemque ſignificat? Quis enim dicat nõ debere obſeruare Chriſtianos, vt vni deo religionis obſequio ſeruiatur, vt idolum: non colatur, vt nomen domini non accipiatur in vanum, vt parentes honorentur, ne adulteria, homicidia, furta, falſa teſtimonia perpetrentur, ne vxor, ne omnino res vlla concupiſcatur alienа? Quis eſt tam impius, qui dicat ideo ſe iſta legis non cuſtodire præcepta, quia eſt ipſe Chriſtianus nec

Lex moyſi nũc nobis ad iſtituẽdã recte vitã neceſſariã nemo dubitauerit.

Chriſtus abſtulit ceremonialia, ſ ñ mortalia p̃ter ſabbati obſeruantiã, q̃ magis nobis p̃cipit, qa illis carnalis & nobis ſpũalis ſabbati obſeruatio p̃cipit. ſup̃ euã. Io. trac. 3. & tra. 20. in Tom. 9.

Oſernatio carnalis ſabbati ſpiritalẽ ſanctificationẽ quietẽque ſignificat.

ſub lege, ſed ſub gratia conſtitutus? Verum hæc plane magna diſtãtia eſt, quod faciunt iſta ſub lege poſiti, quos litera occidit, terrenam felicitatem vel cupiditate adipiſcendi vel timore amittendi: & ideo non vere faciunt, quoniam carnalis cupiditas, qua peccatum augetur, cupiditate alta non ſanatur. Hi ad uetus pertinent teſtamẽtum, quod in ſeruitutem generat, quia facit eos carnalis timor & cupiditas ſeruos, non Euangelica fides, ſpes & charitas liberos. Sub gratia uero poſiti quos viuificat ſpiritus, & fide iſta faciunt, quę p dilectionẽ operatur in ſpe bonorum, non carnalium, ſed ſpiritualium: non terreno rum, ſed cœleſtium: non temporalium, ſed æternorum, præcipue credentes in mediatore per quem ſibi non dubitant & ſpiritum gratię ſubminiſtrari, vt bene iſta faciant, & ignoſci poſſe cum peccant: Hi pertinent ad teſtamentum nouum filij promiſsionis & regenerati a deo patre & libera matre. huius generis fuerunt antiqui omnes iuſti, & ipſe Moyſes teſtamenti miniſter veteris, heres noui: quia ex fide qua nos viuimus vna eademq; virtute, incarnationem, paſſionem, reſurrectionẽq; Chriſti credentes futuram, quam nos credimus factam: vſque ad ipſum Ioannem Baptiſtam, tanquam prętęritę diſpenſationis limitem quendam, qui mediatorem ipſum non aliqua vmbra futuri vel allegorica ſignificatione, vel vlla prophetica prænunciatione venturum eſſe ſignificans ſed digito demonſtrans ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi; Tanquam dicens: Quem multi iuſti videre concupierunt, in quem venturum ab ipſius humani generis initio crediderunt, de quo Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, de quo ſcripſit Moyſes, de quo lex & prophetæ ſunt teſtes: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Ab hoc Ioanne, & deinceps cœperũt de Chriſto fieri prętęrita vel præſentia, quę ab illis omnibus anterioris temporis iuſtis credebantur, ſperabantur deſiderabantur futura eadem igitur fides, & in illis qui nondum nomine, ſed re ipſa fuerunt antea Chriſtiani, & in iſtis qui non ſolum ſunt, verum etiam vocantur, & in vtriſque eadem gratia per ſpiritum ſanctum. Vnde dicit Apoſtolus: Habantes autem eundem ſpiritum fidei, ſecundum quod ſcriptum eſt: Credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus propter quod & loquimur. Aliter itaque dicitur iam obtinente loquendi conſuetudine vetus teſtamentum, lex & prophetę omnes, qui vſque ad Ioannem prophetauerunt. quod diſtinctius vetus inſtrumentum, quam teſtamentum vocatur. Aliter autem ſicut Apoſtolica appellat authoritas ſiue hoc nomen exprimens ſiue ſignificans. Exprimit enim vbi dicit: Vſque in hodiernum diẽ quandiu legitur Moyſes, idipſum velamen

2. Cor. 3.

Pertinẽtes ad uetus teſtamentũ.

Gal. 4.

Pertinẽtes ad nouũ teſtamentũ.

2. Cor. 4.

Ioan. 1.

Idẽ & fuſius ab Au. ſup̃ Io. trac. 45. in To. 9. & ſupra li. 1. ca. 21.

1. Cor. 4. Pſal. 115.

2. Cor. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

Roma.7. 2.Cor.3.

Gal.4. Gen.21

Roma.9. Gal.4.

¶Quare lex Moysi vetus dr̃ testimẽtũ, cũ i pr̃ib. añi ipsam fuerit euã. qđ nouũ dr̃ testamentum.

Roma.7.

Roma.10.

lamen lectione veteris testamenti manet. Quod non reuelatur quia in Christo euacuatur. Sic enim vtique vetus testamentum ad Moysi retulit ministerium, item dicit: Vt seruiamus in nouitate spiritus & non in vetustate literæ: idipsum significans testamentum nomine literæ. Idem dicit alio loco: Qui & idoneos nos facit ministros noui testamenti non litera, sed spiritu: Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Et hic per hoc commemorationem noui, illud vtique vetus intelligi voluit. Multo autem euidentius, quanuis non dixerit, aut nouum duo ipsa testamenta distinxit per duos filios Abrahæ vnum de ancilla, alium de libera, quod iam superius cõmemorauimus. Quid enim expressius quam vt diceret: Dicite mihi sub lege volentes esse, legem non audistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed ille quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autẽ de libera, per repromissionem quę sunt in allegoria. Hęc enim sunt duo testamenta, vnum quidem in monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar. Sina enim mons est in Arabia quæ coniuncta est huic quæ nunc est Hierusalem. Seruit enim cum filijs suis. Quę autem sursum est Hierusalem, libera est, quę est mater nostra. Quid clarius, quid certius, quid ab omni obscuritate atque ambiguitate remotius promissionis filijs? Et paulopost: Nos autem fratres, inquit, secundum Isaac promissionis filij sumus. Item paulopost. Nos autem fratres non sumus ancillę filij, sed libere, qua libertate Christus nos liberauit. Eligamus igitur vtrum antiquos iustos ancillæ filios dicamus, an liberę? Absit autem vt ancillæ, ergo filij liberę ad nouum pertinent testamentum in spiritu sancto, quem viuificantem literæ occidenti opponit Apostolus. Nam quo pacto ad gratiam noui testamenti non pertinent hi, de quorum dictis & libris istos eiusdem gratiæ demẽtissimos & ingratissimos inimicos refellẽdo cõuincimus Sed dicit aliquis, Quomõ vetus appellat, quod post quadrigentos & triginta annos factum est per Moysen, & nouum dicitur, quo dante tot annos factum est ad Abraham? Qui ex hoc non litigiose, sed studiose mouetur, intelligat primum, quia ex anteriore tempore dicitur vetus, ex posteriore autem nouum: reuelationes eorum considerantur in his nominibus, non institutiones. Per Moysen quippe reuelatum est testamentum vetus, per quem data est lex sancta & iusta & bona, per quam fieret non abolitio, sed cognitio peccati, qua conuincerẽtur superbi suam iustitiam volentes constituere, quasi diuino adiutorio non egentes, & rei facti literę, confugerent ad gratię spiritum, non sua iustitia iustificandi

iustificandi, sed dei, hoc est quę illis esset ex deo. Nam sicut idem Apostolus loquitur. Per legem cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & Prophetas. Lex quippe eo ipso quo in ea nemo iustificatur, testimonium perhibet iustitię dei. Quod in lege nemo iustificat apud deũ manifestũ est, quia iustus ex fide viuit. Sic ergo cum lex non iustificat impium de pręuaricatione conuictum, mittat ad iustificantem deum, atque ita iustitię dei perhibet testimonium. Prophetę vero testimonium perhibent iustitię dei, prænunciando Christum, qui factus est nobis sapientia a deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, vt quẽadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino glorietur. Erat autem occulta ista lex ab initio. cum homines iniquos natura ipsa conuinceret, alijs facientes quod sibi fieri noluissent. Reuelatio autem noui testamenti in Christo facta est, cum est manifestatus in carne, in quo apparuit iustitia dei, id est, quę hominibus ex deo est. Sic enim ait, Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est. Ecce qua causa illud dicitur vetus testamentum, quia priore, hoc autem nouum, quia posteriore tempore reuelatum est. Deinde, quia testamentum vetus pertinet ad hominem veterem, a quo necesse est hominem incipere, nouum autem ad hominem nouum, quo debet homo ex vetustate transire, ideo in illo sunt promissa terrena, in isto promissa cœlestia: quia & hoc ad dei misericordiam pertinuit, ne quisquam vel ipsam terrenam qualemcunque felicitatem, nisi a domino creatore vniuersitatis putet cuiquam posse conferri: Sed si propter illam colatur deus, seruilis est cultus, pertinens ad filios ancillę. Si autem propter ipsum deum, vt ingens vita sit deus omnia in omnibus, liberalis est seruitus pertinens ad filios liberæ, quę est mater nostra eterna in cœlis, quæ prius tanquam sterilis apparebat, quando perspicuos filios non habebat. Nunc autem videmus quod de illa prophetatum est. Lętare sterilis quę non paris, erumpe & clama quę non parturis, quia multi filij de sterte magis quam eius quę habet virum: id est magis lo maritata est, & seruit cum filijs suis. Tempore igitur quam illius Hierusalem, quę legis quodammodo viucueteris testamenti spiritum sanctum in eis, qui etiam tũc secundum Isaac promissionis filij erant, non solum adiutorem, quod isti suo dogmati sufficere existimant, verum etiam largitorem dicimus fuisse virtutis: quod isti negant, libero eum potius arbitrio tribuentes, contradicentibus illis patribus qui sciebant ad dominum veraci pietate clamare: Diligam te domine virtus mea.

Roma.3. Gal.3. Abac.2. Roma.1. Heb.10. 1.Cor.1. Hier.9. 1.Cor.1. 2.Cor.10. Ro.3. Si ppter terrena colaꝫ deus serui lis est cultus. Esa.54. Psal.17.

AIVNT

Perfecta iustitia quæ. C. P. V.

AIVNT Etiam, quod omnes Apostoli vel Prophetæ non plene sancti definiantur a nobis, sed in comparatione peiorum minus eos malos fuisse dicamus, hanc esse iustitiam cui deus testimonium perhibet, vt quomodo dicit Propheta, Iustificatam Sodomã comparatione Iudeorum, sic etiam nos criminosorum comparatione dicamus aliquos sanctos exercuisse virtutem. Absit vt ista dicamus, Sed aut non valent intelligere, aut nolunt aduertere, aut calumniandi studio dissimulant se scire quod dicimus. Audiant ergo, vel ipsi, vel potius ij, quos idiotas & in eruditos decipere moliuntur. Nostra fides, hoc est, catholica fides iustos ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit. Quia iustus ex fide viuit. Per quã discretionem fit, vt homo ducens vitam sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine appetitu rei vltius alienæ, parentibus honorem debitum reddens, castus vtique ad continentiam ab omni omnino concubitu, etiã coniugali, eleemosynarum largissimus, iniuriarũ patientissimus, qui non solum non auferat aliena, sed nec sua reposcat ablata, vel etiam venditis omnibus suis eroget tisque in pauperes, nihil suum proprium possideat, cum suis tamen istis velut laudabilibus moribus, si non in deum fidem rectam & catholicam teneat, de hac vita dãnandus abscedat. Alius autem habens quidem opera bona ex fide recta, quæ per dilectionem operatur: non tamen ita vt ille bene moratus incontinentiam suam fustentat honestate nuptiarum, coniugij carnalis debitum & reddit & repetit, nec sola propagationis causa, verũ etiam voluptatis, quanuis cum sola vxore concumbit, quod coniugatis secundum veniam concedit Apostolus. iniurias tamen non patienter accipit, sed vlciscendi cupiditate fertur iratus, quanuis vt possit dicere, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, rogatus ignoscat, possidet rem familiarem, faciens inde quidem eleemosynas, sed non tam largas, quam ille: non aufert aliena, sed quanuis ecclesiastico iudicio, non forensi, tamen repetit sua. Nempe isti qui moribus illo videtur inferior, propter rectam fidem quę illi est in deum, ex qua viuit, & secundũ eã in omnibus delictis suis se accusat, in omnibus bonis operibus deum laudat, sibi tribuens ignominiam, illi gloriam, atque ab ipso lumen & indulgentiam peccatorum & dilectionem rectę factorum, de hac vita liberandus, & in consortium cum Christo regnaturorũ recipiendus emigrat. Quare, nisi propter fidem? Quæ licet sine operibus neminem saluat, ipsa enim est nõ reproba fides, quæ per dilectionem operatur, tamen per ipsam etiam peccata soluuntur, quia iustus ex fide viuit. Sine ipsa VERO etiam quę videtur bona opera, in peccata vertuntur. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Et sit propter hanc maximam differentiam, vt cum dubitante nullo, perseuerans virginalis integritas coniugali castitate sit potior, tamen mulier etiam bis nupta, catholica, professæ virgini hęreticę præferatur. Nec ita præferatur, vt ista melior sit in dei regno, sed vt illa ibi omnino non sit. Nam & ille quem velut melioribus descripsimus moribus, si assit ei fides recta, superat illum altero superatur, vt ipse ibi non sit. Cum itaque iusti omnes & antiquiores & Apostoli ex fide vixerint recta, quæ est in Christo Iesu domino nostro, moresq; tam sanctos cum fide habuerint, vt licet non tam perfectæ virtutis in hac vita esse potuerint, quam post hanc vitam quę futura est, tamen quicquid peccati ex humana infirmitate surrepserit, pietate ipsius fidei continuo deleretur, Vnde fieri potest, vt incomparatione iniquorum, quos damnaturus est, deus, iustos eos fuisse dicendum sit, cum per eam fidem tam in cõtrarium ab illis impijs sint remoti vt clamet Apostolus. Quæ pars fideli cum infideli? Sed videlicet noui hęretici Pelagiani, religionis amatores & laudatores videntur sibi esse sanctorum, si non audeant dicere imperfectę illos fuisse virtutis, cum hoc constitetur vas electionis, qui considerans vbi adhuc esset, & quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: Non quia iam acceperim, ait, aut iam perfectus sim. Fratres ego meipsum non arbitror apprehendisse. Et paulopost tamen qui se negauerat esse perfectum: Quotquot ergo perfecti, inquit, hoc sapiamus: vt ostenderet secundum istius vitę modum esse quandam perfectionem, eique perfectio ni hoc quoque deputari, sise quisque nouerit nondum esse perfectum. Quid enim excellentius in veteri populo sanctorum sanctis? Et tamen eis præcepit deus sacrificiũ primitus pro suis offerri peccatis. Et quid sanctius in nouo populo Apostolis? Et tamen præcipit eis dominus in oratione dicere. Dimitte nobis debita nostra. Omnium igitur piorum sub hoc onere corruptibilis carnis, & in istius vitę infirmitate gementium spes vna est, quod aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum & ipse est exoratio peccatorum nostrorum.

Gal.5.

Roma.1.

9.Cor.7.

Matth.9.

Gal.5.

Roma.1.

Habac.2. Heb.10. Roma.14.

2.Cor.6.

Phil.3

Matt.6.

1.Ioan.2.

ISTVM aduocatum non habent illi, qui sunt a iustis, etiam si sola ista esset differentia, in contrarium longe discreti. Quem iustum aduocatum absit vt dicamus sicut isti calumniantur, carnis necessitate mentitum, sed dicimus eum in similitudine carnis peccati de peccato damnasse peccatum. Quod fortasse isti non intelligentes & calumniandi cupiditate cæcati, quam diuersis modis peccati nomen in scripturis sanctis poni soleat ignoran-

Christus quomõ in similitudine peccati.

CAP. VI.

tes

tes, peccatum Christi affirmare nos iactant. Dicimus itaq; Christum, & nullum habuisse peccatū, nec in anima, nec in carne, & suscipiē do carnem in similitudine carnis peccati de peccato damnasse peccatum. Quod subobscure ab Apostolo dictum duobus modis soluitur, Siue quia rerum similitudines solent earum rerum nominibus nuncupari, quarum similes sunt, ut ipsam similitudinem carnis peccati voluisse intelligat Apostolus appellare peccatum, Siue quia sacrificia pro peccatis peccata appellabantur in lege, quæ omnia figuræ fuerunt carnis xpi, qui est verum & vnicum sacrificium pro peccatis, non solū his quæ vniuersa in baptismate diluuntur, ver um etiam his quæ post ex huius vitæ infirmitate surrep unt, propter quæ quotidię vniuersa in oratione ad de um clamat Ecclesia, Dimitte nobis debita nostra, & dimittuntur nobis per singulare sacrificium pro peccatis. Quod Apostolus secundum legem loquens, non dubitauit appellare peccatum. Vnde est etiam illud eius multo euidentius nec aliquo biuio cuiusq; ambiguitatis incertum. Obsecramus pro Christo reconciliari deo, Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos simus iustitia dei in ipso. Nam quod superius commemorauí, de peccato damnauit peccatum, quia non dictum est, de peccato suo, potest quispiam sic intelligere, vt dicat eum de peccato Iudęorum damnasse peccatum: quia de peccato eorum, qui eum crucifixerunt, factum est vt sanguinē fusum in remissionem funderet peccatorū. Hoc verbo, vbi dicitur deus ipsum Christum, qui nō nouerat, peccatum feciſſe peccatum, non mihi conuenientius videtur intelligi, quam Christum factum sacrificium pro peccatis, & ob hoc appellatum esse peccatum.

Quomō Christi caro similis erat carni peccati. supra psal. 34. in T. & sup euā. Ioā. tract. 41. in To. 9. & i de ỳb. dñi ser. 48. & in de verb. Matt. 6. apost. ser. 6. in To. 10.

2. Cor. 5.

Quomō pficit iustitia in vita futura.

CAP. VII.

QVIS autem ferat eos obijcere nobis, quod post resurrectionem tales processus futuros esse dicamus, vt ibi incipiant homines quæ hic noluerint, dei mandata complere: quoniam dicimus, ibi omnino nullum futurū esse peccatum, nec cum aliqua peccati cupiditate conflictum, tanquam ipsi audeant hoc negare? Sapientiam quoque & cognitionem dei tunc perficiendam in nobis, & in domino tantam exultationem, vt ea sit plena & vera, vt ra securitas, quis negabit, nisi tam auersus sit a vero, vt ob hoc ad eam peruenire non possit? Verum hæc non erunt in præceptis, sed in eorū quæ hic obseruanda sunt præmio præceptorum. Quorum quidem præceptorum contemptus illo non perducit ad præmium: sed hic studium præcepta seruandi gratia dei tribuit. Quę si quid etiam in eis præceptis minus seruatur, ignoscit, propter quod orando dicimus: &, Fiat voluntas tua: &, Dimitte nobis debita nostra. Hic ergo præceptum est, vt non peccemus:

Matt. 6.

Discrimen inter præceptum, & præmium.

cemus: ibi præmium, non posse peccare. Hic præceptum est, vt desiderijs peccati non obediamus: ibi præmium, vt desideria peccati non habeamus. Hic præceptum est, Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite, ibi præmium est, plena sapientia & perfecta cognitio. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, ait Apostolus, tunc autē facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Hic præceptum est, Exultate deo adiutori nostro: Et, Exultate iusti in domino: ibi præmium est, exultare perfecto & ineffabili gaudio. Postremo in præcepto positum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. In præmio autem, Quoniam ipsi saturabuntur. Vnde quęso saturabuntur, nisi quod esuriunt & sitiunt? Quis igitur ita, non solum a diuino, sed a sensu quoq; abhorret humano, qui dicat in homine tantam esse posse iustitiam, cum ab illo esuritur & sititur, quanta erit, cum ex illa saturabitur? Quā do esurimus autem sitimusque iustitiam, si fides Christi habitat in nobis, quid nos nisi Christum esurire ac sitire credendum est? Qui factus est nobis sapientia a deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in domino glorietur. Et quia modo in eum non videntes credimus, ideo sitimus esurimusque iustitiam. Quandiu enim sumus in corpore, peregrinamur a domino: per fidem enim ambulamus, non per speciem. Quem cum inuenerimus peruenientes vtique ad speciem, exultabimus gaudio inenarrabili, & tunc iustitia saturabimur, quia nunc ex desiderio dicimus, Saturabor cum manifestabitur gloria tua. Quam vero est, nō dico impudens, sed insana superbia, nondum esse equales angelis dei, & putare se iam posse habere iustitiam æqualem angelis dei: nec intueri tam magnum & spiritalem virum, qui vtique ipsam iustitiæ perfectionem esuriebat atque sitiebat, quando magnitudine reuelationum noluit extolli: nec tamen vt non extolleretur arbitrio suo volūtatique commissus est, sed accepit stimulum carnis angelum sathanæ, qui eum colaphizaret? Propter quod dominum ter rogauit, vt discederet ab eo, Et dixit ei dominus, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Quæ virtus, nisi ad quam pertinet non extolli? Et quis dubitat hoc ad iustitiam pertinere? Huius igitur iustitię perfectione sunt prędit angeli dei, qui semper vident faciem patris, ac per hoc totius trinitatis, qa per filium vident in spiritu sancto. Nihil est autem ista revelatione sublimius, nec tamen angelorum quisquam illa contemplatione lætantium necessitatem habet angelū sathanæ, quo colaphizetur, ne illum tanta magnitudo revelationis extollat. Hanc perfectionem virtutis vtique

Pſal. 93.

1. Cor. 13.

Pſal. 30. Pſal. 32. Matth. 5.

1. Cor. 12. Hier. 9. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Pſal. 16.

Stultū putare se posse hīc iustitiā angelorū si non sumus æquales angelis. 2. Cor. 12.

Imo Græce est δυναμις non αρετη Matth. 6.

1. Cor. 12.

nondum habebat apostolus Paulus, nondum æqualis angelis dei, sed inerat illi extollendi se infirmitas, quæ per angelum etiam satanæ fuerat comprimenda, ne reuelatio num magnitudine extolleretur. Quanquam itaque ipsum satanam elatio prima deiecerit, tamen summus ille medicus, qui bene vti nouit etiam malis, de angelo satanæ adhibuit contra elationis vitium salubre, quanuis molestum medicamentum, sicut fieri consueuit antidotum, etiam de serpentibus contra venena serpentium. Quid est ergo, Sufficit tibi gratia mea, nisi ne deficiendo succumbas sub colapho angeli satanæ? Et quid est, Virtus in infirmitate perficitur: nisi quia in isto loco infirmitatis hactenus perfectio potest esse virtutis, vt in ipsa infirmitate præsente elatio reprimatur? Quæ vtiquæ infirmitas, futura immortalitate sanabitur. Quomodo est enim dicenda sanitas plena, vbi etiam de angeli satanæ colapho adhuc est necessaria medicina? Ex quo factum est virturem, quę nunc est in homine iusto, perfectam hactenus nominari, vt ad eius perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio. Tunc enim est secundum hanc infirmitatem pro suo modulo perfecta ista parua iustitia, quando etiam quid sibi desit intelligit. Ideoque Apostolus & imperfectum & perfectum se dicit. Imperfectum scilicet cogitando quantum illi ad iustitiam desit, cuius plenitudinem adhuc esurit ac sitit. Perfectum autem, quod & suam imperfectionem cõfiteri non erubescit, & vt peruentat bene procedit. Sic cut possumus dicere perfectum esse viatorem, cuius bene promouetur accessio, quanuis non perficiatur intentio, nisi fuerit facta peruentio. Propterea cum dixisset, Secundum iustitiam, quæ in lege est, qui fuerim sine querela: mox addidit, Quæ mihi lucra fuerunt, hæc propter Christum damna esse duxi. Veruntamen & arbitror omnia damnum esse propter eminentem scientiam Christi Iesu domini nostri. Propter quem omnia non solum detrimenta credidi, verum etiam stercora æstimaui esse vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est ex deo iustitia in fide. Ecce Apostolus secundum iustitiam quæ ex lege est, siue querela se fuisse non vtique mendaciter dicit, & tamen hæc quæ illi lucra fuerunt, abijcit propter Christum, & damna & detrimenta & stercora existimat, non solum hæc, sed & cætera omnia quæ supra commemorauit, propter non qualemlibet, sed eminentem, sicut ipse dicit, scientiam Christi Iesu domini nostri, quam proculdubio adhuc in fide habebat, nondum in specie. Tunc enim erit eminens Christi scientia, quando fuerit ita reuelatus, vt quod

Quomodo perfecti, & quo imperfecti in via.

Phil.3.

Aduersus Hieronimũ disputans stercora interpretatã vitia, nõ obseruationẽ legis.

quod creditur, videatur. Vnde alio loco ita dicit, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Hinc & ipse dominus, Qui diligit me, inquit, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo meipsum illi. Hinc Ioannes euangelista, Dilectissimi, inquit, filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus autem quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Tunc erit eminens Christi scientia. Nunc enim est quidem abscondita in fide, sed nondum eminens apparet in specie. Abijcit ergo illa beatus Paulus præteritæ iustitiæ suæ tanquam detrimenta & stercora, vt Christum lucrifaciat, & inueniatur in illo non habens suam iustitiam, quæ ex lege est. Neque enim lex illa dei non est. Quis hoc nisi Marcion & Manichæus & aliæ similes pestes dixerint? Cum ergo lex illa, vt dixi, dei sit, iustitiam suam dicit esse quæ ex lege est. Quam iustitiam suam noluit habere, sed proiecit vt stercora. Cur ita? nisi quia hoc est, quod etiam superius demonstrauimus, eos esse sub lege, qui ignorantes dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti? Putant enim se arbitrij sui viribus implere legem iubentem. & ista implicati superbia ad gratiam non conuertuntur iuuantem. Sic eos litera occidit, aut aperte etiam sibi reos non faciendo quod præcipit, aut putando se facere quod spiritali, quæ ex deo est, non faciunt charitate, ita remanent aut aperte iniqui, aut fallaciter iusti, in aperta iniquitate euidenter elisi, in fallaci iustitia insipienter elati: ac per hoc mirabili quodam modo, sed tamen vere, iustitiam legis non implet iustitia, quæ in lege est, vel ex lege, sed quæ in spiritu gratiæ. Iustitia quippe legis impletur in eis sicut scriptum est: qui non secundum carnem, ambulant, sed secundum spiritum. Secundum iustitiam vero quæ in lege est, se fuisse sine querela in carne non in spiritu dicit Apostolus, & iustitiam quæ ex lege est, suam dicit fuisse, non dei. Intelligendum est igitur iustitiam legis non impleri secundum iustitiam quæ in lege est, vel ex lege, id est secundum iustitiam hominis, sed secundum iustitiam, quæ est in spiritu gratiæ. Ergo secundum iustitiam dei, hoc est, quæ homini ex deo est. Quod planius & breuius ita dici potest: iustitiam legis dei non impleri cum lex iubet, & homo quasi suis viribus facit, sed cum spiritus adiuuat, & hominis non libera, sed dei gratia liberata voluntas facit. Legis itaque iustitia est iubere quod deo placet, vitare quod displicet. In lege autem iustitia est, seruire literæ, & extra eam nullum dei adiutorium ad recte viuendum require-

Col.3.

Ioan.14.

1.Ioan.3.

Rom.10.

2.Cor.5.

Rom.8.

re. Cum enim dixisset, Non habens meam iustitiam, quę
Gal.3. ex lege, est sed eam quæ est per fidem Christi: addidit, quę
Rom.10. est ex deo? Ipsa est ergo iustitia dei, quam superbi igno-
Gal.5. rantes, suam volunt constituere. Non enim propterea
iustitia dei dicitur, quoniam deus iustus est, sed quia ho-
mini ex deo est. Secundum hanc autem iustitiam dei,
hoc est, quæ ex deo nobis est, nunc fides operatur per di
lectionem: id est, operatur quomodo perueniat homo ad
2.Cor.13. eum, in quem modo non videns credit, quem cum vide-
rit, tunc quod erat in fide per speculum in ænigmate,
iam erit in specie facie ad faciem, tunc perficietur &
ipsa dilectio. Nimis quippe insipienter dicitur, tantum
amari deum antequam uideatur, quantum amabitur,
cum uidebitur. Porro si in hac uita pio nemine dubi-
tante, quanto amplius diligimus deum, tanto sumus vti
que iustiores, quis dubitet, piam veramque iustitiam cum
defuerit dilectio dei perfecta, tunc perfici: Tunc ergo
Rom.13. lex ita vt nihil omnino desit, implebitur, cuius legis,
secundum Apostolum, plenitudo dilectio est. Ac per
Phil.3. hoc cum dixisset, non habens meam iustitiam, quæ ex
lege est, sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est ex deo
iustitia in fide, Deinde subiunxit, Ad cognoscendum
eum, & virtutem resurrectionis eius, & communica-
tionem passionum eius. Hæc omnia nondum plena &
perfecta in Apostolo erant, sed tanquam in via positus
ad eorum plenitudinem perfectionemque currebat. Nam
2.Cor.13. quomodo iam perfecte cognouerat Christum, qui dicit
alio loco, Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam,
sicut & cognitus sum? Et quomodo iam perfecte cogno-
uerat virtutem eius resurrectionis, cui resta bat eam ple-
nius tempore resurrectionis carnis experiendo cognosce
re? Et quomodo iam perfecte cognouerat communicatio
Phil.3. nem passionum eius, nondum pro illo passionem mortis
expertus? Denique addit & dicit, Si quo modo occurram
in resurrectionem mortuorum. Ac deinde ait, Nō quia
iam acceperim, aut iam perfectus sim. Quid ergo se conse
tetur nondum accepisse, & in quo nōdum esse perfectum,
nisi ex ea iustitia, quę ex deo est, quam concupiscens no
luit suam habere, quæ ex lege est? Hinc enim loquebā-
tur, & hæc fuit causa vt hæc diceret, resistens inimicis
Christus crucifi xus vt nobis grām largiret. gratiæ Christi, pro qua largienda crucifixus est Chri-
stus. Ex quorum genere etiam isti sunt, Nam ex quo so-
co suscepit hæc dicere, sic exorsus est, Videte canes, vi-
dete malos operarios, videte concisionem. Nos enim
sumus circuncisio, qui spiritu deo seruimus, vel sicut non
nulli codices habent, qui spiritui deo, vel spiritui dei ser-
uimus, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fi-
dentes. Hinc manifestum est aduersus Iudæos eum age-

re, qui carnaliter obseruantes legem, & suam iustitiam
volentes constituere, occidebantur litera, non viuifica- 2.Cor.3.
bantur spiritu, & in se gloriabantur, cum apostoli, & om
nes promissionis filij gloriarentur in Christo. Deinde su
biecit, Quanquam ego habeam fiduciam in carne. Si
quis alius in carne putat se fiduciam habere, magis ego.
Et enumerans omnia quæ secundum carnem habent glo
riam ad illud terminauit, vbi ait, Secundum iustitiam
quæ in lege est, qui fuerim sine querela. Et cum hæc sibi
omnino danna & detrimenta & stercora fuisse dixisset,
vt Christum lucrifaceret, adiecit, Et inueniar in illo non
habens iustitiam meam, quæ ex lege est, sed eam quæ est
per fidem Christi, quæ est ex deo. Huius ergo iustitiæ per
fectionem, quæ non erit nisi in illa eminenti scientia Chri
sti, propter quam sibi dixit omnia damnum esse, nōdum
accepisse se confessus est, & propterea nondum esse per- 1.Cor.13.
fectum. Sequor autem, inquit, si apprehendam, in quo &
apprehensus sum a Christo Iesu. Tale est apprehēdam in
quo & apprehensus sum, quale est, Cognoscam sicut & 2.Cor.12.
cognitus sum. Fratres, inquit, ego meipsum non arbitror
apprehendisse. Vnum autem, quæ retro sunt, oblitus, in
ea quæ ante sunt, extentus, secundum intentionē sequor
ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Or-
do verborum est, Vnum autem sequor: De quo vno be
ne intelligitur & dominus admonuisse Martham, vbi Luc.10.
ait, Martha Martha solicita es, & turbaris circa plurima.
Porro vnum est necessarium. Hoc iste volens apprehen-
dere, tanquam in via constitutus sequi se dixit ad palmā
supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Quis autem cun
ctetur cum hoc quod sequi se asseuerat apprehenderit,
tunc habiturum eum iustitiam æqualem iustitiæ sancto-
rum angelorum, quorum neminem vtique ne magnitudi- 1.Cor.12.
ne reuelationum extollatur, satanæ angelus colaphizat?
Deinde admonens eos, qui possent illius iustitiæ plenitu
dine iam se putare perfectos: Quotquot ergo, inquit, per- Phil.3.
fecti, hoc sapiamus, tanquam diceret, Si secundum homi
nis mortalis capacitatem pro huius vitæ modulo per-
fecti sumus, ad ipsam perfectionem hoc quoque pertine-
re intelligamus, vt angelica illa quæ in Christi manifesta
tione nobis erit iustitia, nondum nos perfectos esse sapia
mus. Et si quid aliter sapitis, inquit, hoc quoque vobis
deus reuelabit. Quomodo, nisi ambulantibus & proficiē
tibus in via rectæ fidei, donec ista peregrinatio finiatur &
ad speciem veniatur? Vnde consequenter adiunxit, Ve-
runtamen, in quit, in id quod peruenimus, in eo ambule-
mus. Deinde concludit vt caueantur illi, de quibus hic
locus sermonis eius sumpsit exordiū, Imitatores mei, in- 1.Cor.4. &.11.
stituti, estote fratres, & intendite eos q sic ambulāt, sicut & & Phil.3.

habetis formam nostram. Multi enim ambulant, de quibus sæpe dicebam vobis, nunc etiam flẽs dico inimicos crucis Christi, quorum finis est interitus: & cætera. Illi ipsi sunt, de quibus incipiens dixerat, Videte canes, uidete malos operarios: & sequentia. Omnes itaque sunt inimici crucis Christi, qui volentes constituere suam iustitiam, quæ ex lege est, idem litera tantum iubente, nõ spiritu implente, iustitiæ dei non sunt subiecti. Si enim qui per legem hæredes sunt, exinanita est fides, Si per legem iustitia. ergo Christus gratis mortuus est, ergo euacuatũ est scandalum crucis. Ac per hoc illi inimici sunt crucis eius, qui per legem dicunt esse iustitiam, ad quam iubere, pertinet, non iuuare. Gratia vero dei per Iesum Christũ dominum nostrum in spiritu sancto, adiuuat infirmitatẽ nostram. Quamobrem qui secundum iustitiam quæ in lege est, sine fide gratiæ Christi viuit, sicut se Apostolus sine querela vixisse commemorat, nullam verã imputandus est habere iustitiam: non quia lex vera & sancta nõ est, sed quia obedire velle literæ iubenti, sine viuificante spiritu dei, veluti ex viribus liberi arbitrij, iustitia vera non est. Iustitia vero, secundum quam iustus ex fide vivit, quoniam per spiritum gratiæ homini ex deo est, vera iustitia est. Quæ licet non immerito in aliquibus iustis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur, parua tamen est ad illam magnam, quam capit æqualitas angelorum. Quam qui nondum habebat, & propter illam, quæ iam inerat perfectum: & propter istam quæ adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat. Sed plane minor ista iustitia facit meritum, maior illa fit præmium, Vnde qui istam non sequitur, illam non assequitur. Quocirca post resurrectionem hominis, futuram negare iustitiæ plenitudinem, & putare tantam futuram esse iustitiam in corpore vitę illius, quanta esse potest in corpore mortis huius, dementiæ singularis est. Non autem illic incipere homines, quæ hic noluerint dei mandata complere, uerissimum est. Erit enim perfectissimæ plenitudo iustitiæ, non tamen hominum mandata sectantium, & ad eam plenitudinem proficiendo nitentium: sed in ictu oculi, sicut ipsa futura est resurrectio mortuorum: quoniam illa perfectæ magnitudo iustitiæ, eis qui hic mandata fecerunt, prę mium dabitur, non & ipsa facienda mandabitur. Sed ita dixerim, mandata fecerunt, vt ipsa mandata meminerimus pertinere ad orationem, in qua quotidie veraciter dicunt sancti filij promissionis, Fiat voluntas tua: Et, Dimitte nobis debita nostra.

Roma. 4. Galat. 2. 5

Quõ si ex lege iustitia exinãita fides, & euacuatũ scãdalum crucis habes ab Augu. i Epist. 95. q̃ fuit q̃nq; Episcporũ ad Innocẽtiũ papã, & i de Eccl. dog. c. 48. i T. 3. & i cõci. Arausicano can. 21. i primo. T. cõcil. Abacuc. 2. Rom. 1. Heb. 10.

Ro. 7

1. Cor. 15.

Matth. 6.

CAP. VIII.

CVM Igitur Pelagiani, his atque huiusmodi veritatis testimonijs & vocibus vrgeant, ne negent originale peccatum, ne gratiam dei qua iustificamur, nõ gratis, sed iecundum

eundum merita nostra dari dicant, ne in homine mortali quamlibet sancto, & bene agente tantam dicant esse iustitiam, vt ei non sit necessaria etiam post regenerationis lauacrum, donec istam vitam finiat remissio peccatorũ, Ergo cum vrgentur neista tria dicant, & per hæc homines, qui eis credunt a gratia, saluatoris alienent, & elatos in superbiam, in iudicium diaboli præcipites ire persuadeant: immittunt aliarum nebulas quæstionum, in qui bus eorum apud homines simpliciores, siue tardiores, si ue sanctis literis minus eruditos impietas delitescat. Hæ sunt nebulæ de laude creaturæ, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorum, quasi quisquam nostrum ista vituperet, ac non potius omnia in honorem creatoris & saluatoris debitis laudibus prædicet. Sed neque creatura ita vult laudari, vt nolit sanari, Et nuptiæ quanto magis laudandæ sunt, tanto minus eis imputanda est pudenda carnis concupiscentia: quæ non est a patre, sed ex mundo est: Quam profecto inuenerunt in hominibus nuptiæ, non fecerunt: quia & illa in plurimis sine ipsis est, & ipsæ si nemo peccasset, sine illa esse potuerunt. Et lex sancta & iusta & bona, nec ipsa est gratia, & nihil ex ea recte fit sine gratia, quia non est data quæ posset viuificare, sed præuaricationis causa posita est, vt conuictos concluderet sub peccato, & promissio ex fide de Iesu Christi daretur credentibus. Et liberum arbitriũ captiuatum non nisi ad peccatum valeat, ad iustitiam vero nisi diuinitus liberatum adiutumque non valet. Ac per hoc & sancti omnes, siue ab illo antiquo Abel, vsque ad Ioannem Baptistam, siue ab ipsis Apostolis vsque ad hoc tempus, & deinceps vsque ad terminum seculi, in domino laudandi sunt, non in seipsis, quia & illorum anteriorum vox est, In domino laudabitur anima mea: Et istorum posteriorum vox est, Gratia dei sum quod sum. Et ad omnes pertinet, Vt qui gloriatur, in domino glorietur. Et confessio communis est omnium, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est.

Creatura nõ ita ãbet laudari, ut nolit sanari idẽ i Epist. 5. episcoporũ. i. 2. T. ho. op. 1. Ioan. 2.

Roma. 7.

Sãcti i dño laudãdi nõ i seipsis idẽ sup Euang. Io. trac. 1 & 4. in Tom. 9. Psal. 33. 1. Cor. 15. Hier. 9. 1. Cor. 1. & 2. Cor. 10. 1. Ioan. 1.

SED quoniam in his quinque rebus quas proposui, in quibus quærunt latebras, & de quibus connectũt calumnias, diuinis documẽtis proferuntur atque vincuntur, excogitauerunt Manichęorum detestabili nomine impetitos quos potuerint deterrere, ne aduersus eorum pernitiosissima dogmata aures accommodent veritati: quia scilicet Manichęi quinq; istorum tria priora blasphemando cõdemnant, dicentes, neque humanam creaturam, neque nuptias, neque legem a summo & vero deo esse institutam. Non autem accipiũt, quod veritas dicit, a libero arbitrio exordium sumpsisse peccatum, & ex illo esse omne vel

Augustinus confert Manichęos, Pelagiãos, & catholicos.

CAP. IX.

angeli vel hominis malum: quia mali naturam semper malam & deo coeternam nimis a deo exorbitantes credere maluerunt. Sanctos quoque Patriarchas & Prophetas, quantis possunt execrationibus infectantur. Eccevm de se putant hæretici noui Manichæorum nomine obiecto vim subterfugere veritatis, sed non subterfugiũt: Inlequitur quippe illa, & simul Manichæos Pelagianosque subuertit. Homo enim dum nascitur, quia bonum aliquid est inquantum homo est, Manichæum redarguit, laudatque creatorẽ: inquantum vero trahit originale peccatum, Pelagium redarguit, & habet necessarium saluatorem. Nam & quod sananda dicitur ista natura, vtrunque repercutit quia nec medicina opus haberet si sana esset, quod est cõtra Pelagium; nec sanari posset omnino si æternum atq; immutabile malum esset, quod est contra Manichæum. Item quod nuptijs, quas laudamus a domino cõstitutas, concupiscentiam carnis imputandam esse non dicimus, & contra Pelagianos est, qui eam in laudibus ponũt: & contra Manichæos, qui eam malæ naturę tribuunt, cum sit nostrę naturæ accidens malum, non dei distinctione separandum, sed dei miseratione sanandum. Item quod dicimus legem sanctam, iustam & bonam, non iustificandis impijs, sed conuincendis superbis, præuaricationis gratia positam, & contra Manichæos est, quia secundum Apostolum laudatur: & contra Pelagianos, quia secundũ Apostolum, nemo ex lege iustificatur. Et ideo iustificandis eis, quos litera occidit, id est, quos lex bona præcipiens præuaricatione reos facit, spiritus gratię gratis opitulatur. Item quod arbitrium sui in malum liberũ dicimus, ad agendum bonum gratia dei esse liberandum, contra Pelagianos est: quod autem dicimus ab illo exortum, quod antea non erat malum, contra Manichæos est, licẽ quod sanctos Patriarchas & Prophetas debitis in deo laudibus honoramus, aduersum est Manichæis: quod vero & ipsis quanuis iustis & ideo placentibus propitiationẽ domini fuisse dicimus necessariam, aduersum est Pelagianis. Vtrosque igitur catholica fides sicut & cæteros hæreticos aduersarios inuenit, vtrosque diuinorum testimoniorum authoritate & luce veritatis conuincit.

Homo in Natiuitate & bonus & malus.

Rom. 7.

Rom. 3.

CAP. 2.

ADDVNT sane ad latebrarum suarum nebulas Pelagiani, de origine animę nõ necessariam quæstionẽ, ad hoc, vt res manifestas, aliarum rerũ obscuritate turbãdo, moliãtur latendi locum. Aiunt enim nos animarum traducem, cum peccati traduce contueri. Quod vbi & quando in eorum, qui defendunt aduersus istos catholicam fidẽ, vel sermonibus audierint, vel literis legerint, nescio. Quia etsi inuenio a catholicis de hac re aliquid scriptum nondum contra istos fuerat, veritatis suscepta defensio,

Dog. Pelagianũ.

fensio, neque id agebatur ut eis responderetur. Sed hoc dico, tam manifestum esse secundum scripturas sanctas originale peccatum, atque hoc dimitti lauacro regenerationis in paruulis, tanta fidei catholicæ antiquitate atq; authoritate firmatum, tam clare ecclesiæ celebritate notissimum, vt quicquid de animæ origine cuiuslibet inquisitione uel affirmatiõe disseritur, si cõtra hoc sit, verũ esse non possit. Quapropter quisquis, vel de anima quacunque re obscura id astruit, vnde hoc quod verissimum fundatissimum, notissimum est destruat, siue sit ille filius siue inimicus Ecclesiæ, aut corrigendus est, aut cauendus. Sed hic sit huius voluminis finis, vt aliud habeant quæ sequuntur exordium.

Libri Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA DVAS EPISTOLAS Pelagianorum, ad Bonifacium Liber Quartus

POST hæc quę tractauimus quibusque respondimus, eadem repetant quorum redarguimus Epistolam, sed diuerso modo, Nã prius ea proposuerunt nobis obijcientes, quæ velut perperam sentiamus, postea vero quid ipsi sentiant exponentes, eadem a contrario reddiderũt addentes duo quędam quę non dixerant, id est, baptismum se dicere omnibus ętatibus necessarium: & per Adam mortem ad nos transisse, nõ crimina, Quę suo loco & ipsa tractanda sunt. Proinde quia superiore libro quem modo explicauimus, quinque rerum eos obtendere obstacula diximus, in quibus eorum dogmata inimica gratiæ dei & catholicæ fidei delitescãt laude scilicet creaturę, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorum, commodius esse arbitror omnia quæ defendunt, quorum contraria nobis obiciunt, gnatim distinguere, & quę illorũ ad qd istorũ gnę pertineant demonstrare, vt dilucidior & probabilior ipsa distinctione possit esse nostra responsio.

CAP. 1.

LAVDEM creaturæ, quod ad genus humanum attinet, vnde nunc quæstio est, his sententijs exequuntur,

Latebræ Pelagianorum.

CAP. 11.

Creaturas laudãt Pelagiani, et ita magnificant creatorem q̃ pui pẽdũt saluatorẽ, in epist. 5. eporũ in To. 2. ho. op.

tur, quod nascentium conditor deus, sit filijsque hominum opus sint dei, & peccatum omne non de natura, sed de voluntate descendat. Huic laudi creaturæ applicant, quod omnibus ꝓtribus dicunt esse baptismũ necessarium, vt scilicet illa creatura in dei filios adoptetur, non quod aliquid ex parentibus trahat, quod sit lauacro regenerationis expiandum. Huic laudi adiungunt & quod Christum dominum nulla dicunt macula peccatisse respersum, quantum attinet ad eius infantiam, q̃ eius carnem ab omni peccati contagione purissimam, nõ excellentia propria & gratia singulari, sed communione naturæ, quæ omnibus ineſt infantibus asseuerant. Eo pertinet etiam quod de animæ origine inserunt quæstionem sic animę Christi coęquare molientes omnes animas paruulorum, quas volunt esse similiter nulla peccati macula aspersas. Propter hoc etiam dicunt ex Adam nihil malũ transisse per cæteros, nisi mortem, quę non sempe est malum, inquiunt, cum & martyribus sit causa præmiorum, & vel bonam vel malam mortem dici faciat non resolutio corporum, quę excitabuntur in omni genere hominum, sed meritorum diuersitas, quæ de humana libertate contingit. Hæc scribũt in hac epistola de laude creaturæ. Nuptias vero secundum scripturas laudant, quia dominus in Euangelio loquitur. Qui fecit ab initio masculum & fœminam fecit eos, & dixit, Crescite & multiplicamini & replete terram. Quanuis hoc non in eo loco Euangelij, sed tamen in lege sit scriptum. Addunt etiam, Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Quę vero ba Euangelica agnoscimus. In laude legis dicunt veterem legem secundum Apostolum iustam & sanctam, & bonam custodientibus mandata sua, ac per fidem iustę viuentibus, sicut Prophetis & Patriarchis omnibus quę sanctis uitã potuisse cõferre ꝓpetuã. In laude liberi arbitrij dicunt, liberum arbitrium non perijsse, cum loquatur dominus per Propheram, Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ edetis: si nolueritis & nõ audieritis, gladius vos comedet. Ac per hoc & gratiam vniuscuiusque bonum propositum adiuuare, non tamen relicto ꝓpter studium virtutis immittere, quia personarum acceptio non est apud deum, Laude sanctorum ſese comungunt, dicentes baptisma perfecte homines inuocare. Si quidem Apostolus testis sit, qui per lauacrum aquæ Ecclesiam de gentibus sanctam fieri immaculatamque testatur, Sanctum quoque spiritum mẽtes bonas in antiquis adiuuisse temporibus. dicente Propheta ad deũ, Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Omnes quoque Propheras & Apostolos vel sanctos, tam noui, quam veteris testamenti, quibus dominus testimonium perhibet

Matt. 19. Gen. 1.

Roma. 7.

Esa. 1.

Act. 10.

Roma. 2. Ephe. 5.

Psal. 142.

non in comparatione sceleratorum, sed regula virtutum iustos fuisse, in futuro autem tempore mercedem esse tã bonorum quam malorum. Cæterum neminem posse quę hic cõtẽpserit illic mandata perficere, quia dixerit Apostolus, Oportet nos manifestari ante tribunal Christi, vt reportet vnusquisque propria corporis secundum quod gesiit, siue bonum, siue malum, In his omnibus quicquid dicunt de laude creaturę atque nuptiarum, ad hoc referre conantur, vt non sit originale peccatum. Quicquid de laude legis & liberi arbitrij. ad hoc, vt gratia non aduenire nisi meritum, ac sic gratia iam non sit gratia. Quicqd de laude sanctorum, ad hoc, vt vita mortalis in sanctis videatur non habere peccatum, nec sit eis necessarium pro dimittendis debitis suis precari deum.

1. Cor. 5.

Hęc oĩa i cõcil. Mile. & in cõcil. Aphr. condemnantur.

ITA nepharia & damnabilis dogmata in hac tripartita diuisione, quisquis mente catholica exhorret, illius quinquepartitæ latebras insidiasque deuitet, atque ita inter vtrunque sit cautus, vt sic declinet Manichæum, ne se inclinet in Pelagium, rursusque ita se seiungat a Pelagianis, ne coniugat Manichæis, aut si in alterutris tenetur, nec sic se a quibuslibet alteris seruet, vt in alteros irruat. Videntur quippe inter se esse contrarij, quo niam quinque illa Manichæi vituperando se manifestãt Pelagiani laudando se occultant. Quapropter vtrosque damnat atque diuitat, quisquis secundum regulam catholicæ fidei sic in hominibus nascentibus de bona creatura carnis & animæ glorificat creatorem, quod nõ vult Manichęus, vt tamen propter vitium, quod in eos per peccatum primi hominis pertransijt, fateatur & paruulis necessarium saluatorem, quod non vult pelagius. Sic discernit malum pudendæ concupiscentiæ a bonitate nuptiarum, vt neque Manichęis similis vnde nascimur, culpet, neque Pelagianis similis vnde confundimur, laudet. Sic legem per Moysen sanctam & iustam & bonam a deo sancto & iusto & bono datam esse defendit, quod contra Apostolum negat Manichæus, vt eam dicat & peccatum ostendere, non tamen tollere, & iustitiam iubere non tamen dare, quod rursus cõtra Apostolum negat Pelagius. Sic asserit liberũ arbitriũ, ut nõ ex natura neſcio qua semper mala, q̃ nulla est, sed ex ipso arbitrio cœpisse dicat & angeli & hominis malum, quod euertit hæresim Manichęam, nec ideo tamen posse capiuam voluntatem, nisi dei gratia respirare in salubrem libertatem quod euertit hæresim Pelagianam. Sic laudat in deo sanctos homines dei non solũ ex manifestato in carne Christo & deinceps, verum etiam superiorum temporũ, quos audent blasphemare Manichęi, vt tamen de ipsis plus credat ipsis confitentibus, quam Pelagianis mentientibus.

Liberũ arbitriũ CAP. III.

Roma. 7.

1.Ioan.1. bus. Sanctorum enim vox est, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

CAP. IIII. His ita se habentibus, quid prodest nouellis hæreticis, inimicis crucis Christi & diuinæ oppugnatoribus gratiæ, quod a Manichæorum errore sani videntur, & a lia sua pestilentia moriuntur? Quid eis prodest, quod in laude creaturæ dicunt deum bonum, nascentium conditorem, per quem facta sunt omnia eiusque opus esse filios hominum, quos Manichæi dicunt opus esse principis tenebrarum, cum inter vtrosque, vel apud vtrosque dei creatura, quæ est in infantibus pereat? Vtrique enim nolite eam Christi carne & sanguine liberari: illi quia ipsam carnem & sanguinem Christi, tanquam hęc omnino in homine vel ex homine, non susceperit, destruunt: isti autē, quia nullum malum ineſſe infantibus asserunt, vnde per sacramentum carnis huius & sanguinis liberentur. Iacet inter illos in paruulis humana creatura institutione bona, propagatione vitiata, bonis suis confitens optimum conditorem, malis suis quærens misericordissimum redemptorem, Manichęos habens bonorum suorum vituperatores, Pelagianos habens malorum suorum negatores, vtrosque persecutores. Et quanuis per infantiam loqui non valeat, specie tamen tacita & infirmitate abdita impiam vanitatem vtrorunque compellat. & illis dicens, ab eo qui bona creat credite me creari, & istis dicens, ab eo qui me creauit, sinite me sanari. Manichęus dicit, mihil est huius infantis, nisi anima bona liberanda cętera non ad deum bonum, sed ad principem tenebrarum pertinent respuenda. Pelagianus dicit, imo huius infantis nihil est liberandum, quia totum ostendimus saluum. Ambo mentiuntur, Sed mitior est iam carnis solius accusator, quam qui in vniuersum conuincitur fateri laudator, Sed neque Manichæus humanę animę subuenit blasphemando authorem totius hominis deum, nec Pelagianus humanę infantię diuinam gratiam subuenire permittit, negando originale peccatum. Deus ergo misereatur per catholicam fidem, quę vtramque redarguendo,

1.Cor.3. pernicem infantibus subuenit ad salutem, Manichæis dicens, Audite Apostolum clamantem, Nescitis quia corpus vestrum templum est in vobis spiritus sancti? & deum bonum creatorem credite corporum, quia non potest esse templum spiritus sancti opus principis tenebrarum. Pe-

Psal.50. lagianis dicens, In iniquitatibus conceptus est, & in peccatis eum mater eius in vtero aluit, quem conspicitis paruulum. Quid eum tanquam ab omni noxa liberatis defendendo non permittitis per indulgentiam liberari? Nemo mundus a sorde, nec infans cuius diei vnius vita

Iob.25.

sit super terrā. Sinite miserū remissionē accipere peccatorum, per eum qui solus nec paruus nec magnus potuit habere peccatum. Quid eis igitur prodest, quod dicunt omne peccatum non de natura, sed de voluntate descendere, & Manichęis malam naturam dicentibus causam esse peccati, huius sententię veritate resistere: quando nolentes admittere originale peccatum, cum & ipsum sine dubio de primi hominis voluntate descendat, faciunt reos paruulos de corpore exire? Quid eis prodest baptismum omnibus ętatibus necessarium confiteri, quod Manichæi dicunt in omni ætate superfluum, cum isti dicāt esse in paruulis falsum, quantum ad remissionem attinet peccatorum? Quid eis prodest, quod carnem Christi, quā Manichęi nullam vel simulatam fuisse contendunt aduersus eos isti non solum veram, sed & ipsam animam nulla peccati macula respersam fuisse defendunt cum eius sic infantię cęteri ab eis cogquentur infantes, non impari puritate, vt & illa non videatur seruare istorum cō paratione propriam sanctitatem, & isti ex illa nullam consequantur salutem? In eo sane quod dicunt per Adā mortem ad nos transisse, non crimina, non habent aduersarios Manichæos: quia nec ipsi asserunt originale peccatum ex homine primo prius puro & recto corpore ac spiritu, & postea per arbitrium liberum deprauato, deinceps in omnes transisse cum morte & transire peccatum: sed carnem dicunt ab initio malam de malo corpore & a spiritu, & cum malo spiritu creatam: animam vero bonam partem scilicet dei pro meritis inquinationis suæ pro cibos & potum, in quibus antea colligata est, venire in hominem, atque ita per concubitum etiam carnis vinculo colligari. Ac per hoc Manichęi consentiunt Pelagianis, non crimen primi hominis transisse in genus humanum, neque per carnem, quam nunquam fuisse dicūt bonā, neq; per animam, quam perhibent cū meritis inquinamentorum suorum, quibus polluta est ante carnem, venire in hominis carnem. Sed Pelagiani quomodo dicūt solam mortem ad nos transisse per Adā? Si enim pro tuus est, quia peccauit, pœnā dicunt transire sine culpa, & innocentes paruulos in iusto iudicio puniri trahendo mortē sine meritis mortis: Quod de vno solo mediatore dei & hominū hoie Christo Iesu catholica fides nouit, q pro nobis mortē, hoc est, peccati pœnā sine peccato subi re dignatus est. Sicut enim solus ideo factus est hominis filius, vt nos per illum dei filij fieremus: ita solus pro nobis suscepit sine malis meritis pœnam, vt nos per illum sine bonis meritis consequeremur gratiam. Quia sicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec

illi

Manichęi dicebāt alias cū meritis inquinamētorū in carnē venisse idē in de hæresi. c.46.& i.d.5.hę re.c.5.i To.6.& sup Ioā.trac.8.i T.9.& i de ỹb. apo.ser.4.i T.9 1.Thi.2. Hæc ē iustitia q̄ vsus xp̄s nos redemit, vt inquit Augu.14.d trin. ca.13.in Tom.3.

peccatum originale ē primi hoīs volū tate descēdit. idē in epi.5. cp̄or. & in epist. patrū mile. cōcil ad in nocētiū papā & in rescriptis eius dē ad p̄dictos patres i.2. To. horum opuscul.

Roma.5.

illi aliquid mali. Commendans ergo dilectionem suam in eos, quibus erat daturus indebitam vitam, pari pro eis voluit indebitam mortem. Hanc singularem meritoris prærogatiuam Pelagiani euacuare conantur, vt hoc iam non sit in domino singulare, si Adam ita propter culpam mortem passus est debitam, vt paruuli ex illo nullam trahentes culpam, mortem patiantur indebitam. Quanuis enim bonis conferatur per mortem plurimum boni, vnde nonnulli congruenter etiam de bono mortis disputauerunt: tamen & hinc quę prædicanda est nisi misericordia dei, quod in bonos vsus cōuertitur pœna peccati? Sed hoc ideo dicunt isti, dum volunt ex verbis Apostoli in suum sensum homines detorquere, Vbi enim ait Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt: ibi volunt intelligi non peccatum pertransisse, sed mortem. Quid est ergo quod sequitur, in quo omnes peccauerunt? Aut enim in illo vno homine peccasse dicit omnes Apostolus, de quo dixerat per vnum hominem peccatum intrauit in mundum: aut in illo peccato, aut certe in morte. Nō enim mouere debet, quia non dixit, in qua, sed in quo omnes peccauerūt. Mors quippe in Græca lingua generis masculini est. Quod libet ergo eligant, aut enim in illo homine peccauerunt omnes, & ideo dictum est, quonsam quando ille peccauit, in illo erant omnes: aut in illo peccato peccauerūt omnes, quia generaliter omnium factum est, quod nascentes tracturi erant omnes: aut restat vt dicant, q in illa morte peccauerint omnes. Sed hoc quemadmodū possit intelligi, non plane video. In peccato enim mortis tur omnes, non in morte peccant, Nam peccato præcedente, mors sequitur, non morte præcedente, peccatum. Aculeus quippe mortis est peccatum, id est, aculeus cuius punctione fit mors, non aculeus quo pungit mors, Sicut venenū si bibitur appellatur poculum mortis, q eo poculo facta sit mors, nō quod morte sit poculum factum, aut a morte sit datum. Quod si propterea non potest illis verbis Apostoli peccatum intelligi, in quo omnes peccauerunt, quia in Græco vnde translata est Epistola, peccatum fœminino genere positum est, restat vt in illo primo homine peccasse omnes intelligantur: quia in illo fuerunt omnes quando ille peccauit, vnde peccatum nascendo trahitur, quod nisi renascendo non soluitur. Nam & sic sanctus Hilarius intellexit quod scriptū est, in quo omnes peccauerunt: ait enim, In quo, id est, in Adam, omnes peccauerunt. Deinde addidit, Manifestum in Adam omnes peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, omnes quos genuit natos sunt sub peccato,

Roma.5.

ἐφ᾽ ᾧ

Quomodo in Adam peccauerūt omnes.

1.Cor.15.

Mores ex pctō & nō ex morte pcm. idē i epist. 105. in. 2. Tom. horū opuscul.

ἁμαρτίαι

peccato. Hęc scribēs Hilarius sine ambiguitate commonuit, quomodo intelligendum esset, in quo omnes peccauerunt. Propter quid autem idem Apostolus dicit nos per Christum reconciliari deo, nisi propter quod facti fuimus inimici? Et hoc quid est, nisi peccatum? Vnde & Propheta dicit, Peccata vestra separant inter vos & deum. Propter hanc ergo separationem mediator est missus vt tolleret peccatum mundi, per quod separabamur inimici, & reconciliati ex inimicis efficeremur filij. Hinc vtique Apostolus loquebatur, hinc factum est vt inter-peneret quod ait, per vnum hominem intrasse peccatū. Hæc enim sunt superiora verba eius, Commendat autem, inquit, suam charitatem deus in nobis, quoniam ad huc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Non solum autē, sed & gloriantes in deo per Iesum Christum dominum nostrum, per quem & nunc reconciliationem accepimus. Deinde subiungit, Propter hoc sicut per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Quid tergiuersantur Pelagiani? Si omnibus necessaria est reconciliatio per Christum, per omnes transijt peccatum, quo inimici fuimus vt opus reconciliari haberemus. Hęc reconciliatio est in lauacro regenerationis & Christi carne & sanguine, sine quo nec paruuli possunt habere vitam in semetipsis. Sicut enim fuit vnus ad mortem propter peccatum, sic est vnus ad vitam propter iustitiam. Quia sicut in Adam omnes mortuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, Et sicut per vni us delictum in omnes homines ad condemnationem, ita & per vnius iustificationem in omnes vitę. Quis aduersus hęc Apostolica verba tanta duritia nephandę impietatis obsurduit, vt his auditis mortē sine peccato in nos per Adā transisse contēdat, nisi oppugnatores gratiæ dei inimici crucis Christi? Quorū finis est interitus, si in hac obstinatione duruauerint. Verum hęc dixisse sufficiat pro tempore eorum illam versutiam serpentinam, qua volunt mē tes corrumpere simplices, & auertere a catholicę fidei castitate, veluti laude creaturę.

Roma.5.

Hilarius

Bſa.59.

Eucharistia infantium.

Philip.3.

PORRO autem de laude nuptiarum quid iuuat, quod aduersus Manichæos, qui nuptias non deo Vero & bono assignat, sed principi tenebrarum, isti verbis veritatis obsistunt dicentes, quia dominus in Euangelio loquitur. Qui fecit ab initio masculum & fœminam fecit eos, Et dixit, Crescite & multiplicamini, & repiete

Lex bona, ꝙa mittit ad gratiā. CAP. V.

Gene.2.

plete terrã. Quod ergo deus coniunxit, homo non sepa-
ret. Quid eis hoc prodest per verum seducere ad falsum?
Hoc enim dicunt, vt ab omni noxa liberi nasci credan-
tur infantes, ac sic non eis opus sit reconciliari per Chri-
stum, non habentibus vllum originale peccatũ, propter
Roma.5. quod reconciliatio necessaria est omnibus per vnum, qui
sine peccato venit in mundum. Sic enim inimicitię factæ
sunt per vnum, per quem peccatum intrauit in mundum
quod catholice creditur, pro saluanda natura hominum
salua laude nuptiarum, quia nuptiarum laus est iusta co-
pulatio sexuum, non iniqua defensio vitiorum, Ac per
hoc cum isti laudando nuptias a Manichæis homines
ad seipsos volunt traducere, mutare illis morbum cu-
piunt, non sanare. Rursus in laude legis quid eis prodest
quod contra Manichæos verum dicunt, quando ex hoc
ad illud volunt ducere, quod falsum contra catholicos
sentiunt? Dicunt enim, Legem etiam veterem secundum
Roma.7. Apostolum iustam & sanctam & bonam fatemur: quæ
custodientibus mandata sua, ac per fidem iuste viuenti-
Pelagiãi legẽ cõ bus, sicut Prophetis & Patriarchis omnibusque san-
tra grãs laudãt. ctis vitam potuit conferre perpetuam. Quibus ver-
bis callidissime positis legem contra gratiam laudãt. Ne-
que enim lex illa quãuis & iusta & sancta et bona omni-
bus illis hominibus dei, sed fides quę in Christo est, vi-
tam potuit conferre perpetuam. Hęc enim fides per dile-
Gal.5. ctionem operatur, non secũdum literam quę occidit, sed
2 Cor.4. secundum spiritum qui viuificat, ad quam dei gratiã lex
2.Cor.3. de pręuaricatione terrendo tanquam pædagogus perdu-
Lex vt pedago cit, vt sic conferatur homini, quod conferre ipsa non po-
gus ducit ad xp̃z tuit. Istis nanque verbis eorum, quibus dicunt legẽ pro-
Idẽ isra. de spũ phetis & patriarchis omnibusque sanctis mandata eius
& lra.29.&.30. seruantibus, vitam potuisse conferre perpetuam, respon-
Gal.2. det Apostolus. Si per legem iustitia, Christus gratis mor-
Roma.4. tuus est. Si ex lege hęreditas, iam non ex promissione.
De istis cõsequẽ Si hi qui per legem hęredes sunt, exinanite est fides, eua-
tibꝰ sup.i.c.7.ter cuata est promissio. Quia autem in lege nemo iustifica-
tij libri vbi alia tur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide viuit.
loca notauimus. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in il-
Abac.2. lis. Quod ex lege testimoniuum cõmemoratum ab Apo-
Rom.1. stolo propter vitam temporalem intelligitur, propter cu-
Heb.10. ius amittendę timorem faciebant homines legis opera
non ex fide, quę transgressorẽ legis eadem lege a popu-
lo iubebat occidi. Aut si altius intelligendum est, propter
vitam ęternam scriptum esse, qui fecerit ea viuet in illis
ideo sic expressum est legis imperium, vt infirmitas ho-
minis in seipsa deficiens ad facienda quę lex imperat, de
gratia dei potius ex fide quęreret adiutorium, cuius mi-
sericordia etiam fides ipsa donatur. Ita quippe habetur
fides,

fides, sicut vnicuique deus partitus est mensuram fidei. 1.Cor.12.
Si enim non a seipsis habent, sed accipiunt homines spi-
ritum virtutis & charitatis & continentiæ: vnde dicit
idem ipse doctor gentium, Non enim accepimus spiritum 2.Tim.1.
timoris, sed virtutis & charitas & continentiæ: profecto
accipitur etiam spiritus fidei, de quo dicit, Habentes au- 2.Cor.4.
tem eundem spiritum fidei. Verum ergo dicit lex, Qui fe-
cerit ea, viuet in illis, Sed vt faciat ea & viuat in eis, non
lex quæ hoc imperat, sed fides est necessaria, quæ hoc im-
petrat. Quæ tamen fides vt hæc accipere mereatur ipsa
gratis datur. Nusquam autem isti inimici gratiæ ad ean-
dem gratiam vehementius oppugnandam occultiores
moliuntur insidias, quam vbi legem laudant, quæ sine du-
bitatione laudanda est. Legem quippe diuersis locutio-
num modis & varietate verborum in omnibus disputa-
tionibus suis volunt intelligi gratiam, vt scilicet a domi-
no deo adiutorium cognitionis habeamus, quo ea quæ
facienda sunt nouerimus, non inspirationem dilectionis,
vt cognita sancto amore faciamus, quæ propria gratia
est. Nam scientia legis sine charitate inflat, non ædificat, 1.Cor.8.
secundum eundem Apostolum apertissime dicentem, Sci-
entia inflat, charitas vero ædificat. Quæ scientia similis
est ei qua dictum est, Litera occidit, spiritus viuificat. 2.Cor.3.
Quale est, n. scientia inflat: tale est, litera occidit. Et qua-
le est, charitas ædificat: tale est, spiritus viuificat: quia cha-
ritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum san- Roma. 5.
ctum, qui datus est nobis. Cognitio itaque legis facit su- Cognitio legis
perbum prævaricatorem, per donum autem charitatis facit supbũ pua
delectat legis esse factorem. Non ergo legem euacuamus ricatorẽ, & p do
per fidem, sed legem statuimus, quæ terrendo ducit ad fi- nũ charitatis de
dem. Ideo quippe lex ira operatur, vt territo atque cõ- lectat legis eẽ fa
fuso ad iustitiam legis implendam, dei misericordiã gra- ctorẽ de hoc fusi
tia largiatur per Iesum Christum dominum nostrum, qui 4.Reg.4. us in
est dei sapientia, de qua scriptum est, Legem & misericor- & spũ
diam in lingua portat: legem, qua terreat: misericordiam & lit.29. & 30.
qua foueniat: legem per seruum, misericordiam per seip- infra.
sum. Legem tanquam in baculo, quem misit Helisæus ad Gal.3.
filium viduæ suscitandum, & non resurrexit. Si enim da
ta esset lex, quę posset viuificare, omnino ex lege esset
iustitia. Misericordiã vero tanquam in ipso Helisęo, qui
figuram Christi gerens, mortuo viuificando magni sacra
menti velut noui testamẽti significatione cõiunctus est.
ITEM quod aduersus Manichæos laudant liberum Voluntas bona
arbitrium, adhibentes propheticum testimonium: Si vo- a deo.
luerit is & audieritis me, quæ bona sunt terræ comede- CAP. VII.
tis: si autem nolueritis & non audieritis me, gladius vos Esa.1.
consumet: quid eis hoc prodest? quandoquidem non tam
contra Manichæos defendunt, quam contra catholicos

extollunt liberum arbitrium. Sic enim volunt intelligi quod dictum est, si volueritis & audieritis me, tanquam in ipsa præcedente voluntate sit consequentis meritum gratiæ, ac sic gratia iam non sit gratia, quæ non est gratuita, cum reddatur debita. Si autem sic intelligerēt quod dictum est, si volueritis, vt etiam ipsam bonam voluntatem illum præparare confiterentur, de quo scriptum est, Præparatur voluntas a domino: tanquam catholici viderentur hoc testimonio, & non solum hæresim vererem Manichęorum vincerent, sed nouam Pelagianorum contererent. Quid eis prodest, quod in laude ipsius liberi arbitrij gratiam dicunt adiuuare vniuscuiusque bonū propositum? Hoc sine scrupulo acciperetur catholice dictū, si non in bono proposito meritum ponerent, cui merito iam merces secundum debitum non secundum gratiam redderetur: sed intelligerent & confiterētur etiam ipsum bonum propositum, quod consequens adiuuat gratia, non esse potuisse in homine, si non præcederet gratia. Quo modo enim est hominis bonum propositum sine misericordia te prius domino, cum ipsa sit bona voluntas, quæ præparatur a deo? Quod autem cum dixissent gratiam quoque adiuuare vniuscuiusque propositum bonum, mox addiderunt, non tamen reluctanti studium virtutis immitteret, posset bene intelligi, si non ab istis, quorum sensus notus est diceretur. Reluctanti enim prius aditus diuinæ vocationis ipsa dei gratia procuratur, ac deinde in illo iam non reluctante spiritus virtutis accenditur: Veruntamen in omnibus quæ quisque agit secundum deum, misericordia eius præuenit eum. Quod isti nolunt, quia non esse catholici sed Pelagiani volunt. Multum enim delectat impietatem superbam, vt etiam id quod cogitur confiteri a domino datum, non sibi donatum videatur esse, sed reddi tum: vt scilicet filij perditionis non promissionis ipli credantur se bonos fecisse, & deus iam bonis a seipsis effectis, pro isto eorum opere debitum præmium reddidisse. Ita nanque illis timor ipse aures cordis obstruxit, vt non audiant, Quid enim habes quod non accepisti? Non audiant, Sine me nihil potestis facere. Non audiant, Charitas ex deo est. Non audiant, Deus partitus est mensuram fidei. Non audiant, Spiritus vbi vult spirat. Et qui spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Non audiant. Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Non audiant quod Esdras scribit, Benedictus est dominus patrum nostrorum, qui hoc dedit in cor regis clarificare domum suam, quæ est in Hierusalem: Non audiāt quod per Hieremiam dicit dominus. Et timorem meum dabo in cor eorum vt a me non recedant, & visitabo eos vt bonos eos faciam. Maximeq; illud per Ezechielem Prophetam,

Roma. 10.
Iesai. 1.

Bonū ppositum nō pōt esse i homine, nisi gratia adiuuet idem in Epist. 95. in. 2. Tom. ho. op.

In oībus q̄ agimus sedm dēt, misericordia eius nos p̄uenit.

2. Cor. 4.

Ioan. 15.
1. Io. 4.
Rom. 12.
Ioan. 3.
Rom. 8.
Ioan. 6.
3. Esd. 8.

Hier. 32.

phetam, vbi prorsus deus ostendit nullis se hominum bonis meritis prouocari, vt eos bonos faciat, id est, obediētes mandatis suis: sed potius hæc eis retribuere bona pro malis, propter seipsum hoc faciendo, non propter illos. Ait enim, Hæc dicit dominus deus. Ego faciam domus Israel, sed propter nomen meum sanctum, quod prophanastis in gentibus, quo intrastis illuc, & sanctificabo nomen meum magnum, quod prophanatum est in gentibus, & prophanastis in medio eorum, & scient gentes, quia ego sum dominus, dicit Adonai dominus, cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos eorum: & accipiam vos de gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris, & inducam vos in terram vestram, & aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & mundabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in vobis, & auferetur cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneū, & spiritum meum dabo vobis, & faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Et post aliquanta per eundem ipsum prophetam, Non propter vos, inquit, ego facio dicit dominus deus, notum sit vobis, Confundimini & erubescite de vijs vestris domus Israel Hæc dicit dominus deus. In die quo mundauero vos ab omnibus iniquitatibus vestris, conhirum ciuitates & ædificabuntur deserta, & terra exterminata præparabitur, pro eo quod exterminata est ante oculos omnis prætereuntis. Et dicent, Terra illa exterminata est, facta est sicut ortus voluptatis, & ciuitates desertæ & exterminatæ & offossæ, munitę sederunt, Et scient gentes quæcunque relictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego dominus ædificani destructas, plantauique exterminatas. Ego dominus locutus sum & feci. Hæc dicit dominus. Adhuc hoc inquiram domui Israel vt faciam eis, Multiplicabo eos sicut oues homines, sicut oues sanctas, sicut oues Hierusalem in diebus festis eius, Sic erunt ciuitates illæ desolatæ plenæ ouibus hominum, & scient quia ego dominus. Quid remanſit pelli morticinæ vnde possit inflari, & dedigne tur quando gloriatur in domino gloriari? Quid ei remanſit, quando quicquid dixerit se fecisse, vt eo præcedente hominis merito ab homine exorto deus subsequenter faciat, quod dignus est homo: respondetur, reclamatur, contradicitur. Ego facio, sed propter nomen meum sanctum, non propter vos ego facio, dicit dominus deus? Nihil sic euertit Pelagianos, dicentes gratiam secundum merita nostra dari. Quod quidem ipse a Pelagius & si non corrigendo, tamen orientales iudices, timendo damnauit. Nihil sic euertit hominum

Ezech. 36.

Hęc authoritas exponit ab Augu. in de grat. & li. ar. ad Valē. c. 14. & To. 7. & in 2. To. ho. op. & in Epist. 90. in 2. Tom. & in 2. To. ho. op.

Gratia non ex meritis, Idē i de gratia & lib. ar. 18. ic̄lusiue, & in Epist. 95. & 105

& 106.i 2.To. ho.op. & sic nō ꝓparamur ad gr̄am, nisi ab ip so deo a quovo ĩtas p̄parat.p. uerb.S.secundū transl.70.

præsumptionem dicentium, nos facimus vt mereamur cum quibus faciat deus. Respondet vobis non Pelagius, sed ipse dominus. Ego facio, & non propter vos, sed propter nomen meum sanctum. Quid enim potestis facere boni de corde non bono? Vt autem habeatis cor bonum. Dabo, inquit, vobis cor nouum & spiritum nouum dabo vobis. Nunquid potestis dicere, prius ambulauimus in iustificationibus eius, & iudicium eius obseruauimus & fecimus vt digni essemus, quibus gratiam suam daret? Quid enim boni faceretis homines mali? Et quomodo ista bona faceretis, nisi boni essetis? Vt autem homines sint boni quis facit, nisi ille qui dixit, Visitabo eos, vt eos bonos faciam? Et qui dixit, Spiritum meum dabo vobis, & faciam: vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis? Itane nondum euigilatis? Non auditis: Faciam vt ambuletis, faciam vt obseruetis, postremo faciam vt faciatis? Quid adhuc vos inflatis? Nos quidem ambulamus, verum est, nos obseruamus, nos facimus, sed ille facit vt ambulemus, vt obseruemus, vt faciamus. Hæc est gratia dei bonos faciens nos, hæc misericordia eius proueniens nos. Quid merentur deserta & exterminata, & effossa, quæ tamen ædificabuntur & operabuntur & inuenientur? Nunquid hæc pro meritis desertionis, exterminationis, effossionis suæ? Absit, Ista enim merita mala sunt, hæc munera bona. Reddūtur itaque malis bona. Gratuita ergo, non debita, & ideo gratia. Ego, inquit dominus, ego dominus: Nonne te ista vox comprimit, o humana superbia, quæ dicis, ego facio, vt merear a deo mihi ædificari atque plantari? Nonne audis, Non propter vos ego facio, Ego dominus ædificaui destructas, plantaui extermtnatas. Ego dominus locutus sum & feci: non tamen propter vos, sed propter nomen meum sanctum. Quis multiplicat sicut oues homines, sicut oues sanctas sicut oues Hierusalem? Quis facit vt ciuitates illæ desolatæ plenæ sint ouium hominum? Sed qui sequitur & dicit, Et scient quia ego dominus? Psal. 94. Deus facit oues ꝯbus desolatas ꝯplet ciuitates, quibus ouibus hominibus implet, sicuti est pollicitus, ciuitates, vtrum quas inuenit, an quas facit? Psalmum interrogemus. Ecce respondet, audiamus, Venite adoremus & procidamus, ploremus ad dominum qui fecit nos quia ipse est deus noster, & nos populus pascuæ eius & oues manus eius. Ipse igitur facit oues quibus desolatas impleat ciuitates. Quid mirum? Quandoquidem illi vnicæ oui dicitur, hoc est Ecclesiæ, cuius membra sunt omnes oues homines, Quoniam ego sum dominus qui facio te? Quid mihi obtendis liberum arbitrium quod ad faciendam iustitiam liberum non est, nisi quis fueris? Qui facit igitur oues homines, ipse ad obedientiam pietatis, humanas liberat voluntates. Sed quare istos homines oues facit, & istos non facit, apud quem non est acceptio personarum? Ipsa est quæstio quã Act.10. beatus Apostolus curtosius quam capacius proponentibus ait, O homo tu quis es vt respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? Ipsa est quæstio quæ ad illam pertinet altitudinem, quam perspicere volens idem Apostolus, quodammodo expauit & exclamauit. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei: quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Nō itaque istam scrutari audeant inscrutabilem quæstionem, qui meritum ante gratiam, & ideo iam contra gratiam defendentes, priores volunt dare deo vt terribuatur eis: priores vtique dare quodlibet ex libero arbitrio, vt sit gratia retribuenda pro præmio, & sapienter intelligant, vel si deliter credant etiam quod se putant priores dedisse ab illo ex quo sunt omnia, per quem sunt omnia, in quo sunt omnia percepisse: Cur autem iste accipiat, ille non accipiat, cum ambo non mereantur accipere, & quisquis eorum acceperat indebite accipiat, vires suas meritantur, & fortiora se non scrutentur. Sufficiat eis scire, quod non sit iniquitas apud deum. Cum enim nulla merita inuenisset Apostolus, quibus Iacob geminum Roma.9. apud deum præcederet fratrem, Quid ergo dicemus, Exod.33. inquit? Nunquid est apud deum iniquitas? Absit; Misereor enim dicit, Miserabor, cui misertus ero, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Gratia sit ergo nobis eius gratuita miseratio, etiam si hæc profuerit insoluta sit quæstio, Quæ tamen hactenus soluitur, quatenus eam soluit idem Apostolus dicens, Si autem deus volens ostendere iram & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, & vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Iræ quippe non redditur, nisi debita, ne sit iniquitas apud deum: misericordia vero etiam cum præbetur indebita, non est iniquitas apud deum. Et hinc intelligunt vasa misericordiæ, cum gratuita illis misericordia præbeatur, quod iræ vasis cum quibus est eis perditionis causa & massa communis, ira debita & iusta rependitur. Hæc iam satis sint aduersus eos qui per arbitrij libertatē deuere volunt gratiæ largitorem.

Pelagiāi p arbitrij libertatē vo lūt destruere gr̄ę largitorē & pie ctiorē deo face-

Sancti veteris testamenti. CAP. VII.

re hoiem, nã si deus nos fecit hoies, & nos nosipsos iustos facimus aliqd pse ctius q̃ ipse deus facimus, & ĩ de est qd Pelagiani ĩ altũ psumptionis eleuãt. Aug. sup Euã ge. Ioan trac. 81. & trac. 85. in Tom. 9.

Luc. 18.

Ephe. 5

Matt. 6.

1. Ioan. 1.

Eph. 5.

Matt. 6.

Spiritus sanctus nõ solũ adiuuat bonas mẽtes, & illas facit.

1. Ioan. 1.

Nemo sine pcõ & hoc est deter minatũ ab eccle sia ĩ cõcil. Mile. can. 5. & 6. & ĩ

QVOD vero laude ipsorum, nolunt nos affectu illius publicani esurire & sitire iustitiam, sed vanitate illius Pharisæi tanquam saturatos, plenosque rustare, quid eis prodest quod aduersus Manichæos, cuiusmodi innouari, atque ad hoc Apostoli adhibent testimonium, qui per lauacrum aquæ Ecclesiam de gentibus sanctam fieri immaculatamque testatur, cum superbo sensu atque peruerso contra orationes ipsius Ecclesiæ suas exerant disputationes? Hoc enim propterea dicunt vt credatur Ecclesia post sanctum baptismum, in quo sit omnium remissio peccatorum, vlterius non habere peccatum, cum aduersus eos illa a solis ortu vsque ad occasum omnibus suis membris clamet ad deum: Dimitte nobis debita nostra. Quid quod etiam de seipsis in hac causa si interrogentur, quid respondeant non inueniunt? Si enim dixerint se non habere peccatum, respondent eis Ioannes quod seipsos decipiant & veritas in eis non sit. Si autem confiteantur peccata sua, cum se velint esse Christi corporis membra, quomodo erit illud corpus, id est, Ecclesia in isto adhuc tempore perfecta, si cut isti sapiunt, sine macula & ruga, cuius membra non mendaciter confitentur se habere peccata? Quapropter & in baptismate dimittuntur cuncta peccata, & per ipsum lauacrum aquæ in verbo exhibetur Christo Ecclesia sine macula & ruga. Quia nisi esset baptizata, infructuose diceret, Dimitte nobis debita nostra: dimittuntur ergo peccata, & nec perducatur ad gloriam, vbi ei perfectius nulla insit macula & ruga. Et spiritum sanctum fatendum est etiam antiquis temporibus non solum mentes bonas adiuuasse, quod & isti volunt, verum etiam bonas eas fecisse, quod nolunt. Omnes quoque Prophetas & Apostolos vel sanctos & euangelicos & antiquos, quibus deus testimonium perhibet, non in comparatione sceleratorum, sed regula virtutum, iustos fuisse non dubium est, quod aduersum est Manichæis, qui Patriarchas Prophetasque blasphemant: Sed quod aduersum est & Pelagianis, interrogati omnes de seipsis cum in hoc corpore degerent, vna voce concordissima responderent; Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. In futuro autem tempore negandum non est meritum esse tam bonorum operum quam malorum, & cedem nemini præcipi quæ hic contempserit, illic mandata perficere, sed plane istam saturitatem, vbi peccatum esse non possit, quæ hic a sanctis esuritur, & sitiuit, hic sperari

sperari in præcepto, ibi percipi in præmio, eleemosynis & orationibus imperantibus, vt quod hic minus impletum fuerit mandatorum, fiat impunitum per indulgentiam peccatorum. Quæ cum itasint, desinant Pelagiani quinque istarum rerum inuidiosissimis laudibus, id est, laude creaturæ, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorum, quasi Manichæorum tendiculis fingere se homines velle eruere, vt possint eos suis retibus implicare, id est, vt negent originale peccatum, & paruulis inuideant Christi medici auxilium: & vt dicant, gratiam dei secnndum merita nostra dari, ac sic gratia iam non sit gratia: & vt dicant sanctos in hac vita non habuisse peccatum, ac sic euacuetur oratio quam sanctis tradidit, qui non habebat peccatum, & per quem sanctis orantibus dimittitur omne peccatum. Ad hæc tria mala homines incautos & ineruditos quinque illorum bonorum fraudulenta laude seducunt. De quibus omnibus satis me existimo respondisse eorum crudelissimæ & impijssimæ & superbissimæ vanitati.

cõcil. Aphrica. 82. &. 83. & ĩ Epist. 25. &. 26. Innocẽtij papę. ĩ. 1. Tom. concil.

Rpm. 11.

Cypriani testimonia.

SED Quoniam dicunt inimicos suos dicta nostra in veritatis odium suscepisse, & toto penitus Occidente non minus stultum quam impium dogma esse susceptum, & simplicibus Episcopis sine congregatione synodi in locis suis sedentibus ad hoc confirmandum subscripsse, nec ipsos quidem quæ nouitates Ecclesia Christi & occidentalis & orientalis horruerit: ad curam nostram existimo pertinere, non solum scripturas sanctas canonicas aduersus eos testes adhibere, quod iam satis fecimus: verũ etiam de sanctorum literis, qui eas ante fama celeberrima & ingenti gloria tractauerunt, aliqua documenta proferre: non quo canonicis libris a nobis Vllius disputatio quæratur authoritas, tanquam omnino non sit quod melius seu verius ab aliquo catholico, quam ab alio itidem catholico sentiatur: sed vt admoneantur qui putant eos aliquid dicere, quemadmodum de his rebus ante nos ista fuerint vaniloquia, catholici antistites eloquia diuina secuti sint: & sciant a nobis rectam & antiquitus fundatam catholicam fidem aduersus recentem Pelagianorum hæreticorum præsumptionem perniciemq̃ defendi. Beatissimum coronæ etiam martyrij glorioſissimum Cypria num, nec Aphricanis atq̃ occidentalibus tantũ, verum & orientalibus Ecclesijs fama prædicante, & scripta eius longe lateque diffundente notissimum, etiam ipse hereses, vbi testimoniorũ librũ scribẽs, eũ asserit imitari, hoc facere ad Romanum, quod ille fecerit ad Quirinum,

CAP. VIII.

Cyprianus.

Rom. 5.

rinum. Videamus ergo quid de originali peccato quod per vnum hominem intrauit in mundum senserit Cyprianus. In epistola De opere & eleemosynis ita loquitur, Cum dominus aduenies sanasset illa, quæ Adam portauerat vulnera, & venena serpenti antiqua curasset, legem dedit sano & præcepit, ne vltra iam peccaret, ne quid peccanti grauius eueniret. Coarcta eramus & in angustum innocentiæ præscriptione concluſi: nec habebat, quid fragilitatis humanæ infirmitas atque imbecillitas faceret, nisi iterum pietas diuina superueniens iustitiæ & misericordiæ operibus ostensis, viam quandam tuendæ salutis aperiret, vt sordes postmodum quascunque contrahimus, eleemosynis abluamus. Hoc testimonio duas istorum falsitates testis iste redarguit. Vnam qua dicunt nihil vitiorum ex Adam trahere genus humanũ, quod sit curandum sanandumque per Christum. Alteram qua dicunt nullum post baptismum sanctos habere peccatum. Rursum in eadem epistola ponat, inquit, vnusquisque ante oculos suos diabolum cum suis seruis, id est, cum populo perditionis ac mortis in medium prosilire, plebem Christi præsente ac iudicante ipso comparationis examine prouocare dicentem, Ego pro istis quos mecum vides, nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec sanguinem fudi, nec famili meam precio passionis & cruoris redemi, sed nec regnũ illis cœleste promitto, nec ad paradisum restitura immortalitate denuo reuoco. Respondeant Pelagiani, quando fuerimus in immortalitate paradisi, & quomodo inde fuerimus expulsi, vt ex eo Christi gratia reuocemur. Et cum inuenire nequiuerint, quid hic pro sua peruersitate respondeant, attendant quemadmodum intellexerit Cyprianus quod ait Apostolus, In quo omnes peccauerunt, & Pelagiani hæretici noui de Manichæis veteribus hæreticis nulli catholico audeant irrogare calumniam, ne tam scleratam etiam martyri antiquo Cypriano facere conuincantur iniuriam. Hoc enim & in epistola, cuius De mortalitate titulus inscribitur, ita dicit. Regnum dei fratres dilectissimi esse cœpit in proximo, præmium vitæ & gaudium salutis æternæ, & perpetua lætitia & possessio paradisi nuper amissa, mundo transeunte iam veniunt. Hoc rursus in eadẽ, Amplectamur, inquit, diem qui assignat singulos domicilio suo, qui nos istinc ereptos & laqueis secularibus exolutos paradiso restituat & regno, Item in epistola De patientia, Dei sententia cogitetur, inquit, quam in origine mundi statim & generis humani Adam præcepti immemor, & datæ legis transgressor accepit: tunc sciemus quam patientes in illo seculo esse debeamus, qui sic nascimur vt pressuris istis &

Luc. 10.

4. sent. dictin. 1. Cap. 1. & ĩ 25. et 26. Epist. Innocẽtij papę in. 1. To. cõcil. & in 2. To. ho. op.

Aliqua dogmata Pelagij.

Roma. 5.

Cyprianus.

& conflictationibus laboremus. Quia audisti, inquit, vocem mulieris tuę, & mãducasti ex illa arbore, ex qua solã præceperam tibi ne manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In tristitia & gemitu edes ex ea omnibus diebus vitę tuę, & spinas & tribulos eijciet tibi & edes pabulum agri. In sudore vultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terra de qua sumptus es, quoniam terra es & in terram ibis. Huius sententię vinculo colligati omnes & constricti sumus, donec morte ex parte facta de isto seculo recedamus. Itemque in eadem. Nã ęqm in illa, inquit, prima transgressione præcepti firmitas corporis cum immortalitate discesserit, & cum morte infirmitas venerit, nec possit firmitas recipi, nisi cum recepta & immortalitas fuerit, oportet in hac fragilitate atque infirmitate corporis luctari semper & congredi. Quę luctatio & congressio non nisi patientię potest viribus sustineri. In epistola autem quam scripsit ad Episcopum Fidum, cum sexagintasex coepiscopis suis, a quo fuerat consultus propter circuncisionis legem, vtrum an te octauum diem baptizari liceret infantem, hęc causa sic agitur, tanquam prouisione diuina tam longe futuros hæreticos Pelagianos iam catholica cõfutaret Ecclesia. Neque enim qui consuluerat inde dubitabat, vtrum nascentes traherent originale peccatum, quod renascendo dilucrent. Absit enim vt hinc aliquando fides Christiana dubitauerit. Sed ille dubitabat, vtrum regenerationis lauacrum, quo non dubitabat soluendum originale peccatum, ante diem tradi deberet octauum. Ad quã consultationem respondens beatiss. Cyprianus, Quantum vero inquit, ad causam infantum pertinet, quos dixisti intra se cundum vel tertium diem quo nati sunt constitutos baptizari non oportere, & considerandam esse legem circũcisionis antiquę, vt intra octauum diem eum qui natus est baptizandum & sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod putabas esse faciendum, nemo consensit, sed vniuersi potius iudicauimus nulli hominum nato misericordis dei gratiam denegandam. Nam cum dominus in Euangelio suo dicat, Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare, quantum in nobis est. Et paulopost, Nec aliquis, inquit, nostrum id debet horrere, quod dominus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans a partu nouus est, non ita est tamen, vt quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari: quando in osculo infantis vnusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recenses dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato & recens nato quodammodo exosculamur, quando id quod deus fecit amplectimur.

Gene. 3.

Sup euãg. Ioan. tract. 41. in T. 9.

Nulla tẽporis coarctatio in baptismate.

Luc. 19.

Item

Nihil potest consecutionē gratiæ impedire.

Item paulopost, Cæterum si homines, inquit, impedire aliquid consecutionem gratiæ posset, magis adultos & prouectos & maiores natu possent impedire peccata gra uiora. Porro autem si etiam grauissimis delictoribus & in deum multo ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, & a baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter, natus contagium mortis antiquę prima natiuitate contraxit. Qui ad remissam peccatorum accipiendam, hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Quid ad ista dicturi sunt gratiæ dei, non solum desertores, sed etiam persecutores? Quid ad ista dicturi sunt? Quo pacto nobis paradisi possessio redditur? Quomō paradiso restituimur, si nunquam ibi fuimus? Aut quomodo ibi fuimus, nisi quia in Adam fuimus? Et quomodo ad sententiam quæ in transgressorem dicta est, pertinemus, si noxam de transgressore non trahimus? Postremo si baptizando etiam ante diem censet octauum, ne per contagiū mortis antiquę prima natiuitate contractum pereant animæ paruulorum, quomodo pereant si ex hominibus etiam fidelibus qui nascuntur, nō tenentur a diabolo, do nec renascantur in Christo & eruti de potestate tenebrarum in regnum illius transferantur? Et quis dicit nascentium nisi renascantur, animas perituras? Nempe ille qui sic laudat creatorem atque creaturam, opificē atq; opus vt humani sensus horrorem quo dedignantur homines recentes ab vtero paruulos osculari, creatoris ipsius interposita veneratione compescat & corrigat dicens, in illius ętatis osculo recentes dei manus esse cogitandas. Nunquid ergo confitens originale peccatum, aut naturam damnauit, aut nuptias? Nunquid quoniam nascenti ex Adam reo adhibuit regenerationis purgationem, ideo deum negauit nascentium conditorem? Nunquid quia metuens animas cuiuslibet ætatis perire, etiam ante diem octauum liberandas esse sacramento baptismi cū collegarum concilio iudicauit, ideo nuptias accusauit, quandoquidem in infante siue de coniugio, siue adulterio, tamen quia homo natus est, recentes dei manus dignas etiam osculo pacis ostendit? Si ergo potuit sanctus Episcopus & martyr glorioßissimus Cyprianus peccatum originale in infantibus medicina Christi cenere sanandum, salua laude creaturę, salua laude nuptiarum, cur nouitia pestilentia, cum istum non audeat dicere Manichęum, catholicis qui ista defendunt, vt obtegat proprium putat obijciendum crimen alienum? Ecce prędicatissimus tractator diuinorum eloquiorum, antequam terras

Pelagiani desertores, & psecutores gr̄ę dei, idē i epist. 5. epo nr̄, & in de gr̄a & li. ar. 15. & 16. et 17. & 22. in .2. To. horū opusc.

terras nostras vel tenuissimus odor Manichęi pestilentię tetigisset, sine vlla vituperatione diuini operis atque nuptiarum, confitetur originale peccatum, non dicens Christum vlla peccati macula aspersum, nec tamen ei comparans carnem peccati in nascentibus cęteris, quibus per similitudinem carnis peccati mundationis præstet auxilium: nec originis animarum obscura quęstione terretur, quominus eos qui Christi gratia liberantur in paradisum remeare fateatur. Nunquid ex Adam dicit in homines mortis conditionem sine peccati contagione transisse? Non enim propter corporis mortem vitandam sed propter peccatum, quod per vnum intrauit in mundum, dicit per baptismum paruulis ab vtero quamlibet recentissimis subueniri.

Roma. 5.

Ex eodem. CAP. IX.

IAM vero gratiam dei quemadmodū aduersus istos prædicit Cyprianus, vbi de oratione dominica disputat euidenter apparet. Ait enim, Dicimus, Sanctificetur nomen tuum: non quod optemus deo vt sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus a deo, vt nomē eius sanctificetur in nobis. Cæterum a quo deus sanctificatur qui ipse omnes sanctificat? Sed quia ipse dixit: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum: id petimus & oramus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus, perseueremus. Et alio loco in eadem epistola: adimus quoq; inqt, & dicimus: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra: nō vt deus faciat qđ vult, sed vt nos facere possim qđ deus vult. Nā deo qs obsistit, quo minus qđ velit faciat? Sed qa nobis a diabolo obsistit, quominus p oīa nr̄ animus atq; actus deo obsequaī, oramus et petimus vt fit in nobis voluntas dei. Quæ vt fiat i nobis, opus est dei voluntate, id est, ope eius & protectiōe, qa ne mo suis viribus fortis est, sed dei indulgentia & misericordia tutus est. Item alio: Fieri autem petimus, inquit, voluntatem dei in cœlo & in terra, quod vtrunque ad consummationem nostræ incolumitatis pertinet & salutis: Nam cum corpus e terra, & spiritum possideamus e cœlo, ipsi terra & cœlum sumus, & in vtroque, id est, in corpore & spiritu, vt dei voluntas fiat, oramus. Est enim inter carnem & spiritum colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicem quotidiana congressio, vt non quæ volumus ipsa faciamus, dum spiritus cœlestia & diuina quærit, caro terrena & secularia concupiscit. Et ideo petimus inter duo ista ope & auxilio dei concordiam fieri, vt dum & in spiritu & in carne voluntas dei geritur, quæ per eum renata est anima seruetur. Quod aperte atque manifeste Apostolus Paulus sua voce declarat: Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hęc enim inuicem aduersantur,

Quomō eccl. dā ingt, sāctificetur nomen tuū petit vt nom̄ dei sāctificet i nobis, idē i de corr. & gr̄a c. 6. & i ū bo no p̄seuerā. 2. et 21. in. To. 7 & i 3. To. ho op. A- & ab thamasio Ioanne chrīst: & Theo. sup. 6. ca. Matth.

Leu. 19 Mat. 6.

Gal. 5.

Matth.5. santur, vt non quæ vultis ipsa faciatis. Et paulopost. Potest & sic intelligi, inquit, fratres dilectissimi, vt quoniã mandat & docet dominus etiã inimicos diligere, & pro his quoque qui nos persequuntur orare, precemur, & pro illis qui adhuc terra sunt, & nec dum cœlestes esse cœperunt, vt & circa illos voluntas dei fiat, quam Christus hominem conseruando, & reintegrando perficit. Itẽque alio: Hunc autem panem, inquit, dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedẽte aliquo grauiore delicto, dum absentes, & non communicantes a cœlesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur. Et aliquanto post in eadem. Quando autem rogamus, inquit, ne in tentationem veniamus, admonemur infirmitatis, & imbecillitatis nostræ, dum sic rogamus, ne quis se insolẽter extollat, ne qs sibi supbe atq; arrogãter aliqd assumat, ne qs aut cõfessiõis, aut passionis gloriã suã ducat, cũ dñs ipse humilitatem docens dixerit: Vigilate & ororate, ne veniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: ut dum præcedit humilis & submissa confessio, & datur totum deo, quicquid suppliciter cum timore & honore dei petitur, ipsius pietate presterur. Item ad Quirinum, in quo opere se Pelagius vult eius imitatorem videri, ait in libro tertio: In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit. Cui proposito testimonia diuina subiungens inter cætera posuit Apostolicum illud, quo istorum maxime ora claudenda sunt. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Item in epistola De patiẽtia. Est. n. nobis, inquit, cũ deo virtus ista cõmunis. In de patiẽtia incipit, inde claritas & dignitas capput sumit, origo & magnitudo patientiæ deo authore procedit. Nunquid iste sanctus tam memorabilis Ecclesiarum in verbo veritatis instructor, liberum arbitrium negat esse in hominibus, quia deo totum tribuit quod recte viuimus? Nunquid legem dei culpat, quando non ex ipso iustificari hominem significat, quandoquidem quod illa iubet a domino deo precibus impetrandum esse declarat? Nunquid sub nomine gratiæ fatum asserit, quando uis dicat in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit? Nunquid sicut isti spiritum sanctum adiutorium iacredit esse virtutis, tanquam ipsa virtus quæ ad hoc adiuuatur oriatur ex nobis quando nostrum nihil esse asserẽs, propter hoc Apostolum dixisse commemorat, Quid enim habes quod non accepisti? virtutemque excellentissimam, hoc est patientiam, non a nobis dicit incipere ac deinde adiuuari spiritu dei: sed ab ipso caput ab ipso originẽ sumere? Postremo nec propositũ bonum nec studium

Matt.6. Matth.26 Totũ deo dãdũ vt sit humilis & submissa cõfessio & in nullo gloriãdẽ qñ nostrũ nihil ẽ. idẽ & fusius ifra ĩ de bono perseuerãtiæ cap.15. 2.Cor.4. In nullo gloriãdũ, qa nostrũ nihil est. 2.Cor.4.

dium virtutis, nec mentes bonas sine gratia dei incipere & esse in hominibus confitetur, cũ dicit in nullo gloriãdum, quando nostrum nihill sit. Quid tam in libero arbitrio constitutum, quam quod lex dicit, non adorandum idolum, nec mœchandum, non homicidium perpetrandum? Ista autem sunt atque huiusmodi crimina, quæ si quisquam commiserit, a corporis Christi communione remouetur. Et tamen si beatissimus Cyprianus his non committendis existimaret nostram sufficere voluntatẽ, non sic intelligeret quod in oratione dominica dicimus: Panem nostrum quotidionum da nobis hodie, vt hoc nos petere asseueraret, ne intercedente aliquo grauiore delicto, dum absentes & non communicãtes a cœlesti pane prohibemur a Christi corpore separemur. Respondeant certe hæretici noui, quid bonorum meritorum præcedat in hominibus inimicis nomini Christiano. Non solum enim non habent bonum, sed habent etiam pessimum meritum. Et tamen etiam sic Cyprianus intelligit, quod in oratione dicimus: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: vt & pro ipsis qui propter hoc terra intelliguntur oremus. Oramus ergo non solum pro nolentibus, verum etiam pro repugnantibus & oppugnantibus. Quid ergo petimus, nisi vt fiant ex nolẽtibus volentes, ex repugnantibus consentientes, ex oppugnãtibus amãtes? A quo, nisi ab illo de quo scriptum est: Præparatur voluntas a deo? Discant ergo esse catholici qui dedignãtur, si quid mali non faciunt, & si quid boni faciunt, non in seipsis, sed in domino gloriari.

ILLVD iam tertium videamus, quod non minus in istis omne Christi membrum, & totum eius corpus exhorret, quia contendunt esse in hac vita, vel fuisse iustos nullum habentes omnino peccatum. Qua præsumptione apertissime orationi dominicæ contradicunt, in qua omnia membra Christi, Dimitte nobis debita nostra, verace corde, & quotidianis vocibus clamãt. Videamus ergo quideriam in hoc Cyprianus in domino gloriosissimus senserit, quid ad instruendas ecclesias non vtique Manichæorum, sed catholicorum, non solum dixerit, verum etiam literis memoriæque mãdauerit in epistola De opere & eleemosynis, agnoscimus. Itaque fratres, inquit, dilectissimi diuinæ indulgentiæ salubre munus, vt emundãdis purgandisque peccatis nostris, qui sine aliquo conscientiæ vulnere esse non possumus, medelis spiritualibus vulnera nostra curemus. Neque quisquam sic sibi de puro atque immaculato pectore blandiatur, vt innocentia sua fretus medicinam non putet adhibendam esse vulneribus. Cum scriptum sit: Quis gloriabitur castũ se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis?

Exod.20. Prouerb.8.secũdũ trasl.70. Hier.9. 1,Cor.1. 2.Cor.10. Perfecta iustitia CAP. x. Dog. Pelagianũ aliqs fuisse ĩ hac Met. 6 vita iustos qui nullũ habuerũt pcm, sz dãnatũ ẽ ab eccl.ĩ cõci.mile.cã.6.&.7.er ĩ cõci.aphr.cã.82 &.83.& in de eccl. dog.c.21.& ĩ 1.horũ opuscul. Cyprianus, Prouerb.20.

catis? Et iterum in Epistola Ioannes ponat & dicat: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem nemo sine peccato esse potest, qui quis se inculpatum dixerit, aut superbus aut stultus est, cum sciat non deesse sanatis quędam postmodum vulnera, dedit curandi denuo saluandisque vulneribus remedia salutaria. Rursus in eadem: Et quoniam quotidie, inquit, deese non potest quod peccetur in conspectu dei, sacrificia quotidiana non deerunt, quibus possent peccata tergi. Item in epistola De mortalitate: Cum auaritia, inquit, nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus vitijs, cum illecebris secularibus assidua & molesta luctatio est, obsessa mens hominis, & vndique diaboli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si auaritia prostrata est, exurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superba, vinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam scelus abscindit, cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet, compelleris iurare quod non licet. Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetur, & delectat hic inter diaboli laqueos diu stare, cum magis concupiscendum & optandum ad Christum subueniente velocius morte properare. Item in ipsa: Beatus, inquit, Apostolus Paulus in epistola sua ponit & dicit: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum: lucrum putans maximum iam secularibus laqueis non teneri, iam nullis peccatis & vitijs carnis obnoxium fieri. Item de oratione dominica exponens quod petimus dicentes: Sanctificetur nomen tuum: ait inter cætera: Opus est enim nobis quotidiana sanctificatione, vt qui quotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus. Rursus in eadem cum exponeret, quod dicimus: Dimitte nobis debita nostra: Quam necessarie autem, inquit, quam prouidenter & salubriter admonemur, quod peccatores fumus, qui pro peccatis rogare compellimur, vt dū indulgentia de deo petitur, conscientię suę animus recordetur. Et si quis sibi quasi innocens placeat & se extolleno plus pereat, instruitur & docetur peccare se quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique & Ioannes in epistola sua monet dicens: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est, qui nobis peccata dimittat. Merito & ad Quirinum de hac re absolutissimam sentiā suam proposuit, cui testimonia diuina subiungeret, nemine sine sorde & sine peccato esse: vbi etiam illa testimonia

1. Ioan. 1.

Quotidie peccamus in conspectu dei,

Phili. 1.

Matt. 6.

1. Ioan.

monia posuit, quibus confirmatur originale peccatū, quę conantur isti in nescio quos alios nouos sensus prauosque conuertere. Siue quod ait sanctus Iob: Neminem esse sine sorde, nec cuius sit vita diei vnius super terram: Iob. 25. Psal. 50.
siue quod in Psalmo legitur: In facinore conceptus sum & in peccatis me mater mea in vtero aluit. Quibus testimonijs propter eos etiam qui iam in ætate maiori sunt sancti, quia nec ipsi sunt sine sorde atque peccato, adiunxit etiam illud beatissimi Ioannis, quod multis & alijs locis sæpe cōmemorat: Si dixerimus quia peccatum nō habemus: & cętera eiusdem sententiæ, quæ ab omnibus catholicis non tacentur aduersus istos, qui seipsos decipiunt, & in eis veritas non est. Dicant si audent Pelagiani hunc hominem dei, Manichęorum errore peruersum, quia ita laudat sanctos, vt tamen fateatur neminē in hac vita ad tantam perfectionem pertinere iustitię, vt nullū habeat omnino peccatum: sententiam suam testimoniorum canonicorum perspicua veritate & diuina authoritate confirmans. Nunquid enim negat in baptismo vniuersa peccata dimitti, quia faterur manere fragilitatē atque infirmitatem, vnde nos dicit peccare post baptismū & vsq; in huius vitæ finem cū carnalibus vitijs indesinenter habere conflictum? Aut ideo non meminerat, qđ de immaculata Ecclesia dixisset Apostolus, quia præcepit eam sic sibi de puro atque immaculato pectore deberе blandiri, vt innocentia sua fretus, medicinam non puret adhibendam esse vulneribus? Puto quod concedant noui hęretici huic homini catholico, scire spiritum sanctum mentes bonas etiam antiquis temporibus adiuuisse, imo etiam, quod ipsi nolunt, nec mētes bonas eas nisi per spiritū sanctum habere potuisse. Puto quod omnes prophetas & Apostolos vel quoslibet sanctos, qui domino quocunque tempore placuerunt, non in compatione sceleratorum, sicut nos isti dicere calumniantur, sed regula virtutum, sicut se dicere gloriantur, iustos fuisse nouerat Cyprianus, qui tamen dicit: Nemo esse sine peccato potest: & quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est. Nec propter aliud intelligit scriptū Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis? Puto qp non ab istis docendus fuerat Cyprianus, quod optime sciebat, in futuro tempore mercedem esse bonorum operū, malorum aūt supplicij, cętera neminē posse, quæ hic contempserit mādata perficere, & tamen ipsum Apostolum paulū mādatorum diuinorū non vticq; contemptorem, non ob aliud intelligit asserit qp dixisse: Mihi viuere christus est, & mori lucrum, nisi quia lucrum maximum computabat iam post hanc vitā secularibus laqueis nō teneri, iam nullis

1. Ioan. 1.

Qui se sine pcō dicit aut superbus aut stultus est. Prouerb. 20.

Ephe. 5.

Philip. 3.

Lucrū existimabat Paulus post hāc vitā secularibus laqueis nō teneri.

peccatis

peccatis & vitijs carnis obnoxium fieri. Sēsit ergo beatissimus Cyprianus, atque in diuinarum scripturarum veritate perspexit, etiam ipsorum Apostolorum quamuis bonam, sanctam, iustamque vitam, nonnullos nexus secularium laqueorum fuisse perpessam, nonnullis peccatis & vitijs carnis obnoxiam, & ideo eos mortem desiderasse, vt his malis carerent, & vt ad illam, quæ ista non pateretur, nec iā in mandato facienda, sed in præmiū præcipienda esset, perfectam iustitiam peruenirent. Neque enim cum venerit quod oramus dicentes: Veniat regnū tuum, non erit in illo dei regno vlla iustitia, cum dicat Apostolus: Non est enim regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudiū in spiritu sancto. Nempe ista tria inter cętera præceptā diuina præcipiūtur. Hic nobis præcipitur iustitia cum dicitur: Facite iustitiam. Præcipitur pax cum dicitur: Pacem habete inter vos. Præcipitur gaudium cum dicitur: Gaudete in domino semper. Negent ergo Pelagiani hęc futura in regno dei, vbi sine fine viuemus, aut vsque adeo si viderur insaniant, vt iustitiā pacem, gaudium, qualia sunt hic iustis, talia & illic futura esse contendant. Quod etsi erunt, & non talia erunt, profecto eorum hic in præcepto curanda est actio, illic in præmio speranda perfectio, vbi secularibus illis laqueis non erunt retenti, nullisque peccatis & vitijs carnis obnoxij. Propter quod Apostolus, sicut hoc testimonio accepit Cyprianus, mori lucrum sibi esse dicebat. Perfecte diligemus deum, cuius erit facie ad faciem contemplatio, Perfecte diligemus & proximum, cum manifestatis cogitationibus cordis nulla vllum de vllo mali vllius possit solicitare suspitio.

Matth. 6. Roma, 14.

Esaiæ. 55. Marci. 9. Philip. 4.

Philip. 1. 2. Cor. 15. 1. Cor. 4.

Ambrosij testimonia. CAP. XI.

SED & iam gloriosissimo martyri Cypriano, ad istos cumulatius redarguēdos beatissimos addamus Ambrosium, quoniam & ipsum Pelagius ita laudauit, vt neab inimicis quidem in eius libris, quod reprehenderetur, diceret inueniri. Quoniam ergo Pelagiani dicunt, non esse originale peccatum, cum quo nascantur infantes, & catholicis qui eis pro antiquissima Ecclesię fide resistunt, hæresis Manichęi crimen obijciunt: respondeat eis de hac re homo dei catholicus, & ab ipso Pelagio in veritate fidei laudatus Ambrosius, qui cum Esaiam propheta exponeret, ait: Id circo Christus immaculatus, quia nec ipsa quidem nascendi solita conditiōe maculatus est. Et alio loco in eodem opere, loquens de Apostolo Petro. Ipse se, inquit, obtulit, quod ante putabat esse peccatum, lauari sibi non solum pedes, sed & caput poscens: quod ilico intellexisset lauacro pedum, qui in primo lapsi iunt homine, sordem obnoxię successionis abolerī. Item in eodem opere. Seruatum est igitur, inquit, vt ex viro & mulierē, id est, per illam corporum commixtionem nemo videatur expers esse delicti, qui autem expers est delicti, expers etiam huiusmodi conceptionis. Item contra Nouatianos scribens: Omnes homines, inquit, sub peccato nascimur. Quorum ipse ortus in vitio est, sicut habes lectum dicente Dauid: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Item in apologia Prophetæ Dauid: Anteqūam nascamur, inquit, maculamur contagione & ante vsuram lucis, origine ipsius excipimus iniuriam, in iniquitate concipimur. Item de domino loquens: Dignum etenim fuit, inquit, vt qui non erat habiturus corpore peccatum prolapsionis, nullum sentiret generationis naturale contagium. Merito ergo Dauid flebiliter in se deplorauit ipsa inquinamenta naturæ, & quod prius inciperet in homine macula quam vita. Item De arca Noe: Per vnum igitur, inquit, dominum Iesum salus ventura nationibus declaratur, qui solus potuit iustus esse, cum generatio omnis erraret, nisi esset natus ex virgine, qui generationis obnoxiæ priuilegio minime teneretur. Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea, dicit is qui iustus præ cæteris putabatur. Quem igitur iam iustum dixerim, nisi horum liberum vinculorum, quem naturæ communis vincula non teneant? Ecce vir sanctus, Pelagij quoque testimonio in fide catholica probatissimus, Pelagianos negantes originale peccatum tanta manifestatione redarguit, nec tamen cum Manichęis vel deum nascentium conditorem negat, vel nuptias quas deus instituit & benedixit, accusat. Pelagiani dicunt ab homine incipere meritum per liberum arbitrium, cui deus sub sequens gratiæ retribuat adiumentum. Etiam hic eos refellat venerandus Ambrosius dicens in expositione Esaiæ Prophetæ: Quia humana natura sine diuina ope imbecilla est, ad medendum deum auxiliatorem requirit. Item in libro qui inscribitur De fuga seculi. Frequens nobis, inquit, de effugiendo seculo isto sermo, atque vtinam quam facilis sermo, tam cautus & solitus affectus. Sed quod peius est, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offusio mentem occupat, vt quod studeas vitare, hoc cogites animo que voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Denique voti magis eam esse rem quam affectus testatur Propheta dicendo: Declina cor meum in testimonia tua & non in auaritiam. Non enim in potestate nostra est cor nostrum & nostrę cogitationes, quę improuiso offusæ mentem animumque confundunt, atque alio trahunt quam tu propoſueris. Ad secularia reuocāt, mundana inserunt, voluptaria ingerunt, illecebrosa inte-

Qui expers est delicti, expers ē carnalis conceptionis. Psal. 50. Ambrosius in apologia Dauitica Cap. 11.

Psal. 50.

Ambrosius i libro De fuga seculi, Cap. 1.

Psal. 118. Nō. n. in potestate nra est cor nostrū, & nostrę cogitationes,

xerunt, ipsoque in tempore, quo eleuare mẽtem paramus, insertis inanibus cogitationibus ad terrena plerunque deijcimur. Quis autem tam beatus qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio diuino, qui fieri potest? Nullo profecto modo. Denique supra eadem scripture dicit: Beatus vir cuius est auxilium eius abs te domine, ascensus in corde eius. Quid apertius & sufficientius dici potest? Sed ne Pelagiani forte respondeant, eo ipso quo diuinum auxilium ponit præcedere hominis meritum, idipsum meritum esse dicentes, quia orando fit dignus, cui gratia diuina subueniat: attendant quid idem vir sanctus dicat in expositione Esaiæ: Et orare deum, inquit, gratia spiritalis est. Nemo enim dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Vnde & exponens Euangelium secundum Lucam: Vides vtique, inquit, quia vbique domini virtus studijs cooperatur humanis, vt nemo ponit ædificare sine domino, nemo custodire sine domino, nemo quicquam incipere sine domino. Nunquid quoniam hæc dicit vir tantus Ambrosius & gratiam dei sicut filio promissionis congruit, grata pietate commẽdat, ideo destruit liberum arbitrium: aut eam vult intelligi gratiam, quam diuersis locutionibus Pelagiani nolunt nisi legem videri, vt videlicet non ad faciendum quod cognouerimus, sed ad agnoscendum quid faciamus nos, deus adiuuare credatur? Si hoc istum hominem dei fapere existimant, quid de ipsa lege dixerit, audiat in libro De fuga seculi: Lex, inquit, os omnium potuit obstruere, non potuit mentem conuertere. Item alio loco in eodem libro: Lex, inquit, factum damnat, non aufert maliciam. Videant fidelem & catholicum virum Apostolo consentire dicenti: Scimus autem, quia quæcunque ex lege loquitur, his qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus deo, quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram illo. Ex eo enim Apostolico sensu illa sumpsit & scripsit Ambrosius. Iam vero quoniam Pelagiani dicunt, iustos in hac vita ideo vel esse vel fuisse, quia sine vllo peccato vixerunt, intantum vt vita futura, quæ in præmio speranda est, prouectior & perfectior esse non possit: etiam hic eis respondeat, eosque refutet Ambrosius: Nam exponens Esaiam Prophetam propter id quod scriptum est: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt: suscepit de generationibus quæ ex deo sunt disputare, atque in ipsa disputatione commemorauit testimonium Ioannis, vbi ait: Qui natus est ex deo, non peccat. Et eandem quæstionem difficillimam tractans: Cum in hoc mundo, inquit, nullus sit, qui immunis sit a peccato, cum ipse Ioannes dicat: Si dicimus, quia non peccauimus, mendacem facimus illum: si autem

Pſal. 83.

1. Cor. 12.

Ambrosius sup Euang. Lucæ.

Ambrosius de fuga seculi. Cap. 3. & 7.

Roma. 3.

Esa. 1.

1. Io. 1.

2. Ioan. 1.

autem ex deo nati non peccant, & de his intelligimus qui in mundo sunt, innumeros necesse est æstimemus, qui per lauacri regenerationem dei gratiam consecuti sunt. Sed tamen cum dicat Prophera: Omnia a te expectant, vt des illis cibum in tempore, dante te his colligent sibi: Aperiẽte te manum tuam, vniuersa implebuntur bonitate: Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum conuertentur: Emittes spiritum tuum & creabuntur, & innouabis faciem terræ: possunt non de quocunque tempore videri dicta, sed de futuro, quo erit noua terra & nouum cœlum. Turbabuntur ergo vt principium sumant, atque aperiente te manum tuam implebuntur vniuersa bonitate, quæ non facile huius seculi est. Nam de hoc seculo scriptura quid dicit? Non est qui faciat bonitatem, non est vsque ad vnum. Si igitur diuersæ generationes sunt, & hic introitus in hanc vitam receptor est delictorum, intantum vt spernatur etiam ipse qui genuit, alia autem generatio peccata non recipit, videamus ne qua sit post huius vitæ circulum nostra regeneratio de qua dictum est: In regeneratione cum sederit filius hominis in throno gloriæ suæ. Sicut enim regeneratio lauacri dicitur, per quam deterſa peccatorum colluuione renouamur, ita regeneratio dici videtur, per quam ab omni corporeæ conuersionis purificati labe, mundo animæ sensu in vitam regeneramur æternam, eo quod purior quædam qualitas sit regenerationis quam lauacri istius, vt non solum in actus eius, sed ne ipsas quidem cogitationes noxas aliqua cadat suspitio peccatorum. Item alio loco in eodem opere: Videmus, inquit, impossibile esse, vt perfecte quis immaculatus esse possit in corpore constitutus, cum etiam Paulus imperfectum se dicat, sic enim habet: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim. Et tamen post paulum ait: Quicunque ergo perfecti sumus, nisi forte quia est perfectio alia in hoc mundo, alia post hanc vitam, illud perfectum de quo dicit ad Corinthios: Cum venerit quod perfectum est. Et alibi: Donec occuramus omnes in vnitatem fidei & agnitionem filij dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vt ergo perfectos secum multos dicit Apostolus in hoc mundo sitos, qui si ad perfectionem veram respicias, perfecti esse non poterant, quia ipse dixit: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, ita & immaculati sunt in hoc mundo, & immaculati erunt in regno dei, cum vtique si minutias diuitiæ, immaculatus esse nemo possit, quia nemo sine

Pſal. 103.

Pſal. 13.

Mat. 10.

Philip. 3.

1. Cor. 13.

Eph. 4.

1. Cor. 13.

peccato. Item in ipso: Videmus, inquit, dum in hac viuimus vita quod nos mundare debemus, & querere deum & incipere ab emundatione animæ nostræ, & quasi fundamenta constituere uirtutis, vt perfectionem purificationis post hanc vitam mereamur adipisci. Itemque in ipso: Grauatus autem & ingemiscens, inquit, quis non loquatur: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ita eodem magistro omnes varietates interpretationis absoluimus. Nam si omnis infelix qui se corporis implicatum molestijs recognoscit, vtique omne corpus infelix: neque enim felicem dixerim illum, qui confusus quibusdam mentis suæ tenebris conditionem suam nescit. Illud quoque non absurdum ad intellectum accesit. Si enim homo qui se cognoscit, infelix est, infelices profecto omnes, quia vnusquisque suam infirmitatem, aut per sapientiam recognoscit, aut per insipientiam nescit. Item in libro de bono mortis: Operetur, inquit, mors in nobis, vt operetur & vita bona, vita post mortem: hoc est bona vita post victoriam, bona vita absoluto certamine, vt iam lex carnis, legi mentis repugnare non nouerit, vt iam nobis nulla sit cum corpore mortis contentio. Rursus in eodem: Ergo, inquit, quia iusti hanc remunerationem habent, vt videant faciem dei, & vt lumen quod illuminat omnem hominem: abhinc induamus huiusmodi studium, vt appropinquet anima nostra deo, adhæreat illi desiderium nostrum, non separemur ab eo. Et hic quidem positi, meditando, legendo, quærendo copulemur deo, cognoscamus eum, vt possumus: Ex parte enim hic cognoscimus, quia hic imperfecta, illic perfecta omnia, hic paruuli, illic robusti. Videmus, inquit, nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Tunc reuelata facie gloriam domini speculari licebit, quam nunc animæ corporis hnius concretis visceribus inuolutæ, & quibusdam carnis huius maculis & colluuionibus obumbratæ sincere videre non possunt. Quis enim, inquit, videbit vultum meum & viuet? Et recte: Nam si solis radios oculi nostri ferre non possunt, & si quis diutius e regione solis intenderit, cecari solere perhibetur: si creatura creaturam sine fraude atq; offensione sui non potest intueri, quomodo potest sine periculo sui vibrantem cernere vultum creatoris æterni, corporis huius opertus exuuijs? Quis enim iustificatur in conspectu dei, cum vnius quoque diei infans mundus esse non possit, & nemo possit de sui cordis integritate & castimonia gloriari.

Rom. 7.

Ambrosius de bono mortis. Cap. 3. Rom. 7.

De bono mortis Cap. 11.

1. Cor. 13.

Exod. 33.

Comparatio qđ creatura nō pōt sine piculo deū cognoscere.

Iob. 25.

CAP. XII.

NIMIS longum erit, si omnia velim commemorare, quę sanctus Ambrosius aduersus hanc hęresim Pelagianorum

norum tanto post exortarum, non eis quidem respondens, sed prædicans catholicam fidem, atque in ea homines ædificans dixit & scripsit. Sed nec illa omnia comme morare potui vel debui, quæ glorioſissimus in domino Cyprianus posuit in Epistolis suis, quibus demonstratur, quomodo sit hæc quam tenemus, fides, vera vereque Christiana atque catholica, sicut per scripturas sanctas antiquitus tradita, sic a patribus nostris. & vsq; ad hoc tempus, quo isti eam conuellere tentauerunt, retenta atque seruata & deinceps propitio deo retinenda atque seruanda. Nam sic Cypriano & a Cypriano tradita hęc atque huiusmodi ex eius literis testimonia prolata testatur. Sic autem vsque ad tempora nostra seruata, ea quæ de his rebus antequam isti ebullire cœpissent Ambrosius conscripsit, ostendunt, & quod eorum prophanas nouitates catholicæ aures quæ vbique sunt, horruerunt: sic porro deinceps esse seruanda, satis salubriter istorū partim dannatio, partim correctio declarauit. Quodlibet enim mutire audeant aduersus fanam fidem Cypriani & Ambrosij, non eos puto in tam magnum prorupturos furorem, vt memoratos & memorabiles homines dei audeant dicere Manichæos. Quid est ergo quod rabiosa mentis cæcitate nunc iactant, toto penitus Occidente nō minus stultum quam impium dogma susceptum? quandoquidem domino miserante suamque Ecclesiam misericorditer gubernante, sic vigilauit catholica fides, vt nō minus stultum quam impium dogma, quemadmodum Manichæorum, ita etiam non susciperetur istorum. Ecce sancti & docti viri fama totius Ecclesiæ contestante catholici, & creaturam dei, & nuptias ab illo institutas, & legem per sanctum Moysen datam, & liberum arbitrium naturæ hominis institum, & sanctos Patriarchas & Prophetas debitis ac congruis prædicationibus laudant, quę omnia inique Manichæi, partim negando, partim etiam detestando condemnant. Vnde apparet istos doctores catholicos longe a Manichęorum sensibus alienos & tamen asserunt originale peccatum, asserunt gratiam dei super liberum arbitrium, omne antecedere meritum, vt vere gratuitum diuinum præbeat adiutorium. Asserūt sanctos ita iuste in hac carne vixisse, vt eis esset necessarium, quo dimittuntur quotidiana peccata, orationis auxiliū: perfectamq; iustitiam, quę non possit habere peccatum, in alia vita futuram eis, qui iuste hic vixerunt præmium. Quid est ergo quod dicunt, de simplicibus Episcopis, si ne congregatione synodi in locis suis sedentibus, extorta subscriptio est? Nunquid beatissimis & in fide catholica excellentissimis viris Cypriano & Ambrosio antecessoribus, aduersus istos extorta subscriptio est: qua eorū im-

pia dogmata tanta manifestatione subuertunt, vt quę cõtra eos manifestiora dicamus, vix nos inuenire possimus? Aut vero congregatione synodi opus erat, vt aperta pernicies damnaretur: quasi nulla hæresis aliquando nisi synodi congregatione damnata sit: cum potius rarissimæ inueniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit: multoque sint atque incomparabiliter plures, quæ vbi extiterunt, illic improbari damnariquę meruerunt, atque inde per cæteras terras deuitandæ innotescere potuerunt. Verum istorum superbia, quæ tantum se extollit aduersus deum, vt non in illo velit, sed potius in libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriam captare intelligitur, vt propter illos Orientis & Occidentis synodus congregetur. Orbem quippe catholicum, quoniam domino eis resistente peruertere nequeunt, saltem commouere conantur, cum potius vigilantia & diligentia pastorali post factum illis competens, sufficiensque iudicium vbicunque isti lupi apparuerint, conterendi sint, siue vt sanentur atque mutentur, siue vt ab aliorum salute

Luc.15. qui ouem perditam & in paruulis quærit, qui oues sanctas & iustas gratas facit, qui eas quanuis sanctificatas & iustificatas, tamen in ista fragilitate atque infirmitate pro quotidianis peccatis, sine quibus hic non viuitur, etiam cum bene viuitur, quotidianam remissionem, & vt petant prouidenter instruit, & petentes clementer exaudit.

Libri quarti finis.

D. AVRELII AVGVSTINI LIBER DE SPIRITV ET LITERA AD MARCELLINVM

Aliqd posse fieri tametsi factũ sit nũquam. CAP. I.

ECTIS Opusculis quæ ad te tuper elaboraui, fili charissime Marcelline, de baptismo paruulorum & de perfectione iustitiæ hominis, quod eam nemo in hac vita vel assecutus, vel assecuturus videatur, excepto vno mediatore, qui humana perpessus est in similitudine carnis peccati, sine vllo omnino peccato; catore rescripsisti te moueri, eo quod in posteriore duorum libro fieri posse dixi, vt sit homo sine peccato, si voluntas ei non desit ope diuina adiuuante, sed tamen præter vnum in quo omnes viuificabuntur, neminem fuisse vel fore, in quo hic viuente esset ista perfectio. Absurdum enim tibi videtur dici, aliquid fieri posse cuius desit exẽplum, cum sicut credo non dubites, nunquam esse factum, vt per foramen acus camelus transiret; & tamen ille hoc quoque dixit deo esse possibile. Legas etiam xij. milia legiones angelorũ pro Christo ne pateretur pugnare potuisse, nec tamen factum. Legas fieri potuisse, vt semel gentes exterminarentur a terra, quæ dabatur filijs Israel, deum tamen id paulatim fieri voluisse: & alia sexcenta possunt occurrere, quæ fieri, vel potuisse, vel posse fateamur, & eorum tamen exempla quod facta sunt proferre nequeamus. Vnde non ideo negare debemus, fieri posse vt homo sine peccato sit, quia nullus est hominum præter illum qui non tantum homo, sed etiã natura deus est, in quo id perfectum esse demonstrare possimus.

Roma.5.

Matth.19.

Matth.26.

Põt esse vt hõ in hac vita sit sine peccato, sed ĩ Christo tm̃ hoc est impletum.

HIC Fortasse respondeas, ista quæ commemorauí facta non esse, & fieri potuisse, opera esse diuina, vt autem sit homo sine peccato, ad opus ipsius hominis pertinere, idque opus esse optimum quo fiat plena & perfecta & ex omni prorsus parte absoluta iustitia, & ideo non esse credendum neminem vel fuisse, vel esse, vel fore in hac vita qui hoc opus impleuerit, si ab homine impleri potest. Sed cogitare debes quanuis ad hominem id agere pertineat, hoc quoque munus esse diuinum, atque ideo non dubitare opus esse diuinum. Deus est enim qui operatur in vobis, ait Apostolus, & velle & operari pro bona voluntate. Proinde non multum molesti sunt, & instandum est eis, vt si possunt ostendant ita esse, qui dicunt viuere sic hominem, siue vixisse sine vllo omnino peccato. Nam si testimonia scripturarum, quibus existimo definitum nullum hominem hic viuentem, quanuis vtatur libero arbitrio, inueniri sine peccato, sicuti est. Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: & cætera talia quisquam docere potuerit aliter esse accipienda quam sonant, & demonstrauerit aliquem vel aliquos sine vllo hic vixisse peccato, qui non ei, non solũ minime aduersatus, verum etiam plurimũ gratulatus fuerit, non mediocribus inuidentię stimulis agitatur. Quine tiam si nemo est, aut fuit, aut erit, quod magis credo, tali puritate perfectus, & tamẽ esse, aut fuisse, aut fore defendi tur & puratur, quãtũ ego iudicare possum, non multum erratur, nec perniciose, cum quadam quisque benenolen tia fallitur; si tamen qui hoc putat seipsum talem esse non

Philip.2.

Psal.142.

De hoc fusius cõtra duas Pelagia norũ epist. lib. 4 in To.7. & in de eccle. dog. ca. 21

in To.3. & in.1. To.ho.op. & in cõcil. Mileui. cã. 6. &. 7. & in cõ. Aphric. can. 81. &. 82. in. 1. To. cõcil. Gratia.

putet, nisi reuera ac liquido talem se esse perspexerit. Sed illis accerrime ac vehementissime resistendum est, qui putant sine adiutorio dei per seipsam vim voluntatis humanæ vel iustitiam posse perficere, vel ad eam tendendo proficere. Sed cum vrgeri cœperint, quomodo ad præsumant asserere fieri sine ope diuina, reprimunt se, nec hanc vocem audent emittere, quoniam viddent quam sit impia & non ferenda, Sed aiunt, ideo ista sine ope diuina non fieri, quia & hominem deus creauit cum libero voluntatis arbitrio, & dando præcepta ipse docet quemadmodum homini sit viuendum, & in eo vtique adiuuat quod docendo aufert ignorantiam, vt sciat homo in operibus suis quid euitare, & quid appetere debeat, quo per liberum arbitrium naturaliter insitum, viam demonstratam ingrediens, continenter & iuste & pie viuendo ad beatam eamdemq; æternam vitam peruenire mereatur.

Volũtas humana. CAP. III.

NOS autem dicimus humanam voluntatem sic diuinitus adiuuari ad faciendam iustitiam, vt præter quod creatus est homo cum libero arbitrio voluntatis: præterque doctrinam, qua ei præcipitur, quemadmodum viuere debeat, accipiat spiritum sanctum, quo fiat in animo eius delectatio dilectioque summi illius atque incommutabilis boni quod deus est, etiam nunc cum adhuc per fidem ambulatur, nondum per speciem: vt hac sibi velut arra data gratuiti muneris inardescat inhærere creatori, atque inflammetur accedere ad participationem illiusve ri luminis, vt ex illo ei bene sit a quo habet vt sit. Nam neque liberum arbitrium quicquam nisi ad peccandum valet, si lateat veritatis via: & cum id quod agendum, & quo nitendum est cœperit non latere, nisi etiam delectet, & ametur, non agitur, non suscipitur, non bene viuitur. Vt autem diligatur, charitas dei diffunditur in cordibus nostris, non per arbitrium liberũ quod surgit ex nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Eph. 1.

Si lateat veritatis via lib. arbi. tm valet ad peccandũ, idẽ ab Aug. cõtra duas Pelagiãorũ Epist. lib. 3. c. 5. et, 12. d'Tri. ca. 7. in. To. 3. Rom. 5.

DOCTRINA. Quippe illa qua mandatum accipimus continenter rectèque viuendi, litera est occidens, nisi adsit viuificans spiritus. Neque enim solo illo modo intelligendum est quod legimus: Litera occidit, spiritus autem viuificat, vt aliquid figurate scriptum cuius est absurda proprietas, non accipiamus sicut litera sonat sed aliud quod significat intuentes, interiorem hominem spiritali intelligentia nutriamus. Quoniam sapere secundum carnem mors est, sapere autem secundum spiritum vita & pax. Velut si quisquam multa quæ scripta sunt in Cantico canticorum carnaliter accipiat, non ad luminosę charitatis fructũ, sed ad libidinosę cupiditatis affectũ. Nõ ergo isto solo modo intelligẽdum est, quod ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autẽ viuificat, sed etiã illo eoque vel maxime quod apertissime allo in loco dicit: Concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Et paulo post ait: Occasione accepta peccatum per mandatũ fefellit me, & per illud occidit. Ecce quid est, litera occidit. Et vtique non figurate aliquid dicitur quod accipiendum non sit secundum literæ sonum, cum dicitur, Non concupisces: sed apertissimum saluberrimũque præceptum est, quod si quis impleuerit nullum habebit omnino peccatum, Nam hoc ideo elegit Apostolus generale quiddam quo cuncta cõplexus est, tãquam hęc esset vox legis ab omni peccato prohibentis, quod ait: Non concupisces, Neque enim vllum peccatum nisi cõcupiscendo committitur: proinde quæ hoc præcipit bona & laudabilis lex est. Sed vbi sanctus nõ adiuuat spiritus, inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiã bonam, hoc est, charitatem diffundens in cordibus nostris, profecto illa lex, quanuis bona, auget prohibendo desiderium malum: sicut aquæ impetus si in eam partem non ceperit influere, vehementior fit obice oppositi, cuius molem cũ euicerit maiore cumulo præcipitatus vorticis per prona prouoluitur. Nescio quo enim modo hoc ipsum concupiscitur, sit iucundius dum vetatur. Et hoc est quod fallit peccatum per mandatum, & per illud occidit, cum accedit etiam prœuaricatio, quę nulla est vbi lex non est. Sed totum ipsum Apostolicæ epistolæ locũ si placet consideremus, et sicut dñs adiuuerit ptractemus.

Roma. 7.

Idẽ ab Au. in de gra, & li. arb. ad Val. c. 18. ĩ To. 7 & ĩ. 2. T. ho. op. Similitudo.

Roma. 7.

VOTO Enim si potuero demõstrare illud q̃ ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autẽ viuificat: nõ de figuratis locutiõibus dictũ, q̃uis & illic congruenter accipiat, sed potius de lege aperte qđ malũ est, phibẽre, Quod cũ efficero, pfecto manifestius apparebit, hũ viuere, donũ esse diuinum: non tantum quia homini deus dedit liberũ arbitrium, sine quo nec male nec bene viuitur: nec tantum quia præceptum dedit quo doceat quẽadmodum sit viuendum, sed quia per spiritum sanctum diffundit charitatem in cordibus eorum quos præsciuit vt prædestinaret, prædestinauit vt vocaret, vocauit vt iustificaret iustificauit vt glorificaret. Hoc autem cum apparuerit, videbit vtique exitissimo, frustra dici illa tantum esse possibilia sine exemplo, quæ dei opera sunt: sicut de cameli transitu per formen acus commemoranimus, & quęcunque alia sunt apud nos impossibilia, apud deum autem facilia: & ideo non inter hęc humanam deputandum esse iustitiam quod non ad dei, sed ad hominis opus pertinere debeat cuius perfectio si est in hac vita possibilis, nullã esse causam cur sine exemplo esse credatur. Hoc ergo frustra dicitur si satis elucebit, cum & ipsam humanam iustitiam operationi dei tribuendam esse clarueris, quanuis non fiat si-

Roma. 5.
Roma. 8.

Matt. 19.

Per literã significatur lex. CAP. V. 2. Cor. 3.

ne

ne hominis voluntate: & ideo eius perfectionem etiam in hac vita esse possibilem, negare non possumus: quia omnia possibilia sunt deo, siue quę facit sola sua voluntate siue quę cooperantibus creaturæ suę voluntatibus a se fieri posse constituit, Ac per hoc quicquid eorum non facit, sine exemplo est quidem in operibus factis, sed apud deum & in eius virtute habet causam, qua fieri possit, & in eius sapientia quare non factum sit: quæ causa etiam si lateat hominem, non se obliuiscatur esse hominis nec propterea deo det insipientiam, quia non plene capit eius sapientiam. Attende igitur Apostolum ad Romanos explicantem, satisque monstrantem quod scripsit ad Corinthios: Litera occidit, spiritus autem viuificat: sic magis accipiendum quemadmodum supra diximus: quoniam legis litera, quę docet non esse peccandi, si spiritus viuificans desit, occidit: sciri enim facit peccatum potius quam caueri, & ideo magis augeri quam minui, quia malæ concupiscentiæ etiam prævaricatio legis accedit.

2.Cor.3. Legis lra si spūs viuificās d sitoc cidit, & scire facit pcm & non cauere.

Abūdātia delicti per legem.

CAP. VI.

VOLENS ergo Apostolus commendare gratiam, quæ per Iesum Christum omnibus gentibus venit, ne Iudęi aduersus cęteras gentes de accepta lege se extollerent, posteaquam dixit peccatum & mortem per vnum hominem intrasse in genus humanum, & per vnum hominem iustitiam & vitam æternam, illum Adam, hunc Christum apertissime insinuans, ait: Lex autem subintrauit vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia: vt quemadmodum regnauit peccatum in mortem, sic & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum dominum nostrum. Deinde opponens sibiipsi quęstionem, Quid ergo dicemus inquit? Permanebimus in peccato vt gratia abūdet? Absit. Vidit enim a peruersis peruerse posse accipi quod dixerat, Lex subintrauit vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia: tanquam dixerit, propter abundantiam gratiæ prodesse peccatum Hoc diluens, respondit, Absit: atque subiecit, Qui mortui sumus peccato quomodo viuemus in eo? Hoc est, cui id præstiterit gratia, vt moreremur peccato, quid aliud faciemus si viuemus in eo, nisi vt gratiæ simus ingrati? Nequę enim qui laudat beneficium medicinę: Prodesse morbos dicit & vulnera, a quibus illa hominem sanat: sed quanto maioribus medicina laudibus prædicatur, tanto magis vituperantur & horrentur vulnera et morbi a quibus liberat quæ ita laudantur. Sic laus & prædicatio gratiæ, vituperatio & damnatio est delictorum. Demonstrata enim fuerat homini fœditas languoris eius cui contra iniquitatem suam nec præceptum sanctum & bonum profuit, quo magis acta est iniquitas quam minuta quandoquidem lex subintrauit, vt abundaret delictum, vt eo modo confusus atque confusus, videret non tantum doctorem sibi esse necessarium, verum etiam adiutorem deum, a quo eius itinera dirigantur, ne dominetur eius omnis iniquitas, & confugiendo ad opem diuinæ misericordiæ sanetur: atque ita vbi abundauit delictum, superabundaret gratia, non peccantis merito, sed subuenientis auxilio. Consequenter eandem medicinam in passione & resurrectione Christi mistice demonstratam ostendit Apostolus dicens: An ignoratis, quoniam quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti ergo sumus illi per baptismum in mortem, vt quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim cōplantati sumus similitudini mortis eius, simul resurrectionis erimus: hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est vt euacuetur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul viuemus cum illo, scientes quia Christus resurgens a mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit deo. Ita & vos existimate vos mortuos esse peccato, viuere autem deo in Christo Iesu. Nempe satis elucet mysterio dominicæ mortis & resurrectionis figuratum vitæ nostræ veteris occasum, & exortum nouæ, demonstratamque iniquitatis abolitionem renouationemque iustitiæ. Vnde igitur hoc tantum beneficium homini per literam legis, nisi per fidem Iesu Christi?

Roma.5.

Viuens in pcīs, post receptionē gr̄ę, gr̄ę ē ingratus. idē i epi.105 et.106.in.2.To. horum opuscul.

Quāto magis medicina laudat, tā to magis vitupr̄ā vulnera laus est vitio nā gratię vituperatio ī epīsto.5. episcoporum in.2.To. horum opuscul.

HEAC cogitatio sancta seruat filios hominum in protectione alarum dei, sperantes vt inebrientur ab vbertate domus eius, & torrente voluptatis eius potentur: quoniam apud ipsum est fons vitę, & in lumine eius videbimus lumen: qui prętendit misericordiam suam scientibus eū, & iustitiam suā ijs qui recto sunt corde. Neque n. quia sciunt, sed etiam vt sciant eū, prętendit misericordiā suam: nec quia recti sunt corde, sed etiā vt recti sint corde, prętendit iustitiam suam qua iustificat impium. Hæc cogitatio non affert superbiam, quod vitium ortur cum sibi quisque præsidit, seque sibi ad viuendum caput facit. Quo motu receditur ab illo fonte vitę cuius solius haustu iustitia bibitur, bona scilicet vita: & ab illo incommutabili lumine, cuius participatione anima rationalis quodammodo accenditur vt sit etiam ipsa fontem creatumque lumen: sicut erat Ioannes lucerna ardēs

Vbi abūdauit delictū sup abūdat gr̄a, nō peccātis merito, sz subuenientis auxilio. idē in de gr̄a & li.ar.5.6.et.7.et 8.in.2.T.ho.op.

Bona op̄a ex q̄ fonte manent. CAP. VII.

Psal.35.

Nō qa recti sunt corde, sz vt recti sint corde, deus prætēdit iustitiā suā q̄ iustificat impium.

Superbia.

&

Ioan. Baptista erat lucerna & nō lumē, sed a christo illuminatus a q̄ oēs q̄ lucē vidēt, lumen acceperunt sup euāgel. Ioan. trac. 35. in To. 9.

Ioā. & lucens: qui tamen vnde luceret agnoscens: Nos, inquit, de plenitudine eius accepimus: Cuius, nisi illius vtique de cuius comparatione Ioannes non erat lumen? Ille lud enim erat verum lumen quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Proinde cum dixisset in eodem Psalmo: Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde. Non veniat, inquit, mihi pes superbię, & manus peccatorū nō moueant me: Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare. Hac quippe impietate qua tribuit sibi quisque quod dei est, pellitur in tenebras suas quę sunt opera iniquitatis. Hęc enim plane facit ipse qui ad hęc implenda sibi est idoneus. Opera vero iustitiæ non facit, nisi quantum ex illo fonte atque ex illo lumine percipit, vbi nullius indigens vita est & vbi non est commutatio, nec momenti obumbratio.

Psal. 35

De cōuersione pauli hēs ab au. i de gra. & li. ar. ad Val. c. 5. & 6 & 7. i To. 7. & in. 2. To. ho. op.

Ideo Paulus Apostolus qui cum Saulus prius vocaretur, non ob aliud quantum mihi videtur hoc nomen elegit, nisi vt se ostenderet parvum, tanquam minimū Apostolorum: multum contra superbos & arrogantes, & de suis operibus præsumentes pro commendanda ista dei gratia fortiter atque acriter dimicans, quia reuera in illo euidentior & clarior apparuit: qui cum talia operaretur vehementer ecclesiam dei persequens, pro quibus summo supplicio dignus fuit, misericordiam pro damnatione suscepit, & pro pœna consecutus est gratiam: merito pro eius defensione præcipue clamat atque concertat, nec in re profunda & nimis abdita non imeritis gentium, & verba sua sana in peruersum sensum detorquentium curat inuidiam: dum tamen incunctanter prædicet donum dei, quo vno salui fiunt filij promissionis, filij beneficij diuini, filij gratię & misericordiæ, filij testamenti noui. Primum quod omnis eius saluatio sic se habet, Gratia vobis & pax a deo patre & domino Iesu Christo: deinde ad Romanos pene ipsa quæstio sola versatur, tam pugnaciter, tam multipliciter, vt fatiget quidem legentis intentionem, sed non fatigatione vsili ac salubri: vt interioris hois magis exerceat mēbra q̄ frāgat.

1. Cor. 15.
1. Tim. 1.

obseruatio. legis CAP. VIII. Roma. 2.

INDE sunt illa quæ supra commemoraui, inde est q̄ Iudęum arguit, eumque dicit Iudæum cognominari, & nequaquam id quod profitetur implere. Si autem tu, inquit, Iudæus cognominaris & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem eius, & probas discretia, & instructus in lege, confidis teipsum ducem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientię & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui

dicis non adulterandum, adulteras: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per vos blasphematur in gentibus, sicut scriptum est: Circuncisio quidem prodest si legem custodias: si autem prævaricator legis fis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium eius in circuncisionem reputabitur? Et iudicabit quod ex natura est præputium, legem consumans, te qui per literam & circuncisionem prævaricator legis es? Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quę in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudęus est, & circuncisione cordis spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. Hic manifestauit quemadmodum dixerit, gloriaris in deo: nam vtique si vere talis, Iudęus gloriaretur in deo, eo modo quo postulat gratia, quę nō operum meritis sed gratuito datur, ex deo esset laus eius nō ex hominibus, sed ita gloriabantur in deo, velut qui soli meruissent legem eius accipere, secundum illam vocem psalmi qua dictum est: Non fecit sicut vlli genti & iudicia sua non manifestauit eis. Quam tamen dei legem sua iustitia se arbitrabantur implere, cum magis eius prævaricatores essent, vnde illis iram operabatur abundante peccato, quod ab scientibus perpetrabatur: quia & quicunque faciebant quod lex iubebat non adiuuante spiritu gratię, timore pœnę faciebant non amore iustitiæ: ac per hoc coram deo non erat in voluntate quod coram hominibus apparebat in opere, potiusque ex illo rei tenebantur, quod eos nouerat deus male, si fieri posset impune, committere. Circuncisionem autem cordis dicit psalmus scilicet ab omni illicita concupiscentia voluntatem: quod non fit litera docente & minante, sed spiritu adiuuante atque sanante. Ideo laus talium non ex hominibus, sed ex deo est, qui per suam gratiam præstat, vnde laudentur, de quo dicitur: In domino laudabitur anima mea, & cui dicitur: Apud te laus mea: nō quales illi sunt qui deum laudari volunt quod homines sunt, se autem q̄ iusti sunt. Sed laudamus, inquiūt, & deum nostræ iustificationis authorem in eo quod legem dedit, cuius intuitu nouerimus quemadmodum viuere debeamus: nec audiant quod legant: Quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram deo. Potest enim fieri coram hominibus nō autem coram illo qui cordis ipsius & intimę voluntatis inspector est: vbi videt, etiam si aliud faciat qui legem timet, quid tamen mallet facere si liceret. Ac ne quisquam putaret hic Apostolum ea lege dixisse neminem iustificari, quæ in sacramentis veteribus multa continet figurata præcepta, vnde etiam ipsa est circuncisio carnis, qua in

die

Esa. 25.

Grā nō operū meritis, sz gratuito dat. idē i ps. psal. 31. i T. 8. & i. 1. To. ho. op. et Psal. 147. & in epist. 5. epoꝛ in. 2. T. horum. opuscul. Qui timore legē seruāt nō habēt apud deū i volūtate, qđ apd̄ homines apparet i opere.

Circūcisio cordis pura voluntas.
Psal. 33.
Psal. 22.

Error pelag. qđ dus iustificat q̄ legē dedit q̄ iustificamur, Ro. 3. idē i epi. 90. &. 95. i. 2. T. & i. 1. T. ho. op. & sup euā. Ioā. trac. 31. &. 35. in Tom. 9.

Roma.3. Roma.7.

die octauo accipere paruuli iusti sunt. continuo subiunxit q̄ legē dixerit, & ait: Per legē, n. cognitio peccati. Illa igitur lex est de qua postea dicit: Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces: nam quid est aliud, per legem enim cognitio peccati.

Iustitia dei manifestata per legem & prophetas.

CAP. IX.

Roma.10. Rpma.3. Gal.3. Roma..3. Roma10.

HIC forte dicat illa humana præsumptio, ignorans dei iustitiam & suam volens constituere, merito dixisse Apostolū, quia ex lege nemo iustificabitur: ostendit. n. tantummodo lex quid faciendum, quid ue cauendū sit, vt quod illa ostenderit voluntas impleat, ac sic homo iustificetur non per legis imperium, sed per liberū arbitriū. Sed o homo attende quod sequitur, Nunc autē, inquit, sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legē & Prophetas. Parum ne insonat surdis? Iustitia, inquit, dei manifestata est. Hanc ignorant qui suā volunt constituere, & huic nolunt esse subiecti: Iustitia, inquit, dei manifestata est, non dixit, iustitia hominis, vel iustitia, propriæ voluntatis, sed iustitia dei, nō qua deus iustus est, sed qua induit hominem, cum iustificat impium. Hæc testificatur per legem & Prophetas: huic quippe testimonium perhibent lex & Propheræ. Lex quidem hoc ipso, quod iubendo & minando & neminem iustificando, satis indicat dono dei iustificari hominem per adiutoriū spiritus. Prophete autē, quia id quod prædixerunt, Christi impleuit aduentus. Nā hinc sequitur & adiungit dicens, Iustitia autē dei per fidem Iesu Christi, hoc est, per fidem qua creditur in Christum. Sicut autem ista fides Christi dicta est non qua credit Christus: sic & illa iustitia dei nō qua iustus est deus. Vtrunque enim nostrum est, sed ideo dei & Christi dicitur, q̄ eius nobis largitate donat. Iustitia ergo dei sine lege, nō sine lege manifestata est. Quomō. n. p legē testificata si sine lege manifestata? Sed iustitia dei sine lege est, q̄ deus p spiritū gr̄e credēti cōfert sine adiutorio legis, hoc est nō adiuto a lege. Quandoquidē per legem ostenditur homini infirmitatem suam, vt ad eius misericordiam per fidem confugiens, sanetur. De sapientia quippe eius dicit est, quod legem & misericordiam in lingua portet: legem scilicet qua reos faciat superbos: misericordiā vero qua iustificet humiliatos. Iustitia ergo dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt, Non enim est distinctio, Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, non gloria sua. Quid enim habent quod non acceperunt? Si autem acceperunt, quid gloriantur quasi non acceperint? Egent itaque gloria dei, & vide quid sequatur, Iustificati gratis per gratiam ipsius: non itaque iustificati per legem, non iustificati per propriam voluntatem, sed iustificati gratis per gratiam ipsius: non quod sine voluntate nostra

Sapiētia dei, legē et misericordiā i lingua portat legē qua humiliat superbos, misericordiā qua iustificat humiliatos idē in epi. 95. & 105. &. 106. in. 2 To horū opus. Nō sine volūtate nr̄a iustificamur, s̄ volūtas

Lex iubēdo & minādo & neminē iustificādo indicat dono dei iustificari hoiem. Roma.3.

te nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia voluntatem, & sanata volūtas impleat legem non constituta sub lege nec indigens lege.

Quomodo iniusto & non iniusto posita est lex CAP. X.

IVSTO Enim lex non est posita, quæ tamē bona est, si quis ea legitime vtatur. Hæc duo Apostolus velut inter se contraria connectens, monet mouetq̄ lectorem, ad perscrutandam quæstionem atque soluendam: quomodo enim bona est lex, si quis ea legitime vtatur, si etiam q̄d sequitur verum est, sciens hoc, quia iusto lex non est posita. Nam quis legitime vtitur lege nisi iustus? at ei nō est posita sed iniusto. An & iniustus vt iustificetur, id est, vt iustus fiat, legitime lege vti debet, qua tanquam pædagogo perducatur ad gratiam, per quam solam quod lex iubet, possit implere: per ipsam quippe iustificatur gratis, id est, nullis suorum operum præcedentibus meritis, alioquin gratia iā non est gratia: quandoquidem ideo datur non quia bona opera fecimus, sed vt ea facere valeamus id est, nō quia legē impleuimus, sed vt legem implere possemus. Ille enim dixit: Non veni soluere legem, sed implere, de quo dictum est: Vidimus gloriā eius gloriā tanquā vnigeniti a patre, plenū gratia & veritate. Hęc est gloria de qua dictū est: Omnes enim peccauerūt & egēt gloria dei. Et hæc est gratia de qua cōtinuo dicit, iustificati gratis per gratiam ipsius. Iniustus ergo legitime lege vtitur vt iustus fiat, q̄d cū factus fuerit, ea iā nō vtatur iāquā veticulo cū peruenerit, vel potius, vt supra dicta similitudine Apostoli vtar tanquam pedagogo cum eruditus fuerit. Quomodo enim iusto lex non est posita, si & iusto est necessaria, nō qua iniustus ad iustificantem gratiam perducatur, sed qua legitime iā iustus vtatur? An forte, imo vero non forte sed certe, sic legitime vtatur lege iam iustificatus, cum eā terrēdis imponit iniustis, vt cum & in ipsis coeperit inolitæ concupiscentię morbus incentiuo prohibitionis & cumulo preuaricationis augeri, confugiant p fidē ad iustificantē gratiā, & per donū spiritus suauitate iustitię delectati pœnam literę minantis euadant? Ita nō erūt cōtraria, neq̄ inter se duo ista pugnabūt, vt etiā iustus bona lege legitime vtaī, & tamen iusto lex posita sit: nō. n. ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei qua credidit nullo mō posse suæ infirmitati ad implenda ea quæ lex factorum iuberet, nisi diuina gratia subueniri. Ideo dicit: Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est, per quam legem factorum? non: sed per legem fidei. Siue glorificatio eam dixerit laudabilem, quæ in domino est, eamq̄ exclusam id est non vt abscederet pulsam, sed vt emineret ex Exclusores presiam. Vnde & exclusores dicūtur quidā artifices argentarij.

ñra ostēdit infirma p legē, vt sanetur p gr̄am, & sanata impleat legē, idē in de gr̄a & li. ar. 17. in. 2. To. horū opus.

1. Tim. 1. Gal. 3. Roma. 11.

Matth. 5. Ioann. 1. Roma. 3.

Gal. 4.

Iustus bona lege legitime vtit & si lex ei non sit posita.

Rom. 2. 3.

gentarij. Hinc est & illud in Psalmis: Vt excludantur ij
Psal.67. qui probati sunt argento, hoc est vt emineant qui proba
ti sunt eloquio domini. Nam & alibi dicitur: Eloquia do
Psal.11. mini eloquia casta, argentum igne examinatum, siue glo
riationem vitiosam de superbia venientem commemo
rare voluerit, eorum scilicet qui cum sibi iuste videntur
viuere, ita gloriantur quasi non acceperint eam, quam
non per legem factorum, sed per legem fidei dicit exclu
sam, id est electam & abiectam: quia per legem fidei quis
que cognoscit, si quid bene viuit, dei gratia se habe
re, & vt perficiatur in dilectione iustitiæ, non se attun
de consecuturum.

Pietatẽ esse sapiẽ tiam. CAP. XI. Iob.28.

QVAE Cogitatio pium facit, quia pietas est vera sapientia: pietatem dico quam Græci theosebiam vocãt: ipsa quippe commendata est, cum dictum est homini, qd in libro Iob legit: Ecce est pietas sapientia, Theosebia por ro si ad verbi originem Latine expressam interpreta retur, dei cultus dici poterat, qui in hoc maxime consti tutus est vt aĩa ei non sit ingrata. Vnde & in ipso vestib mo & in singulari sacrificio, domino deo nostro agere gratias admonemur. Erit autem ingrata si quod illi ex deo est sibi tribuerit, præcipueque iustitiam, cuius opera bus velut propriis & velut a semetipsa sibimet partis, non vulgariter tanquam ex diuitijs aut membrorum forma aut eloquentia, cæterisque, siue externis, siue inter nis, siue corporis siue animi bonis, quę habere etiam scelerati solent, sed tanquam de ijs quę proprie sunt bo na bonorum quasi sapienter inflatur. Quo vitio repulsi a diuinę stabilitate subsistentię etiam magni quidam viri ad idololatriç dedecus defluxerũt. Vnde idem Apostolus
Roma.1. in eadem epistola in qua vehemens defensor est gratiæ, cum se dixisset esse Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitorem, & ideo quod ad ipsum pertine ret promptum esse, & in ijs qui Romę essent Euangeli zare, Non enim confundor, inquit, de Euangelio, virtus enim dei est in salutem omni credenti Iudęo primum &
Abac.2. Græco: iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem,
2.Cor.3. sicut scriptum est: iustus autem ex fide viuit. Hęc est iu
Iustitia de q̃ nos iustos facit. stitia dei quę in Testamento veteri velata, in nouo reue latur, quę ideo iustitia dei dicitur quod impertiendo eam iustos facit: sicut domini est salus qua saluos facit: & hęc est fides ex qua et in qua reuelatur, ex fide scilicet ani ciantium in fidem obedientium: qua fide Iesu Christi, id est quam nobis contulit Christus, credimus ex deo no bis esse, plenius que futurum esse quod iuste viuimus, va
Cognitio dei q̃ creaturas. de illi ea pietate qua solus colẽdus est gratias agimus.
CAP. XII. NEC immerito se Apostolus ex hoc articulo conuer tit ad eos cum detestatione commemorandos, qui vino

illo qđ superius memorauí leues & inflati, ac p̃ seipsos ve lut per inane sublati, vbi non requiescerent sed fracti dis silirent, in figmenta idolorum tanquam in lapides deci derunt. Quia enim commendauerat pietatem fidei, qua deo iustificati grati esse debemus, velut contrarium quod detestaremur subinferens: Reuelatur enim, inquit, ira dei
Rom.1. de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam homi
Sap.13.& 14. num eorum qui veritatem in iniustitia detinent: quia quod notum est dei, manifestum est in illis, deus enim il lis manifestauit. Inuisibilia enim eius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiter na quoque virtus eius ac diuinitas, ita vt sint inexcu sabiles. Quia cognoscentes deum, non vt deum, glori ficauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogita tionibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutaue runt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ima ginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupe dum, & serpentium. Vide quemadmodum non eos dixe rit veritatis ignaros, sed quod veritatem in iniquitate de tinuerint: quia occurrebat animo vt quæreretur, Vnde il lis esse potuerit cognitio veritatis, quibus deus legem nõ dederat. Neque hoc tacuit vnde habere potuerint, Per visibilia nanque creaturæ peruenisse eos dixit ad intelli gentiam inuisibilis creatoris, Quoniam reuera sicut mar gnã ingenia quærere perstiterunt, sic inuenire potuerunt. Vbi ergo impietas? Quia videlicet cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias ege runt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. Rorum pro prię vanitas morbus est, quo seipsos seducunt dum vi dentur sibi aliquid esse, cum nihil sint. Denique hoc tu more superbiæ sese obumbrantes, cuius pedem sibi non
Psal.15. venire deprecatur sanctus ille cantor, qui dixit: In lumi ne tuo videbimus lumen: ab ipso lumine incommutabi lis veritatis auersi sunt, & obscuratum est insipiens cor eorum. Non enim sapiens cor quanuis cognouisset de um, sed insipiens potius, quia non sicut deum glorifica
Iob.28. uerunt aut gratias egerunt. Dixit enim homini, Ecce pie tas est sapientia: ac per hoc dicentes se esse sapientes, quod non aliter intelligendum est, nisi hoc ipsum sibi tri buentes, stulti facti sunt, iam quæ sequuntur quid opus est dicere? Per hanc.n. impietatem illi homines illi inquã homines qui per creaturam creatorem cognoscere potue runt, quo prolapsi, cum deus superbis resistit, atque vbi demersi sint, melius ipsius epistolæ consequentia doceat quam hic commemoratur a nobis. Neque enim isto ope rę hanc epistolam exponendam suscepimus, sed eius maxime testimonio demonstrare quantum possumus ni

timur, non in eo nos diuinitus adiuuari ad operandam iustitiam, quod legem deus dedit plenam bonis sanctisq; præceptis: sed quod ipsa voluntas nostra, sine qua operari bonum non possumus, adiuuetur & erigatur impartito spiritu gratiæ, sine quo adiutorio doctrina illa litera est occidens, quia reos potius præuaricationis tenet quã iustificat impios. Nam sicut illis per creaturam cognitoribus creatoris ea ipsa cognitio nihil profuit ad salutem, quia cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, dicentes se esse sapientes, Ita eos qui per legem dei cognoscunt quemadmodum sit hominis vtuendum nõ iustificat ipsa cognitio, quia volentes suam iustitiam constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti.

Sine adiutorio dei lex est litera occidens.

Cognitio legis.

Rom.1.

Sicut cognitio dei cõtẽptoribus obest, ita & cognitio legis pũ ricatoribus.

Rom.10.

Lex operum & lex fidei.

CAP. XIII.

Rom.3.

Discrimẽ iter legem factorũ & legem fidei.

LEX ergo factorum, id est operum per quam non excluditur illa gloriatio, & lex fidei, per quam excluditur, si quo inter se differant operæ precium est considerare, si tamen valemus aduertere atque discernere. Recte enim quisque dixerit legem operum esse in Iudaismo: legem autem fidei in Christianismo, propterea quia circuncisio cæteraque opera talia legis sunt, quæ Christiana iam disciplina non seruat. Sed quantum fallat ista discretio, iam diu quidem est vt molimur ostendere, & acutis ad digoscendum tibique potissimum ac talibus forrasse iam obtudimus: veruntamen quoniam res magna est, non inconuenienter in ea manifestanda pluribus etiam atque etiam testimonijs immoramur, Ipsam enim dicit legem exigua nemo iustificatur, quam dicit subintrasse vt abundaret delictum, quam tamen ne quisquam ob hoc impertitus argueret & sacrilegus accusaret, defendit eam dicens: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit: Sed peccatum non cognoui nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione itaque accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Dicit etiam: Lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum, sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Ipsa est litera occidens quæ dicit, Non concupisces: de qua item dicit quod paulo ante commemorauí, Per legem enim cognitio peccati. Nũc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & Prophetas, iustitia autem dei per fidẽ Iesu Christi in omnes qui credunt, Non enim est distinctio, Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei: iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Iesu: quem proposuit deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ eius, propter propositum præcedentium peccatorum in dei patientia, ad ostendendam iustitiam ipsius in hoc tempore, vt ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu. Deinde subinfert vnde nunc agimus. Vbi est ergo gloriatio tua? Excluſa est. Per quam legem? factorum? non, sed per legem fidei. Lex ergo factorum ipsa est quæ dicit, Non concupisces: quia per illam cognitio peccati est. Volo igitur scire si quis mihi dicere audeat, vtrum lex fidei non dicat, Non concupisces: si enim non dicit, quid causæ est, cur non in ea positi securi atque impune peccemus? Hoc enim & illi putauerunt Apostolum dicere de quibus ait: Et sicut dicunt nos quidam dicere, faciamus mala vt veniant bona, quorum iudicium iustum est. Si autem dicit etiam ipsa, Non concupisces: sicut tam multa præcepta Euangelica & Apostolica testificari & clamare non cessant, quare lex factorum etiam ipsa non dicitur? neque enim quia non habet opera veterum sacramentorum, circuncisionis videlicet atque cæterorum, ideo non sunt opera quæ habet in sacramentis suis huic iam tempori congruis. Aut vero de operibus sacramentorum quæstio fuit, quando mentio legis ob hoc fiebat, quia per ipsam cognitio peccati est, & ideo ex eo nemo iustificatur. Vnde non per illam excluſa est gloriatio, sed per legem fidei, ex qua iustus viuit. Sed numquid & per istam non fit cognitio peccati, cum & ipsa dicat, Non concupisces? Quid igitur interest breuiter dicam, Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. Illa dicit: Non concupisces: ista dicit. Cum scirem quia nemo esse poteſt continens nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, adij dominum & deprecatus sum. Ipsa est illa sapientia quæ pietas vocatur, qua colitur pater luminum, a quo est omne datum optimum & omne donum perfectum. Colitur autẽ sacrificio laudis actionisq; gratiarum, vt cultor eius non in seipso, sed in illo gloriet. Ac per hoc lege operum dicit deus, fac quod iubeo; lege fidei dicitur deo, da quod iubes. Ideo enim iubet lex vt admoneat quid faciat fides: id est, vt cui iubetur, si nõdum poteſt sciat quid petat: si autem continuo poteſt & obedienter facit, debet etiam scire quo donãte possit. Nõ enim spiritum huius mundi accepimus, ait idẽ ipse constãtissimus gratiæ prædicator, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ a deo donata sunt nobis: Quis est autẽ spiritus huius mundi, nisi superbiæ spiritus? Quo cor insipiẽs obscuratum est eorum qui cognitũ deum non vt deũ glorificauerunt: nec alio spiritu decipiuntur etiam illi qui ignorantes dei iustitiam & suam iustitiã volentes constituere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Vnde mihi videtur magis esse fidei filius qui nouit a quo speret qd nondum habet, quam qui sibi tribuit id quod habet:

Roma.7.

Exod.20.

Rom.7.

2.Cor.3.

Roma.3.

Roma.3.

Roma.7.
Rom.3.
Abac.2.
Rom.1.

Quod operũ lex minãdo imperat hoc fidei lex credẽdo impetrat, idẽ ifra c.29.& 30.& ĩ ẽ gra.& li.ar.ad Hier.9. 1.Cor.1 2.Co.10 valẽ.c. 16.i.T. 7.& ĩ 2.T.ho.op.& in de ỹb.apost.ser mo.6.in T.10.

Exo.20
Sap.8.
Iac.1.

Lex iubet vt ad moneat qd faci at fides idẽ ifra ĩ de cor rep.& gra.1. & ĩ de gra & li.ar. ad Val.2 c.16.

1.Cor.2
Rom.1.

Ro.10.

usque ad 20. in 2. To. ho. op. Luc. 18.

quanuis vtrique horum præferendus sit, qui & habet, & nouit a quo habeat, si tamen non se credat iam esse quod nondum est: ne incidat in vitium illius Pharisæi, qui quã quam deo gratias ageret ex ijs quæ habebat, nihil tamen petebat darisibi, tanquam nihilo indigeret ad augmẽdam perficiendamue iustitiam. His igitur consideratis pertractatisque pro viribus quas dominus donare dignatur, colligimus non iustificari hominem præceptis bonæ vitæ nisi per fidem Iesu Christi, Hoc est nõ lege operum, sed lege fidei: non litera sed spiritu: non factorum meritis sed gratuita gratia.

Decalogus quoque occidit nisi adsit gratia.

CAP XIIII.

QVANVIS itaque illos quibus circuncisio persuadebatur ita corripere atque corrigere videatur Apostolus, vt legis nomine eandem circuncisionem appellet, eterasque eiusmodi legis obseruationes, quas tãquam vmbras futuri iam nunc respuunt Christiani, id tenentes quod per illas vmbras figurate promittebatur: tamen legem ex qua neminem dicit iustificari, non tantum in illis sacramentis quæ habuerunt promissuas figuras, verum etiam in illis operibus vult intelligi, quæ quisquis fecerit, iuste viuit, vbi est & illud: Non concupisces. Atque vt hoc quod dicimus fiat planius, ipsum decalogum videamus. Certe enim legem Moyses ministrandam populo accepit in monte, scriptam in lapideis tabulis digito

Exo 31. & 20.

Decẽ p̃cepta sũt obseruãda achristianis excepta sabbati obseruãtia, quã q̃ ad lit. obseruare minime tenemur, q̃ vo ad spũm magis nos quã iudei id obseruare debemus, & melius eẽ fœmĩas toto sabbato sllare dicimus q̃ falta re. Nã sic obseruare tale p̃ceptũ ẽ sape Scũm carnẽ, ob id illis carnalit, & nobis spũaliter obseruantia iussa ẽ

2. Cor. 3

ga illis carnalia & nobis eterna

dei: hæc decem præceptis constringitur, vbi nihil de circuncisione mandatum est, nihil de victimis pecorum, quæ nunc a Christianis non immolantur. In illis igitur decem præceptis excepta sabbati obseruatione, dicatur mihi quid non sit obseruandum a Christiano, siue de non faciendis colendisque idolis alijsq̃ vllis dijs, præter vnum verum deum, siue de non accipiendo nomine domini in vanum, siue de honore parentibus deferendo, siue de cauendis fornicationibus, homicidijs, furtis, falsis testimonijs, adulterijs, re aliena concupiscenda? Quid horum quisquam dixerit Christianum non debere seruare? An forte non istam legem quæ in illis duabus tabulis scripta est, literam occidentem appellat Apostolus, sed illam circuncisionis aliorumq̃ veterum iamque abolitorum sacramentorum? Sed quomodo putabimus, cum in ea sit, Non concupisces: per quod mandatum, quanuis sanctum & iustum & bonum, fefellit me, inquit, peccatum, & per illud occidit? Quid enim aliud est, Litera occidit, spiritus autem viuificat: quanuis euidẽtius eo, ipso loco ad Corinthios, vbi ait, Litera occidit, spiritus autem viuificat: non aliam veli intelligi literam, quam ipsum decalogum in illis duabus tabulis scriptum. Sic enim dicit: Quoniam estis epistola Christi ministrata p nos, scripta non atramento, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis

cordis carnalibus. Cõfidẽtiam autem talem habebemus per Iesum Christum ad deum, nõ quia idonei simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui idoneos nos fecit ministros. Noui testamenti, non litera, sed spiritu. Litera. n. occidit, spiritus autem viuificat. Si autẽ ministratio mortis in literis figurata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriã vultus eius quę euacuatur, quare non magis ministratio spiritus erit in gloria? Si enim ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundabit ministeriũ iustitiæ in gloria. Dici de his verba multa possunt, sed poste a foriasse opportunius. Nunc autẽ aduerte quam dicat literã quę occidit, cui velut e contrario viuificantẽ spiritũ ingerit. Ea certe est ministratio mortis in literis figurata lapideis & ministratio damnationis, quia lex subintrauit, vt abũdaret delictum. Porro autẽ p̃cepta ipsa tam sunt vtilia facienti atq̃ salubria, vt nisi quis ea fecerit, vitã habere non possit. An vero propter vnum p̃ceptum quod ibi de sabbato est positũ, dictus est decalogus, litera occidẽs quoniã quisquis illũ diem nunc vsq̃ obseruat sicut literalia sonat, carnaliter sapit. Sapere autem secundum carnẽ mors est: & illa nouem p̃cepta quę sic recte obseruantur scripta sunt, non ad legem operum ex qua nemo iustificatur, sed ad legem fidei ex qua iustus viuit, pertinere putanda sunt? Quis tã absurde sentiat, ministrationem mortis in literis figuratã lapideis, non dici ex omnibus decẽ p̃ceptis, sed ex vno solo quod ad sabbatũ pertinet? Vbi ergo ponimus, Lex irã operatur. Vbi enim non est lex nec p̃uaricatio. Et vsque ad legem peccatum in mũdo fuit: Peccatum autem nõ deputatur cum lex non esset. Per illud quod iam totiens commemorauimus, Per legem cognitio peccati: maximeq̃ illud vbi euidẽtius expressit vnde agitur: Cõcupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces? Quem totum locum attende, & vide verum quicquam propter circuncisionem vel sabbatũ, vel quid aliud vmbratilis sacramẽti, ac non totum propterhoc dicat, quod litera prohibens peccatum nõ iustificat hominẽ, sed potius occidit augendo concupiscentiã & iniquitatem, p̃uaricationem cumulãdo; nisi liberet gratia per legem fidei q̃ est in Christo Iesu, cũ diffundatur charitas in cordibus nostris, per spiritum sanctũ qui datus est nobis. Cum enim dixisset, vt seruiamus in nouitate spiritus & non in vetustate literę Quid ergo dicemus inquit? Lex peccatum est? Absit, Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in

pollicent, super Buãg. Io. trac. 3 & trac. 20. i 1. 9.

Qui obseruat sabbatum vt lra sonat, carnaliter sapit idẽ vbi sup. Rom. 8.

Abac. 2.

Roma. 1.

Rom. 4. & 5.

Rom. 7.

Rom. 5.

Rom. 5.

me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego viuebam aliquando sine lege, adue-
Rom. 7. niente autem mandato, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat in vitam, hoc esse in mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, bonum est mihi factum est mihi mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, vt fiat super modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor ignoro, non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem non iam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non? Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malū hoc ago. Si autem quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio ergo legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi vele malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me in legem peccati ducentem, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrū. Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Apparet igitur literæ vetustatem, si desit nouitas spiritus, reos facere potius cognitione peccati, quam liberare a peccato. Vnde & alibi scriptum est: Quiapponit scientiam, apponit & dolorem: non quia ipsa lex malum est, sed quia mandatum bonum habet in litera demonstrante, non in adiuuante spiritu: quod mandatum si
Eccles. 1.

Qui timore pœnę & nō amore iustitię legē seruat, nihil agit inde dī lex litera occidens quia p mā datū terruit peccatū, & nō extinsit, terruit & nō oppressit, fecit timorē pœnæ, & non amorem iustitiæ, & sic fecit abundare delictum, non
Gal. 5. Ro. 6.

sit timore pœnæ, non amore iustitiæ, seruiliter fit non liberaliter, & ideo nec fit: non enim fructus est bonus qui de charitatis radice non surgit. Porro autem si adsit fides quæ per dilectionem operatur, incipit condelectari legi dei secundum interiorem hominem, quæ delectatio non literę, sed spiritus donum est, etiam si alia lex in membris adhuc repugnat legi mentis, donec in nouitatem quę de die in diem in interiore homine augetur, tota mutata pertranseat, liberante nos de corpore mortis huius gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

tion bona prohibendo & mala iubendo, sed bona iubendo, &, mala prohibendo, sed vbi gratia non erat auxit prohibitio desiderium. & cum de propria præsumitur virtute factū est grande conuitiū, sed si volumus eua dere legem minantem, Ad spiritum confugiamus viuificantem, in de verbis apost, sermone. 3. &. 5. in Tom. 10.

Gra veteri testa mēto latēs, i nouo reuelatur.

CAP. XV.

HAEC gratia in testamento veteri velata latitebat, quæ in Christi Euangelio reuelata est dispensatione temporum ordinatissima, sicut deus nouit cuncta disponere. Et forsitasse ad illud ipsum eius latibulum pertinet, quod in eo decalogo qui datus est in monte Sina hoc solum præceptum figurate occultatum est quod ad sabbatum pertinet. Sabbatum autem dies sanctificationis est, Nec vacat quod inter omnia opera quæ fecit deus, illic primo sanctificatio sonuit, vbi ab omnibus operibus requiuit. Vnde nunc non est differendi locus. Veruntamen quod rei de qua agitur satis esse arbitror, non frustra illo die populus ab omni opere seruili abstinere præceptus est, quo significatur peccatum, nisi quia non peccare sanctificationis est, hoc est muneris dei per spiritum sanctum: quod in lege quæ duabus lapideis tabulis conscripta est, solum inter cætera in vmbra figuræ positū est, in qua laudei sabbatum obseruant: vt hoc ipso significaretur tēpus tunc fuisse occultādę gratię, q̄ nouo testamēto fuerat p̄ Christi passionē, tanquā scisione veli, reuelanda. Cū enim transierit, inquit, ad Christum, auferetur velamē.

Exo. 20. Gen. 2. Exo. 31. Matt. 27. 2. Cor. 3.

DEVS autē spiritus est, vbi autē spiritus domini, ibi libertas. Hic aūt spiritus domini cuius dono iustificamur quo fit in nobis vt nō peccare delectet, vbi libertas est. Sicut præter hunc spiritū peccare delectat, vbi seruitus, a cuius operibus abstinēdū, id est spiritaliter sabbatizādū est. Hic spiritus sanctus per quē diffundit charitas in cordibus nostris quę plenitudo legis est, etiā digitus dei in eua gelio dicitur. Vnde quia & illę tabulę digito dei cōscripte sunt, & digitus dei est spiritus dei p quē sanctificamur vt ex fide viuētes per dilectionem bene operemur, quem nō moueat ista cōgruētia ibidēque eadē subsistentia: Dies, n. quinquaginta cōputantur a celebratione Paschæ, quę occasione figuratę ouis per Moysen fieri præcepta est, in significationem vtique futurę dominicę passionis, vsque ad diem quo Moyses legē accepit in tabulis digito dei conscriptis: similiter ab occisione & resurrectione illius, qui sicut ouis ad immolandum ductus est, quinquaginta diebus completis, congregatos in vnum fideles di gitus dei, hoc est spiritus sanctus impleuit.

Spiritus sanctus cur dictus sit digitus dei.

CAP. XVI.

Ioan. 4. 2. Cor. 4. Rom. 5. Luc. 11. Iesai. 53. Act. 2.

IN Hac mirabili congruentia illud certe plurimum distat, quo tibi populus accedere ad locum vbi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur: hic autem in eos super-

Cōparatio pceptorū decalogi, cū charitate data a spūsancto.

CAP. XVII.

Exo.20.
Act.2.
Exod.20.

Discrimen inter legem & Euangelium.

Matth.19.
Rom.13.

Rom.5.
Charitati nō est subiecta prudentia carnis.

Lex fidei quid.

2.Cor.3.

Iubet deus vt a nobis dficiētes ad illū cōfugiamus q iubet & dat qđ iubet, præcipit, & facit qđ præcipit in epist.95.105.& 106.& ī de grā & li.ar.5.& 17 i.2.T. ho.op.& infra in de pdest. sanctorū ca 3.& sup Euāg.Ioan. trac.29.i.T.9. Rom.4.

uenit spiritussanctus, qui eum promissum expectantes in vnum fuerant congregati. Ibi in tabulis lapideis digitus dei operatus est, hic in cordibus humanis. Ibi ergo lex extrinsecus posita est qua iniusti terrerentur, hic intrinsecus data est qua iustificarentur. Nam non adulterabis, nō homicidium facies, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, quod vtique in illis tabulis scriptum est, in hoc, inquit, sermone recapitulatū, in eo, quod diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malū non operatur. Plenitudo autem legis est charitas. Hæc non in tabulis conscripta lapideis, sed diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus, est nobis. Lex ergo dei est charitas. Huic prudentia carnis non est subiecta, neque enim potest: sed ad hanc prudentiam carnis terrendam cum in tabulis scribūtur opera charitatis, lex est operum, & litera occidens pręuaricatorem. Cum autem ipsa charitas diffunditur in corde credentium, lex est fidei, & spiritus viuificans dilectorem. Vide nunc quē admodum consonet ista discretio illis Apostolicis verbis quæ pauloante ob aliud commemorata & diligenter pertractanda distuleram. Manifestati, inquit, quoniam estis epistola Christi ministrata per nos, scripta non atramento, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Ecce quemadmodum ostendit quia illud extra hominē scribitur, vt eum intrinsecus iustificet. Carnales aurē tabulas cordis dixit non carnalis prudētię sed tanquā viuentis sensumq habētis in cōparatiōe lapidis qui sine sensu est. Et quod paulopost dicit, quod non poterant intendere filij Israel vsq; in finē vultus Moysi, & ideo eis per velum loquebatur, hoc significat, quia litera legis neminem iustificat, sed velamē positū est in lectione veteris Testamenti, donec ad Christū transeatur, & auferatur velamē, id est transeatur ad gratiā, vt intelligatur ab ipso nobis esse iustificationem, qua facta-mus quod iubet. Qui propterea iubet vt a nobis deficientes ad illū confugiamus, ideo vigilantissime cū discutiēmus Confidentiam talem habemus per Christum ad deum me nostris hoc viribus tribueretur continuo commendauit vndeagitur dicens. Non quod idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat.

Vetus lex mortē, noua iustitiā ministrat. CAP. XVIII.

PROINDE quia lex, sicut alibi dicit, prævaricationis gratia posita est, id est litera ista extra hominē scripta propterea eam & ministrationem mortis & minis-

tionem damnationis appellat. Hanc autem, id est nouum Testamentum, ministrationem spiritus & ministrationē iusticię dicit, quia per donum spiritus operamur iustitiam & a prævaricationis damnatione liberamur. Ideo illud euacuatur, hoc manet: quoniam terrenus pędagogus aufertur, cum timori successerit charitas. Vbi enim spiritus domini, ibi libertas. Hanc autem ministrationem nō ex meritis nostris, sed ex misericordia esse sic dicit, Propter quod habentes ministrationem hanc, sicut misericordiam consecuti non infirmemur sed abijciamus occulta confusionis, non ambulantes in astutia, neque dolo adulterantes verbum dei. Hanc astutiam & dolum hypocrisim vult intelligi, quia volunt iusti videri superbi. Vnde & in illo psalmo quem ad huius ipsius gratiæ testificationem commemorat idē Apostolus: Beatus, inquit, cui non imputauit dominus peccatum, neque est in ore eius dolus. Hæc est humilium sanctorum confessio, non se iactantium esse quod non sunt. Et paulo post, Non enim nosmetipsos, inquit, prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum, qa deus qui dixit de tenebris lumē clarescere, claruit in cordibus nostris ad illuminationem scientię glorię eius in faciem Christi Iesu. Hęc est scientia glorię eius qua sciamus ipsum esse lumen, quo tenebrę nostrę illuminantur. Et id ipsum attende quemadmodum inculcet. Habemus autem, inquit, thesaurum istum in vasis fictilibus, vt eminentia virtutis sit dei & non ex nobis. Et paulopost cū eandem gratiam vberius in domino Iesu Christo cōmendans, vsque ad illud veniret indumentum iustitiæ fidei, quo induti non nudi inueniamur, & propter hoc ingemiscimus mortalitate prægrauati, habitaculum nostrum quod de cœlo est superindui cupientes, vt obsorbeatur mortale a vita, vide quid adiungat: Qui autem operatus est nos, inquit, in hoc ipsum deus qui dedit nobis pignus spiritus: Et post pauca intulit, vt nos simus iustitia dei in ipso. Hęc est illa iustitia dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos ab eo facti.

NEMO ergo Christianorum aberret ab hac fide quæ sola Christiana est: neque quisquam cum verecundatus fuerit dicere, per nos ipsos fieri nos iustos non in nobis hoc operāte gratia dei, quia videt hoc a fidelibus & pijs credi non posse cum dicitur, ad hoc se conuertat vt dicat, ideo sine operatione gratiæ dei nos iustos esse non posse quia legem dedit, quia doctrinam instruit, quia bona præcepta mandauit. Illa enim sine adiuuante spiritu procul dubio est litera occidens: cum vera adest viuificans spiritus hoc ipsum intus conscriptum facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri. Inspice in hoc paulum & in eo

2.Cor.4.

Roma.4.
Psal.131.
Confessio sanctorum.

2.Cor.4.

2.Cor.5.

cōmemoratio testamēti noui ex prophetis.

CAP. XIX.

Lex sine adiumē te spū est lra occidēs. infra in de corr.& grā.1.&

supra.ca.13. vb plurima anottaui mus:

in eo testimonio quod per Pophetam de hac re præclarissime dictum est: Ecce dies venient dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorū vt educerem eos de terra Ægypti: quia ipsi non perseuerauerunt in testamento meo & ego neglexi eos dicit dominus: quia hoc testamentum est quod ordinabo domui Israel, Post illos dies, dicit dominus, dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorum scribam eas, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non docebit vnusquisq; ciuem suum & vnusquisque fratrem suum dicens, cognosce dominum: quia omnes cognoscent me a minore vsque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitati eorum, & peccata eorum non memorabor vltra. Quid ad hęc dicemus? Nempe in veteribus libris aut nusquam aut difficile præter hunc Propheticum locum legitur facta commemoratio testamenti noui, vt omnino ipso nomine appellaretur: Nam multis locis hoc significatur & prænunciatur futurum, sed non ita vt etiā nomen legatur expressum. Considera igitur diligenter quam differentiam inter duo testamenta, id est vetus & nouū deus esse testatus sit, cū dixisset, Nō secundū testamētū qđ feci patribus eorū in die qua apprehēdi manum eorum vt educerem eos de terra Ægypti. Vide quid adiunxit, Quia ipsi non perseuerauerunt in testamēto meo. Vitio eorum deputat quod in testamento dei non permanserunt, ne lex quam tunc acceperunt culpanda videatur. Ipsa est enim quam non venit Christus soluere sed implere, Non tamen per eandem legem iustificatis impijs, sed per gratiā: i hoc quippe agit viuificās spiritus sine quo litera occidit. Si enim data esset lex quę posset viuificare omnino ex lege esset iustitia: sed conclusit scriptura omnia sub peccato. vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Ex hac promissione, hoc est ex dei beneficio ipsa lex impletur, sine qua promissiõe prauaricatores facit: vel vsque ad effectum mali operis, si etiam repagula timoris concupiscentię flamma transcenderit, vel certe in sola voluntate, si timor pœnę suauitatem libidinis vicerit. Quod enim ait, Conclusit scriptura omnia sub peccato vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus: ipsius cõclusionis vtilitas dicta est. Nam conclusit ad quos vsus, nisi quemadmodum alibi dicitur, Priusquam autem veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidē quę postea reuelata est, Ergo data est, vt gratia quereretur, Gratia data est, vt lex impleretur. Neque enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentiæ carnis, Quod vitium per legem demonstrandum

Matth.5.

Gal.3.

Lex.
Gratia.
Lex data est vt gra quereret gra data vt lex im-

Discrimen inter testamētū nouū, & vetus.

monstrandum, per gratiam sanandum fuit: Quod enim impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnē misit deus filium suum in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Vnde & in isto Prophetico testimonio, Consummabo, inquit super domum Israel & super domum Iuda testamentū nouum: quid est consummabo nisi implebo, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti.

ERGO illud vetus erat, quia hoc nouum est. Vnde igitur illud vetus, hoc nouum, cum lex eadē impleatur per testamentum nouum: quæ dixit in veteri, Non concupisces? Quia ipsi, inquit, non perseuerauerunt in testamēto meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Ergo propter veteris hominis noxam quæ per literam iubentē & minantem minime sanabatur, dicitur illud testamentum vetus: hoc autem nouum, propter nouitatem spiritus, quæ hominem nouum sanat a vitio vetustatis. Denique attende quod sequitur, & vide quanta luce fiat perspicuum, sibi fidentes nolunt homines intueri, quia hoc testamentum, inquit, quod ordinabo domui Israel, Post dies illos dicit dominus dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorum scribam eas. Ecce est, vnde Apostolus ait, qđ supra commemorauimus. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, quia non atramento, sed spiritu dei viui. Nec ob aliud arbitror in eo loco Apostolum voluisse cõmemorare testamentum nouum: quippe ait, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literę, sed spiritus: nisi quia istam intuebatur prophetiam cum diceret Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus quoniam hic dictum est, In cordibus eorum scribam eas: Vbi nominatim promissum est testamentum nouum.

QVID sunt ergo leges dei ab ipso deo scriptę in cordibus, nisi ipsa præsentia spiritus sancti, qui est digitus dei, quo præsente diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ plenitudo legis est, & præcepti finis. Nam quia veteris testamenti promissa terrena sunt, licet exceptis sacramentis, quæ vmbra erant futurorum, sicut est circūcisio, & sabbatum, & alię dierum obseruationes, & quantundam escarum cæremoniæ, & multiplex sacrificiorum sacrorumq; ritus quæ vetustati carnalis legis iugoq; seruili congruebant, talia contineant præcepta iustitiæ qua ista nunc quoque obseruare præcipimur, quæ maxime duabus illis tabulis sine figura adumbratæ significationis expressa sunt, sicut est, Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces, & si quod aliud est mandatum

plerę, idē infra c.26.&.30. & ī epi.5. epōs ad innocētiū papā, & in rescripto eiusdē innocē

Hier.31 tij ad p̄ fatos epiſcopo.5.i.1.T. cōcil. & in.2.T. horum opuscul.

Lex vetus.
Lex noua.

CAP. XX.

Exod.20.

Hier.31.

Lex scripta in cordibus.

CAP. XXI.

Roma.5.
1.Tim.1.

2.Retrac.ca.37

Exod.20.

Roma.13. Supra cap.14. datum quod in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum sicut teipsum: tamen quia in eo, sicut dixi, promissa terrena & temporalia recitantur, quę bona sunt huius corruptibilis carnis, quanuis eis sempiterna atq; cœlestia ad nouum scilicet testamentum pertinentia figurarentur, nunc ipsius bonum cordis promittitur, mentis bonum, spiritus bonum, hoc est, intelligibile bonum, ea dicitur. Dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum scribam eas. Vnde significauit eos non forinsecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsecus habitantem ipsam legis iustitiam dilecturos.

Hier.31.

Vita eterna. CAP. XXII.

DEINDE addidit & mercedem. Et ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populũ. Hoc est illud quod de deo ait ille, Mihi autem adhærere deo bonum est. Ero inquit, illis in deum, & ipsi erunt mihi populus: Quid hoc bono melius, quid hac felicitate felicius, viuere deo apud quē est fons vitæ, & in cuius lumine videbimus lumen. De hac vita dicit ipse dominus, Hæc est autem vita æterna vt cognoscant te vnum verum deum, & quem misisti Iesum Christum, id est, te & quem misisti Iesum Christũ cognoscant vnum verum deum. Hoc enim & ipse promittit dilectoribus suis dicens: Qui diligit me mandata mea custodit, & q diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum & ostendam meipsum illi: Vtique in forma dei in qua æqualis est patri, non in forma serui in qua se & impijs ostendebat. Tunc enim fiet quod scriptũ est, Tollatur impius vt non videat gloriam domini. Quando ibunt sinistri in ignem æternum, iusti autem in vitã æternam. Quæ vita æterna sicut commemorauí definita est esse, vt cognoscant vnum verum deum. Hinc dicit & Ioannes, Dilectissimi filij dei sumus & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Hęc similitudo nunc incipit reformari, quandiu homo interior renouatur de die in diē secundũ imaginē eius qui creauit eũ.

Ioan.17. Sup. euang. Ioã. trac. 105. & 106. in Tom. 9. Ioan.14. Phil.2. Esa.26. Matth.25. 1.Ioan.3. 2.Cor.4. Col.3.

Hier.31. Psal.72.

Cõparatio vitæ pñtis ad futurã. CAP. XXIII. 1.Cor.13.

SED ad illius eminentiæ perfectionem quæ tunc futura est, quid hoc, aut quantum est? Si quidem Apostolus ad illa ineffabilia qualemcunque adhibens de notis rebus exemplum, paruulam ætatem virili comparauit ætati. Cum essem, inquit, paruulus quasi paruulus loquebar, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus cogitabã: cum autem factus sum vir, deposui ea quæ paruuli erãt.

4. De trini. cap. vltimo in To. 3. Et non docebit vnusquisq; ciuē suũ & frem suũ.

Cur autem hoc dixerit, consequenter ostendens, Videmus, inquit, nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.

CAP. XXIIII.

PROINDE etiam per hunc Prophetam cuius testimonium pertractamus, hoc additur, Vt in eo merces, in eo finis, in eo perfectio felicitatis, in eo beate æterneq; vitę summa consistat. Cum enim dixisset, Et ero illis in deum, & ipsi erunt mihi populus, continuo addidit: Et non docebit vnusquisque ciuem suum & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce dominũ, quia omnes cognoscent me a minore vsque ad maiorem eorum. Nunc certe iam tempus est testamenti noui, cuius per Prophetam facta est promissio per hęc verba quę ex illa prophetia commemorauimus. Cur ergo adhuc dicit vnusquisq; ciui suo & fratri suo, cognosce dominum? An forte non dicitur cum Euangelium prędicetur, & eius ipsa sit prędicatio vt hoc vbique dicatur? Nam vnde se Apostolus gẽtium dicit esse doctorem, nisi quia hoc fit quod ipse ait, Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Cum ergo nunc ista prædicatio vsquequaque crebrescat, quomodo tempus est Testamenti noui, de quo Propheta dixit: Et non docebit vnusquisque ciuem suum, & vnusquisque fratrem suum dicens, cognosce dominum: quia omnes cognoscent me a minore vsque ad maiorem eorum, nisi quia eiusdẽ testamenti noui eternam mercedem, id est, ipsius dei beatissimam contemplationẽ promittendo coniunxit? Quid ergo est, Omnes a minore vsque ad maiorem eorum: nisi omnes pertinentes spiritaliter ad domum Israel, & ad domum Iuda, hoc est ad filios Isaac & ad semen Abrahæ? Ipsa est enim promissio, qua ei dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen. Non enim qui filij carnis hi filij dei, sed filij promissionis deputantur in semine. Promissionis autem verbum hoc est, Ad hoc tempus veniam, & erit Sarę filius. Non solum autem sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri: De nondum enim natis, nec qui aliquid operati fuerant boni aut mali, vt secundum electionem propositum dei maneret, nõ ex operibus sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori. Hęc est domus Israel vel domus Iuda, propter Christum, qui venit ex tribu Iuda. Domus filiorum promissionis hæc est, non operũ proprium, sed beneficij dei. Hoc enim deus promittit quod ipse facit: non enim ipse promittit & alius facit, qđ iã nõ est ꝓmittere sed ꝑdicere ideo nõ ex opibus sed ex vocãte, ne ipsorũ sit nõ dei, Ne merces nõ imputet secundũ gratiã, sed secũdũ debitũ atq; ita gratia iã nõ sit gra, cuius vehemẽs defensor est atque assertor minimus Apostolorum, qui plus omnibus illis laborauit, non ipse autem sed gratia dei cum illo. Omnes enim, inquit, agnoscent me: Omnes domus Israel & domus Iuda. Neque enim omnes qui ex Israel hi sunt Israel, sed omnes quibus dicitur in Psalmo pro susceptio-

Roma.10. Hier.31. Gene.18. Filij ꝓmissionis nõ ex ꝓprijs operib. sz ex bñficio dei cõstituũtur, & ipse deus ꝓmittit hæc bñficia, 1.Cor.15. et illa facit sup. c.13.14 & 15. & 1 exp. nionũ epist. pauli ad Ro. in To. 4.

ne

& in.2. To. horum opuscul.

ne matutina, hoc est pro luce noua, testamenti scilicet noui, Vniuersum semen Iacob magnificate eum: timeat eũ omne semen Israel. Vniuersum omnino semen prorsus omne semen promissorum atque vocatorum, sed eorum qui secundum propositum vocati sunt, Quos enim prædestinauit, illos & vocauit: quos autem vocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Ideoque ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei tantum quod ex lege est, id est, quod ex vetere testamento venit ad nouum, sed & ei quod ex fide est non sibi promissa lege, ex fide autem Abraham, id est imitatores fidei Abraham, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est, quia patrem multarum gentium posui te. Omnes ergo hi prædestinati, vocati, iustificati, glorificati cognoscent deum gratia testamenti noui, a minore, vsque ad maiorem eorum. Sicut ergo lex factorum scripta in tabulis lapideis, merces quę eius terra illa promissionis, quam carnalis domus Israel cũ ex Ægypto liberata esset, accepit, pertinet ad testamentum vetus: ita & lex fidei scripta in cordibus, mercesq; eius species contẽplationis, quam spiritalis domus Israel ab hoc mundo liberata percipiet, pertinet ad testamentũ nouum. Tunc fiet quod dicit Apostolus, Siue prophetię euacuabuntur, siue lingue cessabunt, siue scientia euacuabitur, illa scilicet paruulorum scientia in qua hic viuitur, quæ ex parte per speculum in ænigmate videtur: propter hanc enim necessaria est prophetia, cum adhuc præteritis futura succedunt: propter hanc linguæ, id est multiplicitas significationum cum ex alio atque alio aliud atque aliud admonetur, qui nondum ęternam fidei perspicue veritatis mente purgatissima contemplatur. Cum autem venerit quod perfectum est, & totũ hoc quod ex parte est fuerit euacuatum: tunc quod assumpta carne carni apparuit, ostendet seipsum dilectoribus suis: Tunc erit vita ęterna, vt cognoscamus vnum verum deũ, tunc similes ei erimus, quoniam tunc cognoscemus sicut & cogniti sumus. Tunc non docebit vnusquisque ciuẽ suũ, aut fratrem suum dicens, cognosce dominum. Omnes enim cognoscẽt eum a minore vsque ad maiorem eorũ. Quod multis modis intelligi potest. Siue quia & illic quisque sanctorum tanquam stella ab stella differt in gloria. Nec ad rem quicquam interest vtrum a minore vsque ad maiorem, sicut dictum est, an si a maiore vsque ad minorem diceretur: quod similiter nihil interest, etiam si minores intellexerimus. qui tantummodo credere, maiores autẽ qui etiam intelligere quantum in hac vita fieri potest. Siue men incorporeum atque incommutabile valuerunt. Siue minores, tempore posteriores: maiores autem, tempore priores

Psal.21. Roma.8,

Gen.17. Roma.4.

In veteri & nouo testõ merces diuersa Idẽ sup euãg. Ioã.tract. 20.in To.9. 1.Cor.13.

Ioan.17. 1.Cor.13. Hier.13.

1.Cor.15.

priores intelligi voluit. Simul enim promissam dei contemplationem accepturi sunt omnes, quia & illi pro nobis meliora prouiderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur. Et ideo velut minores, reperiuntur priores, quia minus dilati sunt, sicut in illo euangelico denario per similitudinem dicitur, quem prius accipiunt qui posteriores venerunt ad vineam. Siue quolibet alio modo, qui me in presentia forsitan fugit, minores maioresque accipiendi sunt.

Mat.20.

Matth.20.

ILLVD tamen quantum potes diligenter attende, quod tanto molimine conor ostendere. Cum testamentũ nouum Propheta promitteret, non secundum testamentum quod prius factum est populo Israel ex Ægypto liberato, nihil eum de sacrificiorum, vel quorumcunque sacramentorum commutatione dixisse, quanuis & ipsa sine dubio fuerat secutura, sicut secutam videmus, quod multis aliis locis eadem prophetica scriptura testatur: sed tantummodo istam commendasse distantiam, quod leges suas daturus esset deus in mentem eorum qui pertinerẽt ad hoc testamẽtum, & eorũ scripturas in cordibus, vnde Apostolus sumpsit non atramento, sed in spiritu dei vi-2.Cor.3. uit, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: sempiternamque mercedem iustificationis huius, Psal.77. non terram de qua pulsi sunt Amorręi & Zethæi, & alię gentes quę ibi commemorantur, sed ipsum deum cui adhærere bonum est, vt bonum dei quod diligunt, deus sit ipse quem diligunt: Inter quẽ & homines nisi peccata Hiere.31: non separant, quæ non nisi per eandem gratiam dimittũtur. Vnde cum dixisset: Omnes enim cognoscent me a minore vsque ad maiorem eorum, mox addidit: Quia propitius ero iniquitati eorum, & peccata eorum non memorabor vltra. Per legem ergo factorum dicit dominus: Non concupisces: per legem fidei dicit dominus, Si-Exod.20. Ioan.15. ne me nihil potestis facere, Aiebat enim de bonis operibus, hoc est, de palmitum fructibus. Cum igitur hæc Supra.ca: 14.& 18.& sup euãg. appareat distantia veteris & noui Testamenti, quod Ioan.trac.20. in lex ibi in tabulis, hic in cordibus scribitur, vt quod ibi Tom.6. forinsecus terret, hic delectet intrinsecus, ibique fiat præuaricator per occidentem literam, hic dilector per vificantem spiritum: non ideo dicendum est, quod deus adiuuet nos ad operandam iustitiam atque operetur in Phil.2. nobis & velle & operari pro bona voluntate, quia Roma.5. præceptis iustitię forinsecus insonat sensibus nostris, is qatem in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. intrinsecus incrementum dat diffundendo charita-

Nouę legis vetęris discrimẽ. CAP. XXV. Hier.31.

VIDENDVM Est autem quomodo dicat Apostolus. Cum enim gentes quę legem non habent naturaliter

De gẽtibus ducenatura cognoscẽ

qui

tibus deū, ac de lege scripta ī cor dibus Christianorum.

CAP. XXVI.

que legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipse sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: ne videantur non esse certa distantia noui Testamenti, quod leges suas dominus ī cordibus populi sui se scripturum esse promisit, quandoquidem hoc gentes naturaliter habeant. Pertractanda igitur hæc quæstio, quę nō mediocris exorta est. Dicet enim aliquis, Si deus hinc discernit a vetere testamento nouum, quod in veteri legē suam scripsit in tabulis, in nouo autem scripsit in cordibus: fideles noui Testamenti vnde discernuntur a gentibus, quæ habent opus legis scriptū in cordibus suis, quo naturaliter quę legis sunt faciunt: quasi iam illo populo vetere potiores qui legem accepit in tabulis, & nouo populo priores, cui hoc præstatur per testamentum nouum quod his natura iam præstitit? An forte eas gentes commemorauit Apostolus, scriptam in cordibus habere legē quæ ad nouum pertinent testamentum? Ad hoc enim venerit intuendum est. Primo Euangelium commendans ait, Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudęo primū & Gręco: iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit. Deinde loquitur de illis impijs quibus propter superbiam nec cognitio dei profuit, quia non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Inde transit ad eos qui iudicant & agunt talia qualia condemnant, nimirum propter Iudæos qui de lege dei gloriabantur: quamuis adhuc eos nominatim non exprimat, & ideo dicit: Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudęi primum & Gręci: Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudęo primum & Græco: non est enim personarum acceptio apud deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legē iudicabuntur: Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. His verbis hoc vnde agitur subiungit & dicit, Cum gentes enim quæ legem dei non habent naturaliter quę legis sunt faciunt: & cętera quę iam supra commemoraui. Proinde non videtur alios hic significasse sub nomine gentium quam eos quos nomine Gręci supra significabat, cum diceret, Iudęo primum & Gręco. Porro si Euangelium virtus dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Gręco et ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primū & Græci, gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudęo primum & Græco: iste autem Gręcus nomine gentium significatus est naturaliter quæ legis sunt facientia & quę scriptum habent opus legis in cordibus suis: profecto

Roma. 2.

Roma. 1.
Abac. 2.

Roma. 2.

Per gētes, & grecos ergo tiles ītelligit Apostolus.

Roma. 1.

Rom. 1.

fecto ad Euangelium pertinent Gentes, quibus lex in cordibus scripta est. Eis quippe credentibus virtus dei est in salutem. Quibus autem gentibus bene operantibus gloriam & honorem pacemque promitteret, extra Euangelij gratiam constituris? Quia enim personarum acceptio non est apud deum, & non auditores legis, sed factores iustificantur, ideo siue Iudæus siue Græcus, hoc est quilibet ex gentibus crediderit, salutem in Euangelio pariter habebit. Non enim est distinctio, sicut postea dicit: Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Vnde autem factorem legis Græcum iustificari diceret, sine gratia saluatoris? Neque enim contra seipsum diceret, quod ait, factores legis iustificabuntur: tanquam per opera, non per gratiam iustificē rur: cum dicat gratis iustificari, hominem per fidem sine operibus legis, nihilque aliud velit intelligi in eo quod dicit, gratis, nisi quia iustificationem opera non præcedunt, Aperte quippe alibi dicit: Si gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Sed sic intelligē dum est, factores legis iustificabuntur, vt sciamus aliter eos non esse factores legis nisi iustificentur: vt non iustificatio factoribus accedat, sed factores legis iustificatio prędicat. Quid est enim aliud, iustificati, quam iusti facti, ab illo, q̄ iustificat impium, vt ex impio fiat iustus? Si. n. ita loqueremur, vt diceremus, homines liberabūtur, hoc vtique intelligeretur, eis qui iam homines essent accedere liberationem. Si autem diceremus, homines creabuntur, non vtique intelligeretur eos creari qui iam homines erant, sed ipsa creatione homines fieri. Ita si dictum esset, factores legis honorabuntur: non recte acciperemus nisi honorem illis qui iam essent factores legis accedere. Cum vero dictum est, factores legis iustificabuntur, quid aliud dictum est quam iusti iustificabuntur, factores enim legis vtique iusti sunt, Ac per hoc tantundem est ac si diceretur, factores legis creabuntur, non quia erant, sed vt sint: vt sic intelligerent etiam Iudęi legis auditores, indigere se gratia iusti iustificatoris, vt possint esse factores. Aut certe ita dictum est, iustificabūtur, ac si diceretur, iusti habebūtur, iusti deputabūtur, Sicut dictum est de quodam: Ille autem volens se iustificare, id est, vt iustus haberetur & deputaretur. Vnde aliter dicimus, Deus sanctificat sanctos suos: aliter autem, Sanctificetur nomen tuum. Nō illud ideo, quia ipse illos facit esse sanctos qui nō erāt sancti: Hoc autem ideo, vt quod semper apud se sanctum est, sanctum etiam ab hominibus habeatur, id est sancte timeatur. Sic ergo gentes commemorans naturaliter quæ legis sunt facientes, & scriptum habentes opus legis in cordibus, illos intelligi voluit qui credunt in Christum:

Roma. 3.

Opa nō p̄cedūt iustificationē, sz sequunt, vt habeā ī p̄f.

Ro. 11. Psal. 31.

ī To. 8. & in 1. To. ho. op. & in Epist. 95. i. 2. T. & i 1. T. ho. op. & in de fide & opibus. 16. & 17. in To. 4. & i 1. To. ho. op.

Similitudo.

Luc. 10.

Sanctificatur nomen dei.

Rom. 2.

quia non sicut Iudęi præmissa sibi lege veniunt ad fidem: non est cur eos conemur discernere ab ijs, quibus per Prophetam dominus promittens testamentum nouum, dixit leges suas se scripturum in cordibus eorum, quia & ipsi per insertionem quam oleastro præstitam dicit, ad eandem oleam, hoc est, ad eundem dei populum pertinere: potiusque concordat prophetico etiam hoc Apostolicũ testimonium: vt hoc sit pertinere ad testamentum nouũ, legem dei habere non in tabulis sed in cordibus scriptã: hoc est, in intimo affectu iustitiam legis amplecti, vbi fides per dilectionem operatur, quia ex fide iustificat gentes deus. Quod scriptura præuidens, prænunciauit Abrahæ dicens: In semine tuo benedicentur omnes gentes: vt per hanc promissionis gratiam oliuę insererentur oleaster & fierent fideles gentes filij Abrahæ in semine Abrahæ, quod est Christus, sectantes eius fidem qui non acceptã in tabulis lege, nondumque habens ipsam circuncisionẽ credidit deo & deputatum est illi ad iustitiam. Ac sic tale erit hoc quod de eiusmodi gentibus dixit Apostolus, quod opus legis scriptum habeant in cordibus suis: quale est illud ad Corinthios, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Ita enim fiunt de domo Israel cum præputium eorum in circuncisionem deputatur, eo quod iustitiam legis non præcisione carnis ostendunt, sed cordis charitate custodiunt: quoniam si præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium eius, inquit, in circuncisionem deputabitur? Et propterea in domo Israel in quo dolus non est, participes sunt Testamenti noui, quia dat deus leges in mentem ipsorum, & in cordibus eorum scribit eas digito suo, spiritu sancto, quo ibi diffunditur charitas quæ legis est plenitudo.

Hiere.31.
2.Cor.3.
Rom.11.
Gal.5.
Gene.22.
Rom.4.
Roma.2.
2.Cor.3.
Rom.2.
Ioan.3.
Hier.31.
2.Cor.3.
Rom.5.

Cẽtes natura duce bñ facientes. CAP. XXVII.

NEC Moueat, quod naturaliter eos dixit quæ legis sunt facere, non spiritu dei, non fide, nõ gratia. Hoc enim agit spiritus gratiæ, vt imaginem dei in qua naturaliter facti sumus, instauret in nobis. Vitium quippe contra naturam est, quod vtique sanat gratia. Propter quam dicitur, Miserere mei, sana animam meam quoniam peccaui tibi. Proinde naturaliter homines quæ legis sunt faciunt, Qui enim hoc non faciunt, vitiose faciũt. Quo vitio lex dei est deleta de cordibus. Ac per hoc vitio sanato, cum illic scribitur, fiunt quæ legis sunt naturaliter: quod per naturam negata si gratia, sed potius per gratiã reparata natura. Per vnum quippe hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: hoc ideo quia non est distinctio, egẽt gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Qua gratia interiore homine renouato iustitia scribitur, quam culpa deleuerat: & hæc misericordia

Psal.40.
Rom.2.
Nã nõ negat gratiã, sed gr̃a reparat naturã idẽ i Epist.95 Ro.5. in.2.To. horũ opuscu. Rom.3.

fericordia super genus humanum per Christum Iesum dominum nostrum. Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Si autem hi qui naturaliter quæ legis sunt faciunt, nondũ sunt habendi in numero eorum quos Christi iustificat gratia: sed in eorum potius quorum etiam impiorum, & nec deum verum veraciter iusteque colentiũ, quædam tamen facta vel legimus, vel nouimus, vel audimus, quæ secundum iustitiæ regulam non solum vituperare non possumus, verum etiam merito recteque laudamus: quanquam si discutiatur quo fine fiant, vix inueniuntur, quæ iustitiæ debitam laudem defensionemue mereantur.

1.Tim.2.
Roma.2.

Bona opa gẽtilium & si videantur recte facta, nõ tamen sunt laudanda, sed vituperãda si finis discutiat idẽ in epist. 105 & 106. in. 2. To. ho. op. & supra in lib. 3 cõtra duas pelagia. Epist. cap. 5. & super Euãg. Ioan. trac. 25. & 45. in To. 3.

Roma.2.

Imago dei nõ oĩno delata in gẽtibus. CAP. XXVIII.

VERVNTAMEN Quia non vsque adeo in anima humana imago dei terrenorũ affectuũ labe detrita est, vt nulla in ea velut liniamẽta extrema remãserint, vnde merito dici possit etiã in ipsa impietate vitę facere aliqua legis vel sapere: si hoc est quod dictum est, quia gentes quę legem non habent, hoc ea est, legem dei, naturaliter quæ legis sunt faciunt, & quia huiusmodi homines ipsi sibi sunt lex, & scriptum opus legis habent in cordibus suis, id est, non omnimodo deletum est quod ibi per imaginem dei essent creatum impressum est: etiam sic illa differentia non perturbabit ur qua distat a vetere testamentum nouum, eo quod per nouum scribitur lex dei in corde fidelium, quæ per vetus in tabulis scripta est: hoc enim illic scribitur, per renouationem, quod non omnimodo deletum est per vetustatem. Nam sicut ipsa imago dei renouatur in mente credentium per testamentum nouum, quam non penitus impietas aboleuerat: nam remanserat vtique id quod anima hominis nisi rationalis esse non potest: ita etiam ibi lex dei non ex omni parte deleta per iniustitiam, profecto scribitur renouata per gratiam. Nec istam inscriptionem, quæ iustificatio est, poterat efficere in Iudæis lex in tabulis scripta, sed solum prævaricationem. Nam & ipsi homines erant, & vis illa naturæ inerat eis, qua legitimum aliquid anima rationalis & sentit & facit: sed pietas quæ in aliam vitam transfert beatam & æternam, legem habet immaculatam, conuertentem animas vt ex illo lumine renouentur, fiatque in eis. Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine: Vade & auersi abscedere meruerunt, renouari autem

Impietas nõ penitus aboleuit imaginẽ dei, sed id remãsit q̃ aĩa hoĩs rõnalis dr̃, idẽ i lib. 3. Hypognosticõ in T. 7. & sup. in isto. 3. To. op. & hoc pacto cui in est rõ, ei inest et libertũ arbitriũ, vt damnatus lib. 3. c. 14. et bœtius, libro. 5. de cõsolatione philosophiæ, inquiũt q̃ oĩa de lib. ar. iudiciario intelligẽda sunt, sed nõ de lib. ar. gratuito, nã tale nõ sequit nãliter rationẽ, sed donũ ẽ di, q̃ in nobis sine nobis Psal. 4. operãr velle, vt in de gr̃a & lib. ar. ad Val. 17. patefactũ

est,in 2.To.ho. opuſ.& cõfirma ta fuerũt oĩa hęc ab innocẽtio pa pa Epiſto.25.& 26.& a patribus Arauſicãi cõcilij a can.10.uſq; ad can.25.inclu ſiuæ.

1.Ti.2

Peccata venialia ſine q̃bus hęc vi ta nõ ducit non impediũt ad vi tam ęternam.

tem niſi gratia Chriſtiana, hoc eſt niſi mediatoris inter ceſſione non poſſunt Vnus enim deus unus & mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum redemptionẽ pro omnibus. A cuius gratia ſi alieni ſunt illi de quibus agimus, qui ſecundum ilIum modum,de quo ſuperius ſatis diximus, naturaliter quæ legis ſunt faciunt,quid eis proderunt excuſantes cogitationes in die qua iudicabit deus occulta hominum,niſi forte vt mitius puniantur:Sicut enim non impediunt a vita æterna iuſtum quædam peccata venialia,ſine quibus hęc vita non ducitur:ſic ad ſalutem æternam nihil proſunt impio aliqua bona opera,ſine quibus difficillime vita cuiuslibet peſtimi hominis inuenitur. Verũ tamen ſicut in regno dei velut ſtella ab ſtella in gloria differunt ſancti,ſic & in damnatione pœnę ſempiternæ, tolerabilius erit Sodomę quam alteri ciuitati, & erũt quidam duplo amplius quibuſdam gehennę filij,Ita nec illud in iudicio dei vacabit,quod in ipſa impietate damnabili magis alius alio minusue peccauerit Quid ergo hinc

Roma.3.

Apoſtolus efficere voluit,quod iactantiam cohibens Iudæorum,cum dixiſſet,Nõ auditores legis iuſti ſunt apud deum,ſed factores legis iuſtificabũtur:continuo ſubiecit

Ro.12.2.

de his qui legem non habentes, naturaliter quę legis ſunt faciunt,ſi non illi ſunt intelligendi,qui pertinent ad gratiam mediatoris,ſed illi potius,qui cum deum verum vera pietate non colant,habent tamen quædam opera bona in vita impia? An forte hoc ipſo probadũ credit,quod ſupra dixerat:Quia non eſt perſonarum acceptio apud

Roma.3.

deum,& quod poſtea dixit,Quia non iudęorum deus eſt tantum,ſed etiam gentium:Quod quantulacunque legis opera naturaliter inſita non inuenirentur in eis,qui legem non acceperunt,niſi ex reliquijs imaginis dei;quę non contemnit,cum in eum credunt,apud quem non eſt acceptio perſonarum. Sed quodlibet horum accipiatur,cõſtat gratiam dei promiſſam eſſe teſtamento nouo etiam per

Hier.31. 2.Cor.3.

Prophetam.Eandemque gratiã in eo defuiſſe,vt ſcribẽ tur leges dei in cordibus hominum,peruenianꝫque ad eã cognitionem dei, vbi nõ docebit vnuſquiſque ciuẽ ſuum

Hiere.31.

vel fratrem ſuum,dicens,Cognoſce deum,quia omnes cognoſcent eum a minore vſque ad maiorem eorum: Hoc

Roma.5. 1.Tim.1.

donum ſpiritusſancti eſt, quod diffunditur, charitas in cordibus noſtris. Charitas non quælibet,ſed charitas dei de corde puro & conſcientia bona,& fide non ficta,ex qua iuſtus in hac peregrinatione viuens, ad ſpeciem quoque per ducitur poſt ſpeculum & ænigmata,&

Abac.2. Roma.1. 1.Cor.13.

quicquid erat ex patre, vt facie ad faciem cognoſcat, ſicut & cognitus eſt. Vnam enim petijt a domino, &

Pſal.26.

hanc requirit, vt inhabitet in domo domini per omnes

dies vitæ ſuæ, ad hoc vt contempletur delectationem domini.

Oẽ bonũ a deo CAP. xxix.

NEMO itaque glorietur ex eo quod videtur habere, tanquam non acceperit: aut ideo ſe putet accepiſſe,quia litera extrinſecus vel vt legeretur apparuit,vel vt audiretur inſonuit. Nam ſi per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.Porro autem ſi non gratis mortuus eſt,aſcendit in altum,captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus.Inde habet, quicunque habet. Quiſquis autem inde ſe habere negat,aut non habet,aut id quod habet auferetur ab eo. Vnus enim deus qui iuſtificat circunciſionem ex fide,& præputium per fidem: quod non ad aliquam differentiam dictum eſt, tanquam aliud ſit ex fide,aliud per fidem,ſed ad varietatem locutionis. Alio quippe loco cum de gentibus diceret,hoc eſt de præputio,Et præuidens,inquit,ſcriptura,quia ex fide iuſtificat gentes deus,Itemque cum de circunciſione loqueretur vnde erat ipſe:Nos,inquit,natura Iudæi,& nõ ex gentibus peccatores,ſcientes quia non iuſtificatur homo ex operibus legis,niſi per fidem Ieſu Chriſti,& nos in Chriſto Ieſu credimus. Ecce & præputium dixit iuſtificari ex fide,& circunciſionem per fidem,ſi tamen circũciſio iuſtitiam fidei teneat. Sic enim gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam,apprehenderunt iuſtitiã. Iuſtitiam autem quæ ex fide eſt,imperrando eam ex deo,non ex ſemetipſis præſumendo. Iſrael vero perſequens legem iuſtitiæ,in legem iuſtitię non peruenit. Quare?quia non ex fide,ſed tanquam ex operibus:id eſt tanquam eam per ſemetipſos operantes,non in ſe credentes operari deum. Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate,ac per hoc offenderunt in lapidem offenſionis:nam quid dixerit,quia non ex fide,ſed tanquam ex operibus:apertiſsime expoſuit,dicens,Ignorãtes enim dei iuſtitiam,& ſuam volentes conſtituere,iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti:Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Et adhuc dubitamus quæ ſint opera legis,quibus homo non iuſtificatur,ſi ea tanquam ſua crediderit ſine adiutorio & dono dei,quod eſt ex fide Ieſu Chriſti: & circunciſionem cæteraque talia ſuſpicamur,quia etiam de his ſacramentis aliſs in locis talia quædam leguntur:ſed hic vtique non circunciſionem tã quam ſuam iuſtitiam volebant conſtituere,quia & ipſam deus præcipiendo conſtituit. Nec de illis operibus hoc intelligi poteſt, de quibus dominus eis dicit, Reiicitis mandatum dei,vt traditiones veſtras ſtatuatis:Quia perſequens,inquit,legem iuſtitiæ,in legem iuſtitiæ non peruenit Iſrael. Non dixit, perſequens traditiones ſuas, ſed eſt conſectans. Hæc ergo ſola diſtantia eſt, quia ip-

Iuſtitia fidei.

Rom.9.

Iuſtitia legis.

Philip.2.

Rom.10.

Gen.17.

Mat.15. Roma.9.

Rom.10. sum. Non concupisces, & cætera mandata eius sancta & bona sibi tribuebant. Quæ vt possit homo facere, deus operatur in homine per fidem Iesu Christi, qui finis & ad iustitiam omni credenti: id est per spiritum incorporatus factusque membrum eius, potest quisque illo in crementum intrinsecus dante, operari iustitiam. De cuius operibus etiam ipse dixit, Quia sine me nihil potestis facere. Ideo quippe proponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam, viuet in illa, vt cum quisque infirmitatem suam cognouerit, non per suas vires, neque per literam ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidem concilians iustificatorem perueniat, & faciat, & viuat in eo. Opus enim quod qui fecerit, viuet in eo, non fit nisi a iustificato. Iustificatio autem ex fide impetratur, De qua scriptum est, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cælum? hoc est Christum deducere: aut quis descendit in abyssum? hoc est Christum a mortuis reducere. Sed quid dicit? Prope te est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est, inquit, verbum fidei quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo, quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo, quia deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris, Intantum iustus, inquantum saluus. Per hanc enim fidem credimus, quod etiam nos deus a mortuis excitet interim spiritu, vt in nouitate eius gratiæ temperanter & iuste & pie viuamus in hoc sæculo: post etiam carne nostra ad immortalitatem resurrectura, quod meritum spiritus est, qui eam in resurrectione sibi congruam, hoc est in iustificatione præcedit. Consepulti enim sumus Christo per baptismum in mortem, vt quemadmodum Christus resurrexerit a mortuis per gloriam patris, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Fide igitur Iesu Christi impetramus salutem, & quantum nobis inchoatur in re, & quantum perficienda expectatur in spe. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quam multa multitudo, ait Psalmista, dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti autem sperantibus in te. Ex lege autem timemus deum, ex fide speramus in deum: sed timentibus pœnam absconditur gratia. Sub quo timore anima laborans quando concupiscentiam malã nõ vicerit, nec timor ille quasi custos seuerus abscesserit, per fidẽ cõfugiat ad misericordiã dei: vt det quã iubet, atq; inspirata gratiæ suauitate per spiritum sanctũ faciat plus delectare quod præcepit, quam delectat quod impedit. Ita multa multitudo dulcedinis eius, hoc est lex & dei, charitas eius conscripta in cordibus, atque diffusa, perficitur sperantibus in eum, vt anima sanata non timore pœnæ, sed amore iustitiæ operetur bonum.

Rom.10. Per spũm ĩcorporamur Xpo & eius mẽbra efficimur, ac iustitiã opamur. Hoc est opa iustitiæ, ad illã sequẽtes fidei iustitiã, q̃ pcedere nequeunt, vt in Epist. 95.105. 106.11. 2.& sup pf.31. To.8.& in.1 T. ho.op.& in Hypognost.lib.3.& 4.& sup.ca. 16. Luc.9. Ro10. Deut.30. Rom.6. Ioel.2. Psal.30. Ex lege timeamus deũ, ex fide spemus ĩ deũ idẽ in pref.pf.31 in.1.To.ho.op. & supra,ca.14. Rom.5.

CAP. XXX.

Liberũ arbitriũ,

LIBERVM ergo arbitrium euacuamus per gratiam? Absit,

Absit, sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam nõ euacuatur, sed statuitur. Neque enim lex impletur nisi libero arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidẽ impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiã sanatio animæ a uitio peccati, per animæ sanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium iustitiæ dilectio, per iustitiæ dilectionẽ legis operatio. Ac per hoc sicut lex non euacuatur, sed statuitur per fidẽ, quia fides impetrat grattam qua lex impleatur: ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiã, sed statuitur, quia gratia sanat voluntatem qua iustitia libere diligitur: Omnia hęc quę velut catenatim cõnexui, habẽt voces suas in scripturis. Lex dicit, Non cõcupisces: Fides dicit, Sana animam meam, quoniam peccaui tibi. Gratia dicit, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat. Sanitas dicit, Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Liberum arbitrium dicit, Volũtarie sacrificabo tibi. Dilectio iustitiæ dicit, Narrauerunt mihi iniusti delectationes suas, sed non sicut lex tua domine. Vt quid ergo miseri homines aut de libero arbitrio audent superbire antequam liberentur, aut de suis viribus, si iã liberati sunt? Nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrij vtique libertatem sonare. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Si autem liberati sunt, quid se iactant velut de opere proprio, & gloriantur quasi non acceperint? An ita sunt liberi, vt nec illum velint habere dominum, qui eis dicit, Sine me nihil potestis facere: Et si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis.

Liberũ arb. non euacuat p gram sed statuit, idẽ ab Aug. sup. Io. tra ta. 2. in T. 9 qđ lex impat fides impetrat idẽ ab Aug. in enchi. c. 117. in To. 3. & in Epist. 95. 105 & 106. in .2. T. horũ opuscu. Exod. 10. Psal. 40. Ioan. 9. Psal. 29. Psal. 50. Psal. 118. 2. Cor. 3. 2. Pet. 2. Ioan. 15. Ioan. 8.

Vnde proficiscatur fides?

CAP. XXXI.

QVAERET aliquis vtrum fides ipsa in qua salutis vel ad salutem connexionis huius, quam commemoraui, esse videtur exordium, in nostra constituta sit potestate. Quod facilius videbimus, si prius quid sit potestas aliquanto diligentius perspexerimus. Cum enim duo quædam sint velle & posse, vnde nec qui vult, continuo potest, nec qui potest continuo vult: quia sicut volumus aliquando quod non possumus, sic etiam possumus aliquando quod nolumus; satis euolutis ipsis etiam vocabulis resonat, quod ab eo quod est velle, voluntas: ab eo autem quod est posse, potestas nomen accepit. Quapropter sicut qui vult habet voluntatem, ita potestatem qui potest. Sed vt potestate aliquid fiat, voluntas aderit. Neque enim dici solet quispiam potestate feciſſe, si quid fecit inuitus: quanquam si subtilius aduertamus, etiam quod quisque inuitus facere cogitur, si facit, voluntate facit: sed qa malit aliud, ideo, inuitus, hoc est nolẽs facere dicitur. Malo quippe aliquo sa-

Velle, Posse.

Ab eo qđ ẽ vel le volũtas, & ab eo qđ est posse. põtas nomẽ accepit, & nõ sem p qđ volumus possumus, nec e cõtra in de cor-

rep.& gra 11.& 12.in To. 7.& isto 3,To,op.

cere compellitur, quod volens euitare vel a se remouere, facit quod cogitur: nam si tanta voluntas sit, vt malit hoc non facere quam illud non pati, cogenti proculdubio resistit, nec facit: ac per hoc si facit, non quidem plena & libera voluntate, sed tamen non facit nisi voluntate, quam voluntatem quia effectus consequitur, non possumus dicere potestatem defuisse facienti. Si enim cogenti cedens vellet facere, nec posset, ei voluntatem affuisse licet extortam, sed potestatem defuisse diceremus. Cum vero ideo non faciebat, quia nolebat, erat vtique potestas, sed voluntas deerat, quandiu cogenti reluctando non fecit, Hinc est quod etiam illi qui cogunt, vel qui sua dent, solent dicere, Quod habes in potestate, quare non facis vt hoc malo careas? Et qui omnino facere non possunt, quod ideo coguntur vt faciant, quia posse creduntur, solent excusando respondere & dicere, Facerem, si esset in potestate. Quid igitur vltra quærimus, quando quidem hanc dicimus potestatem, vbi voluntati adiacet facultas faciendi? Vnde hoc quisque in potestate habere dicitur: quod si vult, facit: si non vult, non facit. Attende iam illud quod excutiendum posuimus, vtrum fides in potestate sit? De hac enim fide nunc loquimur, quam adhibemus cum aliquid credimus: non quam damus cum aliquid pollicemur: nam & ipsa dicitur fides. Sed aliter dicimus, Non mihi habuit fidem: aliter autem, Non mihi seruauit fidem. Nam illud est, non credidit quod dixi: illud, non fecit quod dixit. Secundum hanc fidem quæ credimus fideles sumus deo: secundum illam vero qua fit quod promittitur, etiam deus ipse fidelis est nobis, Hoc enim dicit Apostolus, Fidelis deus, qui non vos permittit tentari super id quod potestis, De illa itaque fide quærimus, vtrum in potestate sit, qua credimus deo, vel credimus in deum. Hinc enim scriptum est, Credidit Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiam, Et credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. Vide nunc verum quisque credat si noluerit, aut non credat si voluerit. Quod si absurdum est: quid est enim credere nisi consentire verum esse quod dicitur? consensio autem vtique volentis est: profecto fides in potestate est. Sed sicut Apostolus dicit, Non est potestas nisi a deo. Quid igitur causę est cur non & de ista nobis dicatur, Quid enim habes quod non accepisti? Nā & hoc vt credamus, deus dedit. Nusquam autē legimus in sanctis scripturis, Non est voluntas nisi a deo. Et recte non scriptum est, quia verum non est: alioquin etiam peccatorum, quod absit, author est deus, si non est voluntas nisi ab illo: quoniam mala voluntas iam sola peccatum est, etiam si desit effectus: id est, si non habeat potestatem. Porro cum voluntas

Fides duplex.

1.Cor.10.

Credere ē cōsentire verū esse qđ dr̄ hoc ē ex deo idē & fusius ī de pd. sancto.ca.2. infra ī isto.3.T.op.& ī de gra & lib.ar. 17.i 2. To.ho. op.ma- ia volūtas non est a deo effectiue, sed bn̄ pmissiue, vt ingr Magister sē.in.1.distinct.47.ca.verum vt supra. Mala voluntas non ex deo.

Ge.15 Ro.4.

Ro.13. 1.Co.4

luntas mala potestatem accipit implere quod intenditur ex iudicio dei venit, apud quem non est iniquitas. Punit enim etiam isto modo, nec ideo iniuste quia occulte. Cæterum iniquus puniri se ignorat, nisi cum manifesto supplicio fenerie nolens, quantum mali sit quod perpetratur volens. Hoc est quod de quibusdam Apostolus ait, Tradidit illos deus in concupiscentias cordis illorum, vt faciant quæ non conueniunt. Hinc & dominus Pilato, Non haberes in me, inquit potestatem, nisi data esset tibi desuper. Sed cum potestas datur, non necessitas vtique imponitur. Vnde cum Dauid Saulis occidendi potestatē accepisset, maluit parcere quā ferire. Vnde intelligimus malos accipere potestatem ad damnationem malæ voluntatis suę, bonos autem ad probationem bonæ voluntatis suæ.

Roma.1.

Ioan.17.

1.Reg.18.&,22.

CVM Ergo fides in potestate sit: quoniam cum vult quisque credit: & cum credit, volens credit, Deinde quę danda est, imo recolendum est, quam fidem tanta confidentione commendet Apostolus, Non enim quodlibet credere bonum est: nam vnde est illud, Fratres nolite omni spiritui credere, sed probate spiritum qui ex deo est? Nec in laudibus charitatis quod dictum est, Omnia credit? sic accipiendum est, vt charitati cuiusquam derogandum sit, si non quod audierit, statim crediderit. Quid quod eadem charitas admonet, non facile de fatre mali aliquid esse credendum, Et cum tale aliquid dicitur, hoc ad se magis indicat pertinere ne credat. Postremo ipsa charitas quæ omnia credit, non omni spiritui credit: ac per hoc omnia quidem credit, sed deo: quia non dictū est, Omnibus credit. Nulli itaque dubium est eam fidem ab Apostolo commendari, qua creditur deo. Sed adhuc est aliquid ad discernendum: quoniam & illi qui sub lege sunt, & timore pœnæ iusti iam suam facere conantur, & ideo non faciūt dei iustitiam, quia charitas eam facit, qua non libet nisi quod licet: non timor qui cogitur in opere habere quod licet, cum aliud habeat in voluntate, qūa mallet, si fieri posset, licere quod non licet, Et illi ergo credunt deo: nā si omnino non crederent, nec pœnam legis vtique formidarent. Sed non hanc fidem commendat Apostolus, qui dicit, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater, Timor ergo ille seruilis est: & ideo quanuis in illo domino credatur, non tamen iustitia diligitur, sed damnatio timetur. Filij vero clamāt Abba pater, quarum duarum vocum vna est ex circumcisione, altera ex prœputio, Iudæi primum & Græci, quoniam vnus est deus, qui iustificat circumcisionem ex fide & prœputium per fidem. Cum autem clamant, aliquid pe-

Quę fides laudāda.

CAP. XXXII.

Nō semper bonā est credere.

1.Ioan.4.

1.Cor.13.

Roma.8.

Qui timore opā tur, aliud hn̄t in volūtate q̄ malerēt si fieri posset licere qđ n̄ licet. idē & fusius supra.cap.14.

Rom.8.

Universidad de Deusto Biblioteca

petunt: & quid petunt, nisi quod esuriunt & sitiunt? Et
Matth.5. hoc quid, nisi quod de illis dictum est, Beati qui esuriunt
& sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur? Huc ergo transeant qui sub lege sunt, vt ex seruis filij fiant: nec
Ioan.1. sic tamen, vt serui esse desinant, sed vt tanquam filij domino & patri liberaliter seruiant, quia & hoc acceperunt:
dedit enim potestatem ille vnicus filios dei fieri credentibus in nomine eius: eosque admonuit petere, quærere,
Matt.7. pulsare, vt accipiant & inueniant & aperiatur eis, addens
Roma.7. increpationem & dicens, Si vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester, qui
in cœlis est, dabit bona petentibus se? Cum ergo virtus
peccati lex inflammauerit aculeum mortis, vt occasione accepta peccatum per mandatum operetur omnem cõ
Sap.8. cupiscentiam, a quo petenda est continentia, nisi ab illo
qui nouit bona data dare filijs suis? An forte nescit insipiens quod nemo esse possit continens nisi deus det?
Iacobi.1. Hoc ergo vt sciat, ipsa indiget sapientia. Cur itaque non
Matth.7. audit patris sui spiritum dicentem per Apostolum Christi, vel ipsum Christum qui dicit in Euangelio suo, Pe-
te & accipietis, Loquentem etiam in Apostolo suo, & di-
Abac.2. centem, Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a deo
Roma.1. qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur illi: postulet autem in fide nihil hæsitans. Hæc est fides ex qua iustus viuit. Hæc est fides qua creditur in eũ
qui iustificat impium. Hęc est fides per quam excluditur gloriatio: siue vt abscedat qua in nobis inflamur: siue vt
emineat, qua in dominio gloriamur. Hæc est fides qua impetratur largitas spiritus, de quo dicitur, Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Vbi quidem quæri
adhuc potest, vtrum spem iustitię dixerit, qua sperat iustitia, an qua sperat ipsa iustitia: quoniam iustus ex fide viuens, sperat vtique vitam æternam. Itemque fides
Psal.102. esuriens sitiens que iustitiam, renouatione de die in diem interioris hominis, proficit in ea, & sperat in ea satiari,
Ephe.2. in vita æterna, vbi fiet id quod in Psalmo de deo dicitur, Qui satiat in bonis desiderium tuum. Hæc fides qua salui fiunt, quibus dicitur, Gratia salui facti estis per fidem:
& hoc non ex vobis, sed dei donum est, Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmẽ
Fides ꝑ dilectionem operatur. Gal.5. tum creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Postremo hęc est fides
que per dilectionem operatur, non per timorem, non formidando pœnam, sed amando iustitiam. Vnde ergo ista
dilectio, id est charitas, per quam fides operatur, nisi vnde illam fides ipsa impetrauit? Neque enim esset in nobis
Roma.5. quantacunque sit in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Charitas

Charitas quippe dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: sicut iustitia dei, qua iusti eius munere efficimur & domini salus, qua nos saluos facit: & fides Iesu Christi, qua nos fideles facit. Hæc est iustitia dei, quam non solum docet per legis præceptum, verum etiam dat per spiritus donum.

Charitate deus nos dilectores suos facit idẽ in de gra & li.arb. 19.et.20.i To.2 ho.op.& in cõcil.arauf.can.25 in To.1.cõcil.

Voluntas credendi a quo. CAP. XXXIII.

SED Consequens est paululum quærere vtrum voluntas illa qua credimus etiam ipsa dei donum, sit, an ex illo naturaliter insito libero adhibeatur arbitrio: Si enim
1.Cor.4. dixerimus eã nõ esse donũ dei, metuẽdũ est ne existimemus inueniſſe nos aliqd qđ Apostolo increpanti & dicẽti, Quid.n.habes quod non accepisti? si aũt & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? respõdere possimus Ecce habemus voluntatem credendi quam non accepimus: ecce vbi gloriamur quod non acceperimus. Si autem dixerimus etiam huiusmodi voluntatem non esse nisi donum dei, rursus metuendum est, ne infideles atque impij non immerito sed veluti iuste excusare videantur
Philp.2 ideo non credidisse, quod dare illis deus istam noluit voluntatem. Nam illud quod dictum est, Deus est enim qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate: gratia iam est, quam fides impetrat, vt possint esse
Gal.5. Roma.5. hominis opera bona, quę operatur fides per dilectionem quæ diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis: Si credimus vt impetremus hanc gratiam, & vtique voluntate credimus, de hac quęritur vn-
1.Thi.2. de sit nobis, Si natura, quare non omnibus, cum sit idem deus omnium creator? Si dono dei, etiam hoc quare non omnibus, cum omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire? Prius igitur illud dicamus & videamus vtrum huic satisfaciat quæstioni, ꝙ liberũ arbitrium naturaliter attributum a creatore animæ ratio nali, illa media vis est, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem potest. Et ideo nec istam voluntatẽ qua credit deo, dici potest homo habere quam non acceperit: quando quidem vocante deo surgit de libero arbitrio quod naturaliter cum crearetur accepit. Vult aũ deus omnes homines saluos fieri & in agnitionẽ veritatis venire: nõ sic tamen, vt adimat liberũ arbitrium, quo vel bene vel male vtẽtes iustissime iudicẽtur. Quod cum fit, infideles quidem contra voluntatẽ dei faciunt, cum eius Euangelio non credunt: nec ideo tamen eã vincunt, verũ seipsos fraudãt magno & summo bono, malisque pœnalibus implicant, experturi in supplicijs potestatem

Voluntas dei semper est inuincibilis. idē infra ī de correp. & grā. 7

tem eius, cuius in bonis misericordiam contempserunt. Ita voluntas dei semper inuicta est, vinceretur autem si non inueniret quid de contemptoribus faceret, aut vllo modo possent euadere quod de talibus ille constituit.

Quid enim dicit, verbi gratia, volo vt hi omnes serui mei operentur in vinea, & post laborē requiescentes ppa lentur, ita vt quisquis eorū hoc noluerit, in pistrino sem per molat: videtur quidem quicunque contempserit contra voluntatem domini sui facere: sed tunc eam vincet, si & pistrinum contemnens effugerit: quod nullo modo fieri potest sub dei potestate, Vnde scriptum est, Semel

Psal. 61.

locutus est deus: hoc est, incommutabiliter: quanquam et de vnico verbo possit intelligi. Deinde subiūgens quid incōmutabiliter sit locutus. Duo hęc, inquit, audiui, quo niam potestas dei est, & tibi domine misericordia, quia tu reddis vnicuique secundum opera sua. Ille igitur reus erit ad damnationem sub potestate eius, qui contempserit ad credandam misericordiam eius. Quisquis autem crediderit ei, qui se a peccatis omnibus absoluendum, & a vitijs omnibus sanandum, & calore ac lumine eius accendendum illuminandumque non contempserit, habebit ex eius gratia opera bona, ex quibus etiam secundū corpus a mortis corruptione redimatur, coronetur, bonis que satiętur, non temporalibus, sed æternis, supra qm petimus & intellegimus. Hunc ordinem tenuit Psalmus,

Psal. 102.

vbi dicitur, Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omne retributiōes eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de corruptione vitam tuam, qui coronat te in misseratione & misericordia, qui satiat in bonis desiderium tuum. Et ne forte hæc tanta bona huius vetustatis, hoc est, mortalitatis deformitas desperaret, Renouabitur, inquit, sicut aquilę iuuentus tua. Tanquam diceret, Hæc quę audisti, ad nouum hominem, & nouum testamentum pertinent. Recole mecum eadem ipsa paululum, obsecro te, & inspice delectabiliter laudem misericordiæ, hoc est gratiæ dei. Benedic, inquit, a'a mea dominum, & noli oblitiuisci omnes retributiones eius. Non ait, tributiones, sed

Gal. 5.

retributiones eius, qui retribuit bona pro malis. Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis: Hoc agitur in baptismatis sacramento. Qui sanat omnes languores tuos:

Roma. 7.

Hoc agitur in hac vita fidelis hominis, dum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non quæ volumus faciamus: dum alia lex in membris repugnat legi mentis: dum velle adiacet, perficere autem bonum non inuenimus: qui languores vetustatis, si perseuerante intentione proficimus, de die in diem crescente nouitate sanantur, ex fide quæ per dilectionem operatur.

ratur. Qui redimit de corruptione vitam tuā: hoc fit in ultima resurrectione mortuorum. Qui coronat in misera tione & misericordia: hoc fiet in iudicio, vbi cum rex iustus sederit in throno redditurus vnicuique secundum opera eius, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Ideo illic ne cessarium fuit commemorare miserationem & misericordiam domini, vbi iam exigi debita & reddi merita sic possent videri, vt nullus esset misericordię locus. Coronat ergo in miseratione & misericordia, sed etiam sic secundum opera. Segregabitur enim ad dexteram, cui dicatur, Esuriui, & dedisti mihi manducare: Quoniam iudicium sine misericordia, sed illi qui non fecit misericordiā. Beati autem misericordes, quoniam ipsorum misere bitur deus. Iam vero cum finistrierint in ambustionem æternam, iustis autem in vitam æternam, Quia hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant vnum verum deum, & quem misisti Iesum Christum: illa cognitione, illa visione illa contemplatione satiabitur in bonis animæ desiderij. Hoc, n. ei solum sat est, vltra nō habet qđ appetat quo inhiet, quod requiratur ā desiderio huius sacietatis ardebat qui domino Christo ait, Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Cui responsum est, Qui me videt, videt & patrem. Quia & ipsa est vita æterna, vt cognoscant vnum verum deum te, & quem misisti Iesum Christum. Sed si ille qui videt filium, videt & patrem: profecto qui videt patrem & filium, videt & spiritum sanctum patris & filij. Ita nec arbitrium liberum tollimus, & benedicit anima nostra dominum non obliuiscens omnes retributiones eius. Nec ignorans dei iustitiam suam vult constituere, sed credit in eum qui iustificat impium, & viuit ex fide, donec ad speciem perducatur: fide scilicet quæ per dilectionem operatur. Quę dilectio diffunditur in cordibus nostris, nec per sufficientiam propriæ voluntatis, nec per literam legis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Matth. 25. Iac. 3. Mat. 5. Ioan. 17. Ioan. 14. Ioan. 17. Roma. 10. Gal. 5. Rom. 8.

HAEC disputatio, si quæstioni illi soluendę sufficit, sufficiat. Si autem respondetur, cauendum esse ne quisquam deo tribuendum putet peccatum quod admittitur per liberum arbitrium, si in eo quod dicitur, Quid habes quod non accepisti? propterea etiam voluntas, qua credimus, dono dei tribuitur, quia de libero exsilit arbitrio, quod cum crearemur accepimus. Attendat & videat, nō ideo tantum istam voluntatem diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est, verum etiam quod visorum suationibus agit deus vt velimus, & vt credamus: siue extrinsecus per Euangelicas exhortationes, vbi & mādata legis aliquid

Voluntas credēdi a deo.

CAP. XXXIIII. 2. Cor. 5.

Cõsentiſ vel diſſentiſ. ꝑ ꝓpriꝫ Vo luntatis cõtrariũ hſ. c.33.ſ3 ibi cõ ſentire, ꝑ crede re, hic ỹo vt de clarat Aug. ꝑ ac cipeſ vel hſe, et q̃d hec ſit Au.o pinio i de gſa et li.ar.ad val.17. in.2.T.ho.opu & hẽs in de p̃ de.ſan.c.3.in.7. To.& in.3.To. horum opuſcul.

quid agunt, ſi ad hoc admonent hominem infirmitatis ſuæ, vt ad gratiam iuſtificantem credendo confugiat: ſiue intrinſecus, vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentẽ, ſed conſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt. His ergo modis quando deus agit cũ anima rationali, vt ei credat: neq; enim credere poteſt quo libet libero arbitrio, ſi nulla ſit ſuaſio vel vocatio cui credat: profecto & ipſum velle credere deus operatur in homine, & in omnibus miſericordia eius prævenit nos conſentire autem vocationi dei, vel ab ea diſſentire, ſicut dixi, propriæ voluntatis eſt. Quæ res non ſolum nõ infirmat, quod dictum eſt, Quid enim habes quod non accepiſti: verum etiam confirmat. Accipere quippe & habere anima non poteſt dona, de quibus hoc audit, niſi conſentiendo: ac per hoc quid habeat, & quid accipiat, dei eſt: accipere autem & habere vtique accipientis & habentis eſt. Iam ſi ad illam profunditatem ſcrutandam quiſquam nos coarctet: cur illi ita ſuadeatur vt perſuadeatur: illi autẽ non ita duo ſola occurrunt interim quæ reſpondere mihi placeat, O altitudo diuitiarum: & nunquid iniquitas apud deum? Cui reſponſio iſta diſpliceat, quærat doctiores, ſed caueat, ne inuentat præſumptores,

1.Cor.4

Roma.11.

Concluſio opis. CAP. XXXV.

CONCLVDAMVS igitur librum aliquando, cuius tanta prolixitate vtrum aliquid egerimus, neſcio: nõ apud te, cuius fidem ſcio, ſed apud animos eorũ propter quos me ſcribere voluiſti: qui non contra noſtram, vt mi tius loquar, & non dicam, illius qui in ſuis Apoſtolis eſt locutus, certe contra tanti Apoſtoli Pauli, non vnã ſententiam, ſed tam vehementem, tam intentam vigilemque conflictationem malunt ſuam defenſitare ſententiam, q̃ eum audire obſecrantem per miſerationem dei, & dicentem, per gratiam dei quæ data eſt illi, non plus ſapere præter quam oportet ſapere, ſed ſapere ad temperantiam, vnicuique ſicut deus partitus eſt menſuram fidei. Tu autem quid mihi propoſueris, & quid tam longo diſputationis huius opere effecerimus aduerte. Mouit te certe quemadmodum dictum fuerit, fieri poſſe vt ſit homo ſine peccato, ſi voluntas eius non deſit, ope adiuuante diuina. Quanuis nemo tam perfectæ iuſtitiæ in hac vita fuerit, vel ſit, vel futurus ſit. Sic enim hoc ipſum i illis prẽ

Roma.12.

Hõ dei gſa, et li. ar. q̃ dei donũ eſt, põt in hac vi ta eſſe ſine pct̃o. idẽ i epiſt. ꝓpum Mileu. cõcil. ad Innocẽtiũ papã

us ad te conſcriptis libris propoſui: ſi a me quæratur, utrum homo ſine peccato poſsit eſſe in hac vita quam, vtrum homo ſine peccato poſsit eſſe in hac vita confitebor poſſe per dei gratiam & liberum eius arbitrium: ipſum quoque liberum arbitrium ad dei gratiam, hoc eſt, ad dei dona pertinere non ambigens: nec tantũ vt ſit, verum vt bonum ſit, id eſt, ad facienda mandata domini conuertatur: atque ita dei gratia, non ſolum oſtẽdat et ireſcripto eius dat quid faciendum ſit, ſed adiuuet etiam, vt fieri poſſit quod

quod oſtenderit. Tibi autem abſurdum viſum eſt, ſine exemplo eſſe rem quæ fieri poteſt. Hinc exorta eſt huius libri quæſtio, ac per hoc ad nos pertinebat oſtendere, fieri poſſe aliquid quanuis deſit exemplum. Hinc ex Euãgelio & ex lege quædam poſuimus in ſermonis huius exordio, ſicut de cameli tranſitu per foramen acus, & de duodecim milibus legionum angelorum, qui potuerunt ſi vellet pugnare pro Chriſto: & de illis gentibus quas deus dicit potuiſſe ſe a facie populi ſui ſemel exterminare, quæ omnia facta non ſunt. His addi poſſunt etiam illa quæ leguntur in libro ſapientiæ, quam multa poſſet noua tormenta deus exercere in impios ad nutum ſibi ſeruiente creatura, quę tamen non exercuit. Poteſt & de montẽ illo quem fides in mare trãsferret: quod tamen nuſquam factum, vel legimus, vel audiuimus. Quiſquis enim horum aliquid deo dixerit eſſe impoſsibile, vides quam deſipiat, quamque aduerſus fidem ſcripturę eius loquatur. Multa alia huiuſmodi poſſunt occurrere vel legenti vel cogitanti, quæ poſsibilia deo negare non poſſumus, quãuis eorum deſit exemplum. Sed quia dici poteſt, illa opera eſſe diuina: iuſte autem viuere ad noſtra opera pertinere: ſuſcepi oſtendere etiam hoc opus eſſe diuinum: & hoc egi libro iſto loquacius fortaſſe quam ſat eſt: ſed contra inimicos gratiæ dei etiam parum mihi dixiſſe videor: nihilque me tam multum diſſeruiſſe delectat, quam vbi mihi ſcriptura eius plurimum ſuffragatur, & id agitur vt qui gloriatur in domino glorietur, & in omnibus gratias agamus domino deo noſtro ſurſum corda habentes, vnde a patre luminum omne datum optimum & omne donum perfectum eſt. Nã ſi proꝑ papæ ad ꝓpoſitos ꝓpheſ et i cõc. Mil. cã. 5.6.&.7.i.1.T. concil.

Mat.10
Mat.27

Sap.16.

Mar.11.

Recte viuere opus eſſe dei docẽdit Auguſt. Hier.9.

1.Cou.1.
2.Cor.10.
12c.1.

terea non eſt opus dei quia per nos agitur, vel quia illo donante nos agimus, nec illud eſt opus dei, vt mons transferatur in mare, quia per fidem hominum fieri poſſe dominus dixit, & hoc ipſorum operi attribuit dicens, Si habueritis in vobis fidem tanquam granum ſinapis, dicetis monti huic tollere, & mittere in mare, & fiet, & nihil impoſsibile erit vobis. Certe vobis dixit, non mihi aut patri, & tamen hos nullo modo facit homo niſi illo donante & operante. Ecce quemadmodum ſine exemplo eſt in hominibus perfecta iuſtitia, & tamen impoſsibilis non eſt: Fieret enim, ſi tanta voluntas adhiberetur: quanta ſufficit tantæ rei: Eſſet autem tã ea ſic delectarent animũ, vt quicquid aliud voluptas ſiue dolor impedit, delectatio illa ſuperaret: quod vt non fit, non ad impoſsibilitatem, ſed ad iudicium pertinet. Quis enim neſciat, non eſſe in hominibus poteſtate quid ſciat, nec eſſe conſequens, vt quod appetendum cognitũ

In poteſtate hominis nõ eſt q̃d ſciat.

fuerit

fuerit apperatur, nisi tantum delectet, quantum diligendū est: Hoc autem sanitatis est animę.

Præceptū dilectionis quādo impletur.

CAP. XXXVI.

SED fortasse quispiam putauerit nihil nobis deesse ad cognitionem iustitię, quod dominus verbum consummans & breuians super terram, dixit in duobus præceptis totam legem Prophetasque pendere, nec ea tacuit, sed verbis apertissimis prompsit. Diliges, inquit, dominū deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanquā teipsum. Quid verius, his impletis impleri omnino iustitiam? Veruntamen qui hoc attendit, etiam illud attendat, quam in multis offendamus omnes, dum putamus deo, quem diligimus, placere, vel non displicere quod facimus: & postea per scripturam eius, siue certa & perspicua ratione commoniti, cum didicerimus quod ei nō placeat, pœnitendo deprecamur vt ignoscat. Plena humana vita est documentis talibus. Vnde autem minus nouimus quid ei placeat, nisi quia & ipse minus notus est nobis? Videmus enim nunc per speculum in ęnigmate, tūc autem facie ad faciem. Quis vero existimare audeat, cum eo ventum fuerit, quod ait, Vt cognoscam sicut & cognitus sum: tantā dei dilectionē fore contemplatoribus eius, quanta fidelibus nunc est: aut illo modo hanc illi cōparandam? Porro si quando maior notitia, tanto erit maior dilectio: profecto nunc quantum deest dilectioni, tantum tunc perficiendę iustitię deesse credendum est. Sciri enim aliquid vel credi, & tamē non diligi potest: diligi autem quod neque scitur neque creditur, non potest. At si credendo ad tantam dilectionem sancti peruenire potuerunt, qua certe maiorem in hac vita esse non posse dominus ipse testatus est, vt animam suam pro fide & pro fratribus ponerent: cum ab hac peregrinatione, in qua per fidem nunc ambulatur peruentum erit ad speciem, quam nondum visam speramus, & per patientiam expectamus, proculdubio & ipsa dilectio non solum supra quam hic habemus, sed longe supra quam petimus, & supra quam intelligimus erit nec ideo tamen plus esse poterit, quam ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente: neque enim restat in nobis aliquid quod additi possit ad totum: quia si restabit aliquid, illud non erit totum. Proinde hoc erit primum præceptum iustitię, quo iubemur diligere deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: cui est de proximo diligendo alterum consequēns, quod in illa vita complebimus cum videbimus facie ad faciem: Sed ideo nobis hoc etiam nunc præceptum est, vt admoneremur qd fide exposcere, quoīpem præmittere, & obliuiscendo quę retro sunt, in quę anteriora nos extendere debeamus. Ac per hoc quantum mihi videtur, in ea quę perficienda est iustitia multum in hac vita ille profecit, qui q̄ longe sit a perfectione iustitię, proficiēdo cognouit. Sed dici potest quędam iustitia minor huic vitę competens, qua iustus ex fide viuit, quāuis peregrinus a domino: & ideo per fidem ambulans, nōdum per speciem, non absurde dicitur etiam ad istam pertinere ne peccet: neque enim si est nondum potest tāta dilectio dei, quanta illi cognitioni plenę perfectęq̄ debetur, tam culpę deputandum est. Aliud est enim totam nondum assequi charitatem, aliud nullam sequi cupiditatem. Quamobrem debet homo, quāuis longe minus amet deum, quam eum potest amare conspectum, nihil tamen appetere illicitū: sicut etiam in his, quę adiacent sensibus corporis, potest oculus nullis tenebris delectari, quāuis non possit in fulgentissima luce defigi. Verum ecce iam talem constituamus animam humanam in hoc corruptibili corpore, quę & si nondum illa supereminentissima perfectione charitatis dei omnes motus terrenę libidinis absorbuerit atque consumpserit, tamen in ista minore iustitia ad illicitum aliquid operandum eidem libidini nulla inclinatione cōsentiat: vt ad illam vitā iam immortalem pertineat: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Ad hāc autem, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediēdū desiderijs eius: ad illā, Non concupisces: ad istam Post concupiscētias tuas nō eas: ad illam nihil amplius quærere quā in ea perfectione persistere: ad istam, hoc quod agit in opere habere, & illius perfectionē pro mercede sperare: vt per illam iustus si ne fine viuat in specie, quam in ista desiderauit: per hanc autem iustus viuat ex fide, in qua illam certo fine desiderat. His constitutis peccatum erit hominis ex fide viuentis, aliquando alicui delectationi illicitę consentire: nō tāmen in illis horrendis facinoribus, & flagitijs perpetrandis, verum etiam in istis leuioribus: vt vel autem alicui voci, quę audienda non esset, vel linguam alicui quę dicēda non esset, accommodet: vel in ipso corde aliquid ita cogitet, vt mallet licitum quod male delectat, & per præceptum scitur illicitum: etiam ista quippe cōsensio est ad peccatum, quę vtiq̄ fieret nisi pœna terreret. Tales iusti ex fide viuētes, non opus habent dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris falsumq̄ esse cōuincunt, quod scriptum est, Nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuēs. Et illud, Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nosmetipsos decipimus & veritas in nobis non est, Et illud, Quia nō est homo qui nō peccabit. Et illud, Non est iustus in terra qui faciet bonū & non peccabit, Vtrunq̄ enim hoc testimonium non

Possumus scire q̄ nō diligimus, si nō diligere q̄ nescimus.

Ioan.15.

Matt.19.&.22.

1.Cor.13.

Phil.3.

2.Cor.13.

Abac.2.

Roma.1.

2.Cor.5.

Deut.6.

Roma.6.

Exod.20.

Eccle.18.

Habac.2.

Roma.1.

Matth.6.

Psal.141.

1.Ioan.1.

3.Reg.8.

Eccle.7.

de preterito dicit id est, peccauit, sed de futuro, id est, peccabit: & si qua alia in hanc sententiã sancta scriptura cõmemorat. Sed quoniam hęc falsa esse non possunt, illud esse consequẽs video, vt quamlibet vel quantãlibet in hac vita potuerimus definire iustitiam, nullus in ea sit homi-
Luc.6. nũ qui nullum habeat omnino peccatum: omnicq; homini sit necessarium dare vt detur illi, dimittere vt dimittatur illi: & si quid habet iustitiæ, non de suo sibi esse præsumere, sed de gratia iustificantis dei, & adhuc tamen ab illo esurire & sitire iustitiam qui est panis viuus, & apud quẽ est fons vitę: qui sic operatur iustificationem in sanctis suis in huius vitę tentatione laborantibus, vt tamẽ sit & quod petentibus largiter adijciat, & quod confitentibus clemẽter ignoscat. Sed inueniant isti si possunt aliquem subonere corruptionis huius viuentẽ, cui iam nõ habeat deus quod ignoscat: nisi tamen eum fateantur nõ doctrina legis datę, sed etiam infuso spiritu gratię vt talis esset, adiutum, non cuiusmodi peccati crimen, sed ipsius impietatis incurret. Sane quanquam talem, si testimonia illa diuina competenter accipiant, prorsus inuenire non possunt: nullo modo tamen dicendum est deo deesse possibilitatem, qua voluntas sic adiuuetur humana, vt non solum iustitia ista, quę ex fide est, omni ex parte modo perficiatur in homine, verum etiam illa secundum quam postea in æternum in ipsa eius contemplatione viuendum
1.Cor.15. est. Quandoquidem si nunc velit in quoquam etiam hoc corruptibile induere incorruptionem, atq; hic inter homines morituros eum iubere viuere minime moriturum
Roma.7. vt tota penitus vetustate consumpta nulla lex in membris eius repugnet legi mentis, deumq; vbique præsentem ita cognoscat sicut sancti postea cogniturí sunt, quis demũ
Iac.4. audeat affirmare non posse? Sed quare non faciat, quęrę homines: nec qui quærunt, se attẽdunt esse homines. Scio
2.Cor.2. quod sicut impossibilitas, ita & iniquitas non est apud deum. Et scio quod superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Et scio quod illi, cui ne extolleretur datus erat
2.Cor.12. stimulus carnis angelus satanę qui eum colaphizaret, semel & iterũ & tertio deprecanti dictum est: Sufficit tibi
1.Cor.1. gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Aliquid ergo est in abdito & profundo iudiciorum dei, vt etiam iustorum omne os obstruatur in laude sua, & nõ aperiatur nisi in laudem dei. Hoc autem aliquid quis possit fortasse inuestigare, quis nosse? iam sunt inscrutabilia iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit
Roma.11. sensum domini, aut quis consiliarius illi fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, Ipsi gloria in secula seculorum Amen.

D. AVRELII
AVGVSTINI ECCLESIAE
DOCTORIS EXIMII
DE PASTORIBVS
LIBER.

PES Tota nostra quia in Christo est, & quia omnis vera & salubris gloria nostra ipse est, non nunc primum didicit charitas vestra: Estis enim in eius grege qui intendit & pascit Israel. Sed quo- Psal. 79.
niam sunt pastores qui pastorum nomine gaudere volunt, pastoris autem officium implere nolunt, quid ad eos per prophetã dicat, sicut lectum audiuimus, recenseamus. Audite vos cum intentione, audiamus nos cum tremore. Et factum est ad me verbum domini dicẽs, Fili hominis prophetiza super pastores Israel. Hanc le- Ezech.34.
ctionem cum legeretur audiuimus, hinc cum vestra sanctitate aliquid loqui decreuimus. Adiuuabit ipse vt vera dicamus, si non nostra dicamus. Nam si nostra dica- Pastores qñ sua
mus, pastores erimus pascentes nos, non oues: si autem dicũt, seipsos pa
illius sunt quæ dicimus, per quemlibet vos pascet. Hæc scũt & nõ oues
dicit dominus deus, Væ pastoribus Israel, qui pascunt idẽ sup Euang.
se solos. Nunquid oues pascunt pastores? Id est, non se loã. trac. 123. &
pascunt pastores, sed oues Hæc prima causa est quare 124. in To.
arguantur pastores isti: quia seipsos pascunt, non oues.
Qui sunt qui seipsos pascunt? De quibus dicit Apostolus, Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Philip. 2.
Christi. Nos enim quos in loco isto, de quo periculosa
ratio redditur, dominus secundum dignationem suam,
non secundum meritum nostrum constituit, habemus
duo quædam: vnum quod Christiani sumus: alterum,
quod præpositi sumus. Illud quod Christiani sumus, pro
pter nos est: quod autem præpositi sumus, propter vos
est. In eo q̃ Christiani sumus, attenditur vtilitas nostra:
in eo quod præpositi, non nisi vestra. Sunt autem multi
Christiani & non præpositi, qui peruenient ad deum faci Præpositus tãtũ
liore fortasse itinere, & tãto forte expeditius ambulãtes gregis vtilitatẽ
quanto minorem sarcinã portãt. Nos aũt excepto quod quærat.
Christiani sumus, vnde rationem reddemus deo de vita
nostra, sumus etiã præpositi, unde rationẽ reddemus deo
de dispensatione nostra. Ad hoc istã difficultatẽ propo-

Eccle.12. nímus, vt compatientes nobis oretis pro nobis. Veniet enim dies quo cuncta adducuntur in iudicium. Et ille dies si seculo longe est, vnicuique homini vitæ suę vltimus prope est Tamen Vtrunq; latere deus voluit, & quando veniet finis seculi, & quãdo sit in vnoquoque hominue huius vitę finis. Vis non timere diem occultum? Quãdo venerit inueniat te paratum. Cum ergo prępositi ad hoc sint, vt his qui subiecti sunt consulant, non in eo quod ipsi sunt, omnino vtilitatem suam attendant, sed eorum qui-

Pastor se pascẽs bus ministrãt. Quisquis ita prępositus est, vt in eo quod prępositus sit gaudeat, & honorem suum quærat, & commoda sua sola respiciat, se pascit, non oues. Ad hos sermo dirigitur. Audite tanquam oues dei, & videte quemadmodum vos securos fecerit deus. Qualescunque sint qui vobis præsunt, id est qualescunque nos simus: vobis de us securitatem dedit, qui pascit Israel. Nam deus non deserit oues suas, & mali pastores pœnas debitas luent, & oues promissa percipient.

Mali pastores propria, boni Ezech.34 Vero quę gregis sunt, vtilia quęrũt. CAP. II. VIDEAMVS ergo quid loquatur pastoribus seipsos pascentibus non oues, sermo diuinus neminem palpãs. Ecce lac cõsumitis, & lanis vos tegitis, & quod crassum est interficitis, & oues meas non pascitis, quod infirmatũ est non confortastis: & quod ægrotum, nõ corroborastis: & quod contribulatũ est, non colligastis: & quod errabat, nõ reuocastis: et quod perijt, nõ inquisistis: & quod forte fuit, cõfecistis, & dispersę sunt oues męę eo quod nõ sit pastor. Dicitur in pastores pascentes semetipsos, nõ oues, quid diligant, quid negligant. Quid ergo diligunt? Lac consumitis, & lanis vos tegitis. Propter quod dicit

1. Cor. 9. Apostolus, Quis plãtat vineã, & de fructu eius nõ sumit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Inuenimus ergo esse lac gregis quicqnid a plebe distribuitur prępositis ad eorum sustentandum victum temporalem. Inde enim loquebatur Apostolus cum hęc diceret quæ commemorauit. Et quidem Apostolus quanquã elegeris manibus suis laborare, nec ipsum lac quęrere ab ouibus,

Mat.10. Mar.6. Luc.9.et.10. tamen lactis potestatem percipiendi habere se dixit, & sic dominum disposuisse, vt qui euangelium annunciant, de euangelio viuãt. Et dicit alios coapostolos suos vsos fuisse hac potestate, nõ vsurpata, sed data. Plus ille fecit, vt nec quod debebatur acciperet. Ipse ergo donauit & debitũ, sed alius nõ exegit indebitum: ille plus fecit. Fortassis enim illum significabat, qui ægrum cum adduceret ad stabularium dixit, Si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. De his ergo qui non indigent lacte gregis, quid plura dicamus? Misericordiores sunt, vel potius ipsius misericordiæ officium largius impendunt.

Apostoli nõ ex necessitate, sed ex sibi cõcessa Luc.10 ptãte potuerũt ex Euãgelio vi uere sup Euãg. ioã. trac. 122. in Tom. 9. Possunt enim, & quod possunt faciunt. Laudentur hi, neque

damnentur illi. Nam & ipse Apostolus datum non quærebat, fructuosas tamen oues esse cupiebat, non steriles sine lactis vbertate. Itaque cum esset quodam tempore in magna indigentia victus, in confessione veritatis, missum est illi a fratribus vnde necessitati & indigentiæ eius ministraretur. Respondit autem illis gratias agens & dixit, Bene fecistis communicare necessitatibus meis. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse: Scio & abundare, & penuriam pati, Omnia possum in eo qui me confortat. Veruntamen vos bene fecistis vsibus meis mittere. Sed vt ostenderet in eo quod illi bene fecerunt quod non ipse quæreret, ne inter illos esset qui seipsos pascunt, non oues, non tam suæ gaudet subuentum esse necessitati, quam illorum gratulabatur fœcunditati. Quid ergo ibi quærebat? Non requiro, inquit, datum, sed requiro fructum. Non vt ego, inquit, explear, sed ne vos inanes remaneatis. Qui ergo non possunt facere quod Paulus, vt manibus suis se transigant, accipiant de lacte ouiũ sustententur suam necessitatem, sed non negligant ouium infirmitatem: non hoc sibi quærant tanquam commodũ suum, vt ex necessitate suæ penuriæ videantur annunciare euangelium, sed hominibus illuminandis præbeant lucem verbi veritatis. Sunt enim tanquam lucernæ, sicut dictum est, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes: &, Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo, nonne adijceres oleum ne extingueretur? Porro si lucerna accepto oleo non luceret, non erat plane digna quæ in candelabro poneretur, sed quæ continuo frangeretur. Vnde ergo viuitur, necessitatis est accipere, charitatis est præbere, non tanquam venale sit euangelium, vt istud sit precium eius, quod sumunt qui annunciant vnde viuant. Si enim sic vendunt, magnam rem vili præcio vendunt. Accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate euangelij seruiunt: non expectent illi mercedem nisi vnde & isti salutem. Quid ergo isti increpantur, vnde arguuntur? Quia cum lac sumerent, & lanis se tegerent, oues negligebant. Sua ergo tantum quęrebãt non quæ Iesu Christi.

Philip.4. Paulus gratulat discipulis illi necessaria mittentibus.

Luc.12. Matth.5. Comparatio.

Necessitatis est accipe aliquid a discipulis Euãgelicis, & charitatis est prębere.

Pastores mali propriũ honorẽ, at boni honorem Christi quęrunt CAP. III.

SED quoniam diximus quid sit lac sumere, quæramus quid sit lanis se tegere. Qui præbet lac, victum præbet: qui præbet lanam, honorem præbet. Ista sunt duo quæ a populis quærunt, qui semetipsos pascunt, non

oues: commodum supplendæ necessitatis, & fauorem honoris & laudis. Etenim vestimentum propterea bene intelligitur in honore quia, nuditatem regit. Est enim vnusquisque homo infirmus. Et quid est quisquis vobis præest, nisi quod vos estis? Carnem portat, mortalis est, manducat, dormit, surgit, natus est, moriturus est. Si ergo cogitetis quid sit, secundum seipsum homo est: tamen honorando cum velut angelum, contegis quod infirmum est. Huiusmodi indumentum acceperat bona dei plebe idem Paulus cum diceret, Sicut angelum dei suscepistis me, testimonium vobis perhibeo, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Sed cum tantus honor exhibitus esset, nunquid propter ipsum honorem sibi exhibitum, ne forte cum arguere negaretur, & minus ipse Apostolus laudaretur, pepercit errantibus? Nam si hæc fecisset, esset inter illos qui seipsos pascunt, non oues: diceret apud seipsum, Quid ad me pertinet? Quisque quod velit agat, victus meus salutis erit, & lac & lana, satis est mihi, eat quisque qua potest. Ergo integra tibi sunt omnia, si eat quisque qua potest? Nolo te præpositum facere, vnum te constituo dei ipsa plebe, Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Proinde ipse Apostolus cum eos commemoraret quales fuerint erga illum, ne quasi oblitus eorum honorificentiæ videretur, testimonium perhibet, quod sicut angelum dei suscepserint eum: & quod si fieri posset, oculos suos vellent eruere, & illi dare, & tamen accedit ad ouem languidam, ad ouem putridam, secare vulnus, non parcere putredini. Ergo, inquit, inimicus factus sum vobis verum prædicans? Ecce accepit de lacte ouium, sicut paulo ante commemorauimus, & indumentum ex lanis ouium, sed ramen oues non neglexit: Non enim sua quærebat, sed quæ Iesu Christi. Absit ergo vt dicamus vobis: Viuite vt vultis, securi estote, de christiã cũ pcõ us neminem perdit, tantummodo fidem Christianam tesint mortui rur- neteret non perdet ille quod redemit, non perdet pro quisum nõ debẽt in bus sanguinem suum fudit & si spectaculis volueritis obillis vinere, sed lectare animos vestros, ite: quid mali est? Et festa ista vt Xps a mor- quæ celebrantur per vniuersas ciuitates in lætitia contuis resurrexit, uiuentium, & publicis mensis seipsos vt putant tucunsic & ipsi nouã dantium, reuera magis per dentium, ite, celebrate: Madebẽt du Sap.2 gna est dei misericordia, quæ totum ignoscat. Coro- cere vitã nate vos rosis antequam marcescant, sin domo dei veRo.6. & in de si stri quando volueritis conuiuamini, impleamini cibo de & opibus a & vino, cum vestris: ad hoc enim data est ista creatuca.22. vicp in fi ra, vt ea perfruamini, non enim impijs & Paganis eam ne libri in T.4. dedit deus, & vobis eam non dedit. Hæc si dixerimus, & i 1. T.ho.op. forte congregabimus turbas ampliores: & si sint quidam

Gal.4.

1.Cor.12.

Gal.4.

Phil.2.

dam qui nos sentiant, hæc dicentes non recte sapere, paucos offendimus, sed multitudinem conciliamus. Quod si fecerimus, non verba dei, non verba Christi dicentes, sed nostra, erimus pastores nosmetipsos pascentes, non oues.

CVM autem dixisset quæ diligant isti pastores, dixit & quæ negligant. Vitia enim ouium late patent, sanæ atque crassæ oues perpaucæ sunt, id est, solidæ in cibo veritatis vtentes pascuis bene de munere dei. Sed mali illi pastores non parcunt talibus. Parum est quod illas languentes & infirmas & errantes & perditas non curant, etiam istas fortes & pingues necant, quantum in ipsis est. Illæ viuunt de misericordia dei, tamen quantum ad pastores malos attinet, occidunt. Quomodo, inquis, occidunt? Male viuendo, malum exemplum prębendo. An frustra dictum est seruo dei eminenti in membris summi pastoris? Circa omnes teipsum bonorum operum præbe exemplum, & forma esto fidelibus. Attendit enim ouis etiam fortis plerunque præpositum suum male viuentem. Si declinet oculos a regulis domini, & intendat in hominem: incipit dicere in corde suo, Si præpositus meus sic viuit, ego quid sum qui non faciam quod ille facit? Occidit ouem fortem. Si fortem ergo occidit ouem, tam de cæteris quid faciet, qui illud quod non ipse fortificauerat, sed forte aut robustum inuenerat, male viuendo interfecit? Dico charitati vestræ, iterum dico, & si viuunt oues, & si fortes sunt oues in verbo domini, & tenent illud quod audierunt a domino suo, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite; tamen qui in conspectu populi male viuit, quantum in illo est, cum a quo attenditur occidit. Non sibi ergo blandiatur, quia ille non est mortuus. Et ille viuit, & iste homicida est. Quomodo cum lasciuus homo intendit in mulierem ad concupiscendum eam: ecce illa casta est, & mœchus est iste. Domini enim vera & aperta est sententia. Quisquis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Non peruenit ad illius cubiculum, & interiore iam suo cubili volutatur. Sic omnis qui male viuit in conspectu eorum quibus præpositus est, quantum in ipso est, occidit & fortes oues. Qui ergo imitatur præpositum malum, moritur: qui non imitatur, vivit: tamen quantum ad illum pertinet, ambos occidit. Et quod crassum est, inquit, interficitis, & oues meas non pascitis.

Mali pastores debiles, & fortes oues quãtũ in se est occidunt.

CAP. IIII.

Titum .2.

Fortes oues quę verba sui pastoris Christi tenẽt

Mat.23

nõ Necantur a malis pastoribus, qa ipse vocẽ pastoris Christi, &

Mat.5.

nõ mali pastoris seruãt, & cũ in manu sint Xpi nemo illas inde rapere potest aliter deus faleret, ac vitio humano vinceretur

Aug. in de corr eptione & gra ca.7. in To.7. & infra in isto.3. To. opus. pastor attamen prout in se est illas oues occidit, idem super Buang. Ioan. trac.123. & tra ct.124. in Tom.9.

Mali pastores, p spera gręgi promittũt, CAP. V.

IAM audistis quid diligant, audite quid negligant: Quod infirmũ est, non confortastis: & quod male habuit non corroborastis: & quod contribulatum est, id est, confractum, non colligastis: & quod errabat, non reuocastis: & quod periit, non inquisistis, & quod forte fuit, confecistis, id est, interfecistis & occidistis. Infirmum quippe animum gerit ouis, quando tentationes sibi profuturas nõ credit, Pastor negligens, quando sic credit talis insit mus, non illi dicit, Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Qui enim hoc loquitur, confortat infirmum, & ex infirmo facit firmum, vt non ille cum crediderit, prospera huius seculi speret. Si autem doctus fuerit sperare prospera huius seculi, ipsa prosperitate corrumpitur, superuenientibus aduersitatibus sauciatur, aut fortassis exMatth. 10. tinguitur. Non ergo eum ędificat super petram qui sic 1. Cor. 10. ędificat, sed super arenam. Petra autem erat Christus. Christi autem passiones imitandę sunt, non a Christiano delitię conquirendę. Confortatur infirmus cum ei dicitur, Spera quidem tentationes huius seculi, sed ab omnibus eruet te dominus, si ab illo non recesserit retro cor tuum. Nam ad confortandum cor tuum, venit ille pati, venit ille mori, venit ille sputis liniri, uenit spinis coronari, venit opprobria audire, venit postremo ligno cõfigi: omnia hęc ille pro te, tu nihil pro illo, sed pro te. Quales autem sunt qui timentes eos quibus loquuntur, horũ corda non per labores prępparant ad imminẽtes tentationes: sed etiam promittunt felicitatem huius seculi, quam deus ipsi seculo non promisit. Ille prędicit labores super labores vsq; in finem, venturos ipsi seculo, & tu vis abistis laboribus exceptum esse Christianum: qui quia Chri2. Tim. 3. stiãus est, aliquid plus passurus est in hoc seculo. Etenim ait Apostolus, Omnes qui pie volunt in Christo viuere, persecutionem patientur. Iam si tibi placet o pastor tua quærens non quę Iesu Christi, ille dicat, Omnes qui volunt in Christo pie viuere, persecutionẽ patientur: tu dic, Si in Christo pie vixeris, abundabunt tibi, o omnia bona: Matth. 7. & si filios non habes, fuscipies & enutries omnes, nemo tibi morietur. Hæccine est ædificatio tua? Attende quid facias, vbi ponas: super arenam est quod constituis, venturus est imber, influxurus est fluuius, flaturus est ventus, & impingent in domum istam, & cadet, & fiet ruina eius magna. Leua de arena & pone supra petrã, in Christo sit quem vis esse Christianum, Attendat ad passiones Christi indignas, attendat illum sine vllo peccato, quę nõ rapuit, exoluentem: attendant scripturã dicentẽ sibi, Flagellat autẽ omnẽ filium quẽ recipit: Et para te flagellari, aut certe nõ quęras recipi. Flagellat autẽ omnẽ, inquit, filiũ quem

quem recipit. Et tu dicis, forte exceptus eris? Si exceptus a passione flagellorum, exceptus a numero filiorũ. Itane, inquies, flagellat omnem filium? Prorsus ita flagellat omnem filium, vt & vnicum. Et vnicus ille de patris Phil. 2. substantia natus, æqualis patri in forma dei, verbum, per Ioan. 1. quem facta sunt omnia, non habebat vnde flagellaretur: ad hoc carne indutus est, vt sine flagello non esset. Qui ergo flagellat vnicum sine peccato, nunquid relinquit adoptionum cum peccato? In adoptionem vocatos nos, Gal. 4. Apostolus dicit, Adoptionem filiorum accepimus, vt essemus vnici cohęredes, essemus etiam hæreditas eius. Postula, inquit, a me & dabo tibi gentes hæreditatem, Psal. 2. Exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Sed ne i futuris tẽtationibus deficiat infirmus: nec falsa spe decipiendus est, nec terrore frangendus. Dic ei, Præpara ani Eccl. 2. mam tuam ad tentationem. Sed forte incipit labi, contremiscere, nolle accedere. Habes aliud, Fidelis deus, qui 1. Cor. 10. non vos sinit tentari supra quam ferre potestis. Illud autem promittere, & prędicare futuras passiones: infirmũ confirmare est. Timenti autem nimium & ex hoc deterrito, cum polliceris misericordiam dei, non quia tentationes deerunt, sed quia non permittit tentari supra quã potest ferre: fractum colligare est. Sunt enim qui cum audierint venturas tribulationes, armant se magis, & quasi potum suum sitiunt: paruam enim sibi putant fidelium medicinam, sed quærunt & martyrum gloriam. Sunt autem & alij q̃ auditis futuris & necessario veniẽtibus tentatiõibus, quas proprie oportet venire Christiano, quas nemo sentit nisi qui voluerit esse vere Christianus: imminentibus ergo sibi aliquibus, franguntur & claudicant. Affer consolationis alligamentum, alliga quod fractum est, dic: ne timeas, non deerit in tentationibus ille in quẽ credidisti, fidelis deus, qui non sinit tentari supra quam 1. Cor. 10. potes ferre. Non hoc a me audis, Apostolus dicit, qui etiam dicit, An vultis experimẽtum eius accipere qui in me loquitur Christus? Hęc ergo cum audis, ab ipso Chri- 2. Cor. 13. sto audis: audis & ab ipso pastore qui pascit Israel. Illi enim dictum est, Potabis eos in lachrymis, in mensura. Psal. 79. Quod enim ait Apostolus. Non sinit tentari vos supra quam potestis ferre: hoc ait propheta, in mensura. Tantum tu noli dimittere corripientem & horrantem, terrentem & consolantem, percutientem & sanantem.

Mali pastores in tẽtatiõibus oues nõ consolãtur. CAP. VI.

QVOD infirmum est, inquit, non confortastis. Pastoribus malis dicit, pastoribus falsis, pastoribus sua quærentibus, non quę Iesu Christi, ex commodo lactis & lanæ gaudentibus, oues omnino non curantibus, & quod male habuit, non corroborantibus. Infirmum, id est, non firmum. Nam dicuntur infirmi etiam egrotantes: sed inter

ter infirmum & ęgrotum, id est, male habentem hoc mihi videtur interesse. Et enim ista fratres quæ distinguere vtcunque conamur, forte & nos possumus maiore diligentia melius distinguere, & alius peritior vel lumine cordis plenior, interim ne fraudemini, quantum ad verba attinet scripturę, quod sentio loquor. Infirmo ne accidat tentatio & eum frangat, timendum est: languens autem iam cupiditate aliqua ægrogat, & cupiditate aliqua impeditur ab intranda via dei, a subeundo iugo Christi.

Christiana firmitas bona operatur & mala patiẽter tolerat, imo i malis nõ rm ierat̃ sꝫ & gloriat Ro. 5 &c.

Attendite illos homines volentes bene viuere, iam stantes bene viuere: & minus idoneos mala pati, sicut parati sunt bona facere. Pertinet autem ad Christianam firmitatem, non solum operari quæ bona sunt, sed & tolerare quę mala sunt. Qui ergo videntur feruere in operibus bonis, sed imminentes passiones tolerare nolle, aut non posse, infirmi sunt. Qui vero aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipsis bonis operibus reuocantur languidi & ęgroti iacent: quippe in ipso languore tanquam sine vilis viribus nihil boni possunt operari. Talis in anima paralyticus ille fuit, quem cum ad dominũ inferre non possent qui eum portabant, tectum aperuerunt & depo suerunt: id est, tanquam si in anima hoc velis facere, vt tectum aperias, & deponas ad dominum animam paralyticam, dissolutam omnibus mẽbris, & vacantem ab omni opere bono, grauatam vtique peccatis suis, & languendum morbo cupiditatis suæ. Si ergo dissoluta sunt membra omnia, & est paralysis interior, vt peruenias ad medicum (forte enim latet medicus & inclusus est, id est, Verus intellectus in scripturis occultus est) expanendo quod occultum est aperi tectum, & depone paralyticum. Quod qui non faciunt, & qui facere negligunt audistis quæ audiant. Quod male habuit, non corroboraſtis: & quod contribulatum est, non colligastis. Iam hinc diximus, Fractus enim erat terrore tentationis. Accidit aliquid vnde quod fractum est, colligetur: consolatio illa. Fidelis deus qui non vos sinit tentari supra quam potestis ferre, sed faciet cum tantatione etiam exitum vt possitis sustinere.

1. Cor. 10.

Mali pastores errãtes oues parui pendunt & boni illas requirunt. CAP. VII.

ET quod errabat, non reuocastis: Ecce vnde inter hæreticos piclitamur. Et qđ errabat, non reuocastis: & qđ perijt, nõ inquisistis. Hic inter manus latronũ, & dẽtes luporũ furẽtiũ vicũq; versamur: & p̃ his piculis nr̃is vt oretis, oramus. Et contumaces sunt oues, quia quærunt errãtes, & alienas sęcas nobis dicunt, errore suo & perditione sua dicunt. Quid nos vultis? Quid nos quæritis? Quasi non ipsa causa sit quare eas velimus, & quare quæramus, quia errãt & pereunt. Si in errore, inquit, sum ti in interitu, quid me quæris? Quia in errore es, reuocare volo: quia periisti, inuenire volo. Sic volo errare, sic volo perire. Sic vis errare, sic vis perire? Quanto melius ego nolo, Prorsus audeo dicere, Importunus sum. Audio enim dicentem Apostolum, Prædica verbum, insta opportune importune. Quibus opportune? quibus importuna? Opportune vtique volentibus, importune nolentibus, Prorsus importunus sum audeo dicere. Tu vis errare, tu vis perire: ego nolo. Non vult postremo ille qui me terret. Si voluero, vide qđ dicat, uide qđ increpet. Quod errabat, non reuocastis: & quod perijt, non inquisistis. Te magis timeho ꝙ ipsum? Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Non te timeo: non enim potes euertere tribunal Christi, & constituere tribunal Donati. Reuocabo errantem, requiram perditam: vellis nolis id agam. Et si me inquirentem lanient vepres syluarum, per omnia angusta me coarctabo, omnes spes excutiam. Quantum mihi virium dominus terrẽs donat, omnia peragrabo: reuocabo errantẽ, requirã pereuntem. Si me pati non vis, noli errare, noli perire. Parum est ꝙ doleo te errantẽ, atque pereuntẽ, timeo ne negligens te, etiam quod forte est occidã. Vide. n. quid sequitur, Et quod forte fuit, cõfecistis. Si neglexero errantem atque pereuntem, & eũ qui fortis est delectabit errare atq; perire. Cupio lucra exteriora, sed timeo plus dãna interiora. Si indifferentẽ habuero errorẽ tuũ, attendit q fortis est putat nihil esse, ire in hęresim. Quãdo aliquod cõmodũ de sęculo reluxerit vnde muteturi statim mihi dicit fortis ille perituras, cũ te perditum non regro, hac & hac deus est. Quid interest? Homines inter se litigãtes hoc fecerũt, vbicunq; coledus est deus. Si forte illi dixerit aliquis Donatista, Nõ tibi do filiã meã nisi fueris de parte mea: illi opus est vt attẽdat & dicat, Si nihil mali esset esse de parte eorũ, nõ cõtra illos dicerẽt tãta pastores nostri, nõ pro illorũ errore satagerẽt. Si ergo cessemus & taceamus, cõtraria locuturus est, Vtiq; si malũ esset esse in parte Donati, loquerẽtur cõtra, redarguerent eos, satagerent lucrari illos: si errãt, reuocarent illos: si pereunt, quærerẽt illos. Nõ frustra ergo cũ iã desisset superius, Quod crassum est, interfecistis: hic iterum in nouissimo posuit, Et quod forte fuit cõfregistis. Ipsa est enim repetita sentẽtia, ex his quæ supra dixit nata est Quod errabat nõ reuocastis: & quod perijt, non requisistis: & hoc faciendo, quod forte est interfecistis.

Ezech. 34. 2. Cor. 5.

Ezech. 34.

PROINDE audi quid sequatur de ista negligentia malorum imo, falsorum pastorum, Et dispersę sunt oues meę, eo quod non sit pastor, & factæ sunt in comesturã omnibus bestijs agri, Furantur lupi insidiantes, rapiunt leones frementes, cum oues nõ hęrent pastori. Nam præsens est pastor, sed male agẽtibus nõ est pastor: & inherẽt pastoribus

Mali pastores ab ouibus volũt adorari, qđ boni nõ permittunt. CAP. VIII. Ezech. 34.

1. Tim. 4.

pastoribus, seipsos, non oues pascentibus, & lætalis error consequitur. Eunt in bestias deprædantes se, & de illarum morte se satiari cupientes. Tales enim sunt omnes, qui gaudent de erroribus alienis, bestię sunt pastæ morsibus dispersarum. Et dispersę sunt, & errauerunt oues meę in omnem montem, & in omnem collem altũ.

De donatistarũ hære. in de hære. c. 69. in. 1. Tom. horum opuscul.

Bestiæ a montibus & collibus, tumor terrenus, & superbia seculi. Extulit se superbia Donati, fecit sibi partem subsequens eum Parmenianus illius confirmauit errorẽ. Ille mons est, ille collis est. Sic omnis cuiuslibet author erroris terrena elatione intumescens, promittit oubus requiem, bona pascua: & aliquando inueniunt ibi oues pascua de pluuia dei, non de duritia montis: Habẽt enim & ipsi scripturas, habent sacramenta. Non sunt ista montium: sed cum inueniuntur in montibus, male remanentur in montibus. Errando eum in montibus & in collibus deserunt gregem, deserunt vnitatem, deserunt munitas cohortes aduersus leones & lupos. Inde ergo reuocet deus, ipse reuocet: modo audieris ipsum reuocantem, Errauerunt, inquit, oues meæ in omnem montem, & in omnem collem altum: hoc est, in omnem tumorem terrenæ superbię. Sunt enim & montes boni, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et vide quia non tibi in montibus spes est: Auxilium, inquit, meum a domino, qui fecit cœlum & terram. Noli putare iniuriam facere te montibus sanctis, quando dixeris, Auxilium meum non a montibus, sed a domino qui fecit cœlum & terram. Ipsi montes hoc tibi clamant. Mons erat qui clamabat: Audio in vobis schismata fieri, vt vnusquisque vestrum dicat, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephę, ego autem Christi. Leua oculos in istum monte, audi quid dicat, & ne in ipso remaneas. Audi enim quid sequat: Nunqd Paulus crucifixus est p vobis? Ergo post eaquam leuaueris oculos tuos in montes, vnde veniet auxilium tibi, id est, in authores scripturarum diuinarũ, attende omnibus medullis suis, omnibus ossibus clamãtem, Domine quis similis tibi? vt securus sine vlla iniuria montium dicas: Auxilium meum a domino qui fecit cœlum & terram. Non solum tunc tibi non succensebit montes, sed tunc amabunt, tunc magis fauebunt: si in ipsis spem tuam posueris, contristabuntur. Angelus multa tanquam leuante oculos in montem. At ille se reuocans ad dominum, Noli, inquit, facere, illum adora: nam ego conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. In omnem montem, & in omnem collem, & in omnem faciem terrę dispersę sunt. Quid est in omnẽ faciem terrę dispersę sunt? Omnia terrena sectantes, ea quę in faciem terrę lucent, ipsa amant, ipsa diligunt. Nolunt mori, vt absconda-

Psal. 29. Possumus sanctos homines repsere, sed nõ illis spẽ ponere, sed tm̃ in dño, idẽ super euã. Io. trac. 1. & 4. in To. 9. & ĩ de gr̃a & lib. ar. ad val. c. 4. in 2. To. ho. op. ob id angelus noluit adorari a Io. & Per. Corneliũ & sanctos arguit Psal. 32. Psal. 32. Psal. 32.

se eas pastoribus bonis, pascentibus oues, non se. Viuo ego dicit dominus deus, pro eo quꝫ factæ sunt oues meę in comesturam omnibus bestijs campi, eo quod non esset pastor. Rursus pastorem dicit: & pauloante, & nunc Non ait ex eo quod non sint pastores: ouibus enim talibus male errantibus male pereuntibus non est pastor, & si pſens est pastor: ga & cū pſens est lux, nō cognoscis lucē. Et nō quęrierunt pastores oues meas, & pauerūt pastores seipsos, oues aūt meas nō pauerūt. Propter istud, audite pastores verbum dñi. Hæc dicit dñs deus: Ecce ego super pastores, & requiram oues meas de manibus eorū Audite & discite oues dei: a malis pastoribus inquirit deus oues suas, & de manibus eorum inquiret mortem, earum. Dicit enim alio in loco per eundem prophetam, Filij hominis speculatorem dedite domui Israel, & audies ex ore meo sermonem, & prędmonstrabis eis ex me. In eo cum dixero peccatori, Morte morieris, & non fueris locutus, vt impius caueat a via sua, ille facinorosus in suo facinore morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Tu autem si prænunciaueris facinoroso viam suā vt auertatur ab ea, & non fuerit auersus a via sua, ille in facinore suo morietur, & tu animam tuam liberabis. Quid est fratres? Videtis quam sit facere perniciosum. Moritur ille, & recte moritur, in impietate sua & in peccato suo moritur: Negligentia enim eius occidit eum. Nam pastorem inuenies viuentem, qui ait, Viuo ego dicit dominus deus: sed cum fuerit negligens, nō admonente illo qui adhoc est prępositus & speculator, vt admoneat, & ille iuste moritur, & iste iuste damnatur. Si autem dixeris, inquit, impio, morte morieris: cui ego furo gladium comminatus, & ille neglexerit vitare imminentem gladium, & venerit gladius interfecerit eum: ille in peccato suo morietur, tu autem animam tuam liberasti. Propter hoc ad nos quidem pertinet non tacere: ad vos autem si taceamus, de scripturis sanctis verba pastoris audire.

Ezech.3.

Malus pastor nō reddet de erratibus ouibus.

CAP. X.

VIDEAMVS ergo, quia sic proposueramus, vtrum auferat oues pastoribus malis, & det eas pastoribus bonis. Video eū auferentem oues a pastoribus malis: Hoc enim dicit dominus, Ecce egoipse super pastores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auertam ab eis vt non pascant oues meas, nec pascent amplius pastores semetipsos. Cum enim dico, pascant oues meas, illi se pascunt non oues meas. Auertam vt non pascent oues meas. Quomodo auertit vt non pascant oues ipsius? Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt facere nolite. Tanquam diceret, mea dicunt, sua faciunt. Si diceret, Facite securi quod faciunt, ipsos damnabo male viuentes vobis

Matth.23.

4 De doc. christ. 20. vsq; in finem

vobis autem parcam qui secuti estis præpositos vestros libri in To. 3. & Si hoc diceret, deterret malos pastores, pascētes nō oues in. 1. To. ho. op.
sed se, Sed quoniam terret non solum cæcum ducentem sed, & cæcum sequentem (Neque enim ait, Cadit in foue Matth. 15.
am ducens, non cadit sequens: sed, Cæcus cæcum ducens ambo in foueam cadunt) admonuit oues, & ait, Quæ dicunt facite: quę autem faciunt, facere nolite. Cum enim non facitis quę faciunt mali pastores, non vos ipsi pascunt: cum facitis autem quæ dicunt, ego vos pasco: Mea enim dicunt, & non faciunt. Securi, inquiunt, sequi mur episcopos nostros. Dicunt hoc sæpe hæretici, quando Veritate manifestissima conuincuntur. Nonne oues sumus? Illi de nobis reddent rationem. Reddent plane malam de morte vestra. De morte ouis malignę reddet malus pastor malam rationem. Nunquit ideo viuit ouis quia assignatur pellis ipsius? Increpatur pastor, quia neglexit ouem errantem, & propterea in fauces lupi irruit vt deuoraretur. Quid illi prodest, quia affert pellē signatam? Paterfamilias vitam ouis inquirit, Sed ecce malus pastor attulit pellem, reddat de pelle rationem. Forte mē iturus est. Videbat desuper, qui postea iudicat. Cui verba illa ficta numerat, cogitationes inspicit. Reddat pastor malus rationem de pelle ouis mortuæ. Clamaui ei verba tua, & sequi noluit: dedi operam vt a grege non aberraret, & non obtemperauit. Plane si hoc dicat, & verum dicit: nouit autem ille vtrum verum dicat: reddit bonam rationē de oue mala. Si autem inspicit deus quia neglexerit errantem, quia non quæsiuit peruntem, quid prodest quod inuenit pellem quam referret? Ipsam reuocaret, ne pellem mortuæ demonstraret. Si ergo non bonam rationem reddit, quia non quæsiuit errantem, quālem reddet qui fecit errantem? Hoc est quod dico. Si in catholica constitutus episcopus non bonam rationem reddit de oue, si non quæsierit errantem de grege dei: qualem rationem redditurus est hæreticus, qui non solū nō reuocauit ab errore, sed etiam impulit in errorem? Sed videamus vt dixi, quomodo reuocet deus oues a pastoribus malis. Iam commemoraui, Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite: Et non vos ipsi pascunt, sed deus, quia velint nolint pastores vt perueniant ad Roma. 2.
lac & lanā, verba dei docturi sunt. Qui pdicas nō furandū furaris: dicit Apostolus ad eos q bona dicūt, & mala faciūt. Tu audi prędicātē, ne fureris: noli imitari furātē. Si furātē imitari volueris, ipse te pascet facto suo: tibi venenū subministrat, nō cibū. Si vero hoc ab illo audis qđ nō dicit de suo, sed de deo, nō pōt qdē vua de spinis legi. Matth. 7.
Nā & ipsius domini sententia est, Nemo colligit de spinis vuam, & de tribulis ficus. Nec ideo tamen quasi calūnie

ris

ris domino tuo & dicas, Domine monuisti me, quia fieri non potest, de spinis legere vuam: & rursus dixisti mihi de quibusdam, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite nempe mala facientes vtique spinę sunt. Quomodo vis de spinis me colligere vuam verbi tui? Respondebitur, Non est illa vua spinarum: sed aliquando increscens sarmentum implicat se in sepem, & pendet vua inter densa spinarum, sed non surgit de radice spinarum. Tu si esurieris, & aliud nō habes vnde sumas, caute manum mitte ne lacereris a spinis, id est, ne facta imiteris malorum: & lege vuam inter spinas pendētem, sed de vite nascentem ad te perueniat botri alimentum, spinis seruatur ignis tormentum.

Errante pastore bonis ouibus pastor nō deest.

CAP. XI.

Ezech. 34.

Psal. 13.

ET extraham, inquit, oues meas de ore eorum & de manibus eorum, & non erunt eis adhuc in cibum. Hoc & in psalmo dicitur, Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorāt populum meum vt cibū panis? Et non erunt eis adhuc in cibum: quoniam hęc dicit dominus deus, Ecce ego ipse abstuli a malis pastoribus oues, monendo, vt dixi, ne quod faciunt, faciant: id est, ne quod faciunt mali pastores, faciant incaute negligētes oues. Et quid ait? Cui dat quod illis abstulit? Forte bonis pastoribus. Non hoc legitur. Et quid dicemus fratres? Nonne sunt pastores boni? Nonne alio loco scripturarum dicitur, Et constituam eis pastores secundum cor meum, & pascent eas cum disciplina? Quomodo ergo oues quas malis pastoribus tollit, non dat bonis; sed tanquam omnino nusquam remanserint boni, dicit, Ego pascam? Petro dixerat, Pasce oues meas. Quid ergo facimus? Cum Petro commendantur oues, non ibi dixit dominus, Ego pascam oues meas, non tu: sed Petre amas me, pasce oues meas. An forte quia modo non inuenitur Petrus, iam enim assumptus est in requiem apostolorum & martyrum, non est cui dicat securus dominus ouium, pasce oues meas: Et quodammodo quasi necessitate descendit ad officium pascendi oues suas, non habens quibus commendet, nec tamen deserens. Hoc eum videtur sequi. Hæc dicit dominus deus, Ecce ego ipse. Cui dicebamus, Qui pascis Israel inten de, qui deducis tanquam oues Ioseph, populum in Ægypto constitutum. Iam diffusis in gentibus Israel, ipse est Ioseph. Nostis enim quia migrauit Ioseph in Ægyptum: vendentibus fratribus factum est. Venditerunt Christum Iudęi, non sine cause & inter Apostolos ipse Iudas vēditor fuit. Cœpit esse Christus in gētibus, ibi honoratus est, ibi creuit populus eius non eum deseruit pastor eius. Excita, inquit, potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos. Plane facit & faciet. Ait enim, Ecce ego ipse, & inquiram oues meas, & visitabo

Iere. 3.

Ioan. 21.

Sup. euā. Io. trac. 123. & 124. in Tom. 9.

Psal. 79.

Gen. 27.

tabo eas sicut visitat pastor gregem suum. Non curauerūt mali pastores: non enim suo sanguine redemerunt. Sicut visitat, inquit, pastor gregem suum in die. In quali die? Cum fuerit nimbus & nubes, id est, in pluuia & in nebula. Pluuia & nebula, error seculi huius: caligo magna surgens de cupiditatibus hominum, & nebula valida contegens terram. Et difficile est, vt non erreut oues in ista nebula, sed pastor non deserit eas. Inquirit eas, penetrat nebulam oculis acutissimis, non impeditur caligine nubium. Videt vndique, errantem reuocat, intantum vt fiat quod dictum est in euangelio, Quæ sunt oues meæ, audiun vocem meam, & sequuntur me. In medio ouium dispersarum, sic inquiram oues meas, & educam eas ab omni loco quo dispersę sunt illic, in die nubis & nimbi. Quando difficile est eas inueniri, tunc ego inueniam. Grassa nebula est, pinguis nimbus est: oculos eius nihil latet. Et educam eas de gentibus, & colligam eas de regionibus, & inducam eas in terram earum, & pascam eas super montes Israel. Constituit montes Israel, authores scripturarum diuinarum. Ibi pascite, vt secure pascatis. Quicquid inde audieritis, hoc vobis bene saplat: quicquid extra est, respuite, ne erretis in nebula. Audite vocem pastoris: colligite vos ad montes scripturæ sanctæ. Ibi sunt delitiæ cordis vestri, ibi nihil venenosum, nihil alienum, vberrima pascua sunt: vos tantum sanæ venite sanæ pascimini, In montibus Israel & in riuis, & in omni habitatione terræ: A montibus enim quos ostendimus, manauerunt riui prædicationis euangelicæ, cum in omnem terram extuit fonus eorum: & facta est omnis habitatio terræ ad pascendas oues lætæ atque fœcundæ. In pascuis bonis pascam eas, & in montibus altis Israel. Erunt stabula earum illic, hoc est, vbi requiescant, vbi dicant: Bene est, verum est, manifestum est, non fallimur. In gloria dei requiescent, tanquam in stabulis illis: & dormient, hoc est, requiescent in delitijs bonis, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Iam dixi, montes Israel montes bonos, quo leuamus oculos, vt in de auxilium nobis ueniat. Sed auxilium nostrum a domino qui fecit cœlum & terram. Ideo ne vel in montibus bonis esset spes nostra, cum dixisset, Pascām oues meas super montes Israel: rursus ne tu spem poneres in montibus, subiecit statim: Ego pascā oues meas. Leua tu oculos tuos in montes, vnde veniat auxilium tibi, sed attende dicentem: Ego pascam. Auxilium enim tuum a domino qui fecit cœlum & terram. Et ego requiescere faciam eas dicit dominus deus. Sed vt requiescere faciat, quid primo curauit? Quod enim primo curauit, posterius dicit: Hæc dicit dominus deus: Quod perijt, requiram, & quod

Ioan. 10. Xps suas educit oues, & ab erroribus liberat, atq; illas seruat Io. 10. & i de cor rep. & grā. 7. in To. 7. & infra i isto To. 3, op. & sup. ps. 55. i T. 8.

Psal. 120.

errauit, reuocabo, & quod comminutum est, colligabo, & quod exanime est, confortabo, & quod pinguescit & forte, custodiam. Quod non faciebant mali pastores, sibi ipsos pascentes, non oues. Non ait dominus, cōstitue alios bonos pastores qui faciant hæc: sed, ego, inquit, faciam, oues meas nulli cōmitto. Securi vos fratres, securę vos oues: nobis videt timēdum, quasi desit pastor bonus.

Christus cum iudicio discernit oues suas.

CAP. XII.

ET addit sic, Et pascam eos cum iudicio. Vide, quia solus pascit cum iudicio. Quis enim homo iudicat de homine? Temerarijs iudicijs plena sunt omnia. De quo desperauimus, subito conuertitur; & fit optimus: de quo multum præsumpsimus, subito deficit & fit pessimus. Nec timor noster certus est, nec amor noster certus est. Quid sit hodie quisque homo, vix nouit ipse homo: tamē vt cuncta ipse quid hodie, quid autem cras, nec ipse. Pascit ergo ille cum iudicio, dispertiens propria propriis: hęc istis, illa illis: debita eis quibus debetur hoc aut illud. Nouit enim quid agat: cum iudicio pascit, quos iudicatos redemit. Pascit ergo ipse cum iudicio. In propheta enim Hieremia ait, Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas non cum iudicio. Contra illa perdicem fācientem diuitias suas non cum iudicio, pascua iste pastor cum iudicio. Quare ille sine iudicio? Quia congregauit, quæ non peperit. Quare iste cum iudicio? Quia fouet quod peperit. De pastore tamen bono loquimur. Pastores boni aut non sunt, aut latent. Si non sunt, quid agimus? Si latent, quare de eis tacetur? Perdix quidem ille a quibusdam maioribus, & ante nos scripturarum tractatoribus diabolus intellectus est: congregans quæ non peperit. Non enim ille creator, sed deceptor est, faciens diuitias suas non cum iudicio. Non enim ad eum pertinet, quis isto aut illo modo erret: omnes errantes vult quibus liber erroribus, Quam diuersę sunt hereses, quam diuersi errores, ille in omnibus vult errare homines. Non dicit diabolus, Donatistæ sunt, & non Arriani: siue hic sint siue illic, ad eum pertinent congregantem sine iudicio. Idola, inquit, adoret, meus est: in Iudæorum superstitione remaneat, meus est: deserta vnitate in illam vel illam hæresim pergat, meus est. Congregat ergo, sine iudicio faciens diuitias tuas, sed quid sequitur? In dimidio dierum eius derelinquent eum: & in nouissimis suis erit insipiens. Venit ille congregans vndiq; oues suas. In dimidio dierum eius, prius quam sperabat, aut quam putabat, derelinquet eum, & erit insipiens in nouissimis suis. Quare in primis suis sapiens erat, & in nouissimis suis sit insipiens? Audite fratres, Dicitur aliquid in scripturis sapientia pro astutia abusione verbi non proprietate. Vnde etiam dicitur, Vbi sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Et iste per diabolum, id est, draco, id est serpens tanquam sapiens erat, quando Adam per Euam decepit: verum dicere putatus est, bonum consilium dare existimatus est, contra deum creditus est. Quo ducuo dicitur sapientia abusione verbi & in malo, cōsuetudine quidem scripturarum nostrarū: nā quemadmodum loquantur authores mundi, quid ad nos? Habes in eodē libro, Erat ibi serpēs sapientior omnibus bestijs. Iste sapientior omnibus bestijs, astutus & acutus ad decipiēdum agnoscitur. Postea nō et creditur: & dicitur et, & enūciamus tibi, sufficit quod incautos primo decepit. Ergo ita erit in nouissimis suis insipiēs: aperte erunt fraudes eius, & ideo iam fraudes nō erūt. In nouissimis suis erit insipiens: qui cōgregauit quę nō peperit, et fecit diuitias suas nō cum iudicio. Pascit contra illum redemptor noster cum iudicio. Existat aliquis hereticus, & si non frater diabolo, certe adiutor & filius: & ipsum diuerśim perdicem contentiosum animal. Hoc enim animal, vt auceps norunt, etiam contendendi studio capitur. Contendunt isti contra veritatem, & contenderunt ex quo se diuiserunt. Modo dicunt, contendere nolumus. Quia iam capti sunt, nolunt contendere. O capre, aliquā do tu eras qui primis temporibus seditionis tuæ tradito res arguebas, innocentes damnabas, iudicium imperato ris quærebas, iudicio episcoporum non cōsentiebas, vicinus totiens appellabas, apud ipsum imperatorem studiosissime litigabas, congregabas quę non peperisti. Vbi est hunc ceruix tua? Vbi lingua tua? Vbi fibulus tuus? Certe in nouissimis suis factus es insipiens, pauisti sine iudicio. Non enim verum vis, vel de errore tuo, vel de veritate iudicare. Pascit contra te Christus cum iudicio, discernit oues suas ab ouibus non suis. Quę sunt oues meę inquit, audiunt vocem meam, & sequuntur me.

Deus foues ęs ęterna pdestinatiōe pepit, Eph. 1. & in de pdest. sanct. 18. infra in isto, 3. To, opus.

Sapiēcia in scripturis aliquādo pro astutia, Iesai. 33.

1. Cor. 1.

Gen. 3.

Christus oues suas iudicio discernit, idē suos Buang. Ioan. trac. 22. & trac. 43. & trac. 52. i Tom. 9.

Ioan. 21.

Xps petro cui rā gregis cōmisit, vt non eos gignat, atque constituat. Vtique si tēs unitatē eccle lię comendauit,

Nō desunt ouibus boni pastores.

CAP. XIII.

HIC inuenio omnes pastores bonos in vno pastore. Non enim vere pastores boni desunt, sed in vno sunt. Multi sunt, qui diuisi sunt. Hic vnus prædicatur, quia vnitas commendatur. Neque enim vere modo ideo tacentur pastores, & dicitur pastor, quia non inuenit dominus cui commendet oues suas: tunc autem ideo commendauit, quia Petrum inuenit. Imo vero & in ipso Petro vnitatem commendauit. Multi erant apostoli, & vni dicitur, Pasce oues meas. Absit vt desint modo boni pastores, absit a nobis vt desint, absit a misericordia ipsius vt non eos gignat, atque constituat. Vtique si tēs unitatē eccle lię comendauit, sunt bonæ oues, sunt & boni pastores: nam de bonis

nã petrus totius ecclesiæ typũ gestabat, et loco oĩum illũ interrogabat Xps i. 1. retrac. 23. i. 1. T. ho. op. & sup Luang. Mat. 10 10. trac. 123. & 124. i T. 9. & in de ỹbis dñi serm. 7. &. 8 in Tom. 10. Hier. 9. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Ioã. 3.

ouibus sunt boni pastores, Sed omnes boni pastores in vno sunt, vnum sunt. Illi pascunt, Christus pascit. Non enim vocem suam dicunt amici sponsi, sed gaudio gaudẽt propter vocem sponsi. Idem ergo ipse pascit cum ipsi pascunt: & dicit, Ego pasco: quia in illis vox ipsius, in illis charitas ipsius, Nam & ipsum Petrum, cui commendauit oues suas quasi alter alteri, vnum secum facere volebat vt sic ei oues commendaret, vt esset ille caput, ille figuram corporis portaret, id est, ecclesiæ, & tanquam sponsus & sponsa essent duo in carne vna. Proinde vt oues commendaret, quid illi prius dicit, ne illi tanquam alteri commendaret? Petre amas me? Et respondit, Amo. Et iterum. Amas me? Et respondit, Amo. Et tertio, Amas me? Et respondit, Amo. Confirmat trinitatem, vt consolidet vnitatem. Ipse ergo pascit vnus in his, & hi in vno, & tacerur de pastoribus: sed non tacetur, Gloriantur pastores, sed qui gloriatur in domino glorietur. Hoc est Christo pascere, in Christũ pascere: & cũ Christo pascere, præter Christum non sibi pascere. Neque enim vere inopia pastorum tanquam ista futura mala tempora Propheta prædicaret, dixit, Ego pascam oues meas, non habeo cui commendem. Etiam cum ipse Petrus erat, & cum adhuc ipsi apostoli erant in hac carne & in hac vita, tunc ait ille vnus, in quo vno omnes vnum, Habeo alias oues quæ non sunt ex hoc ouili, oportet me & has adducere, vt sit vnus grex & vnus pastor. Sint ergo omnes in pastore vno, & dicant vocem pastoris vnam, quam audiant oues & sequantur pastorem suum, & non illum, aut illum, sed vnum: & omnes in illo vnam vocem dicant, diuersas voces non habeant. Obsecro vos fratres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Hanc vocẽ etiquatam ab omni schismate, purgatam ab omni hæreti audiant oues, & sequantur pastorem suum dicentẽ, Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Nam vis nosse hęretice quam non habeas vocem pastoris, & periculose te sequantur oues tectum indumẽto ouium, & intus lupum rapacem? Audiant vocem tuam, videamus an Christi sit, ecclesiam quęrit infirma ouis a grege aberrans, nesciens vbi sit grex, quęrit quo se aggregei, quo intret ædere, vocẽ audiamus an Christi sit: audiamus vtrum agni sit, an perdicis. Ouis dei gregem suum quęrit. Puta ouem de Oriente venisse in Africam, quęrit gregem suum, incurrit in te, in basilicam tuam intrare vult: como ueris ignota facie, vel iu, vel minister tuus, stans vel sedens ad ostium, interrogat ouem quærentem gregem suum, imo gregem dei: cum grege suo intrare vult, vbi eum esse putat. Quæris, Paganus es an Christianus? Respondet, Christianus. Quis est enim dei, Quæris ne for-

Ioan. 10.

Matth. 7.

te catechumenus sit, & irruat sacramentis. Respondet, Fidelis. Quæris cuius communionis sit. Respondet, Catholicus Christianus. Si fidelem catholicum reprobas, qui sunt quos intus tenes? Ita vero proijce, reproba. A te reprobatus, a Christo probatur. Vtinã & illi qui sunt apud te cognoscant te, & in domino dierum tuorum derelinquant te. Quidam fratres nostri hesterno diei ierunt ad basilicam eorum: & si ad malos fratres, tamen ad fratres. Attendite fratres mei, quid interfit inter fiduciam veritatis & timorem falsitatis. Quando aliquos eorum in hoc populo agnoscitis, quomodo gauderis, quia in vobis ille est qui perierat? Suggeritur aliquando vobis, Audiet & discedet. Et vos, Audiat & discedat. Audiet & irridebit. Audiat & irrideat. Aliquando sapiet, aliquando agnoscet, aliquando relinquitur a populo suo, remanet cum corde suo, renunciat errori suo, gratias agit deo suo. Illi autem quid? Qui estis? Christiani sumus. Non, sed exploratores. Et illi, Catholici sumus. Conati sunt iniuriare meliore consilio pœnituit eos. Atque vtinam sic pœniteat & ibi remanere, quomodo pœnituit eos qui ingressi sunt iniuriare. Tamen quos proiecerunt, Christianos fideles, catholicos. Quos tenuerunt, nolo dicere. Quos proiecerunt video, quos tenuerunt ipsi dicant. Dicant ergo vocem suam. Videamus an Christi sit vox, an pastoris sit vox, quam sequantur oues. Siue per bonum sit vox ista, siue per malum hominem: vtrum pastoris sit vox, attendamus.

Ecclesia Christi vbiq; diffusa. CAP. xiiii.

QVAERIT infirmus Ecclesiam, quærit errans Ecclesiam. Tu quid dicis? Partis Donati est Ecclesia. Ego vocem pastoris inquiro. Lege hoc mihi de Propheta, lege mihi de Psalmo, recita de lege, recita de Euangelio, recita de Apostolo. Inde ego recito Ecclesiam toto orbe diffusam & dominum dicentem, Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Quæ est vox pastoris? Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Ecce vox pastoris, agnoscere & sequere si ouis es. Sed illi codices tradiderunt, & illi thus idolis posuerunt, ille & ille. Quid ad me de illo & de illo? Si fecerunt, ille & ille. Quid ad me de illo & de illo? Si fecerunt, non sunt pastores: tu vocem pastoris edicito, quia nec de illis vocem pastoris annuncias. Tu accusas non euangelium, tu accusas non propheta, non Apostolus: de quo mihi vox ista loquitur, de illo credo, alijs non credo. Sed acta proferes, acta profero. Credam tuis, crede & tu meis. Non credo tuis, noli credere meis. Auferantur charte humanæ, sonent voces diuinæ. Aede mihi vnam scripturæ vocem pro parte Donati, audi innumerabiles pro orbe terrarũ. Quis eas numerat? Quis eas terminat?

Ioan. 14.

Luc. 24.

Tamen vt pauca commemoremus, legem attende, primā dei testamentum, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et in psalmo, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ: & adorabunt in conspectu eius vniuerse patrie gentium. Quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi. Quis enumerare sufficiat? Prope omnis pagina nihil aliud sonat quam Christum & ecclesiam toto orbe diffusam. Exeat mihi vna vox pro parte Donati. Quid magnum est quod quæro? Ecclesiam toto orbe diffusam periturā esse dicunt. Peritura predicta est tot testimonijs munita? Nec vna vox ista per legem, per prophetas, per cantica pastoris est. Nec enim illi nisi rum dicere sine verbo dei potuerunt, quod est Christus? Audi vocem verbi, & ex ore verbi miratus fidem Centurionis, Amen, inquit, dico vobis, nō inueni tantam fidem in Israel. Propterea dico vobis, quia multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Ab oriente multi & occidente venient. Ecce ecclesia Christi, ecce grex Christi: tu vide si ouis es. Nō enim te latet grex qui vbiq; est. Nō habebis quid respondeas iudici tuo, quem non vis esse pastorem tuum: non habebis, inquam, quod respondeas iudici tuo, Nescioui, non vidi, non audiui. Quid est quod nō scisti? Nec est qui se abscondat a calore eius. Quid est quod non vidisti? Viderunt omnes fines terræ saluare dei nostri. Quid est quod non audisti? In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed recte a vobis quæritur vox Christi, vox pastoris, quam oues audiant & sequantur. Non inuenitis quid dicatis, vocem pastoris non habetis. Audite & sequimini. Dimitte vocem lupi, sequimini vocem pastoris, aut date vocem pastoris.

Gen. 2.
Psal. 2.
Matth. 8.
Psal. 18.

Ecclesia Christi nō tm in africa, sed vbiq; in toto orbe terrarū diffusa. CAP. XV.

DAMVS, inquiunt. Audiamus. Damus & nos vocem pastoris. Audiamus. In canticis, inquiunt, canticorū loquitur sponsa ad sponsum, ecclesia ad Christum. Nouimus cantica canticorum sancta, cantica amatoria: cantica sancti amoris, sanctæ charitatis, sanctæ dulcedinis. Plane volo inde audire vocem pastoris, vocē dulcissimi spōsi. Ecclesię quid habes, audiamus. Spōsa, inquiūt, dicit ad sponsum, Annuncia mihi quē dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas? Et ille, inquiunt, respondet, In meridie. Manifesta tibi testimonia proferam, non erit quemadmodum aliter interpretaretis: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Cant. 1.
Psal. 2.

terræ: Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. Quid est quod mihi de canticis canticorum profers, quod forte non intelligis? Etenim illa cantica canticorum ænigmata sunt, paucis intelligentibus nota sunt, paucis pulsantibus aperiuntur. Tene, & deuore accipe aperta, vt merito tibi pandantur obscura. Quomodo eris penetrator obscurorum, contemptor manifestorum? Ecce tamen vt possumus fratres, hæc verba discutiamus: aderit dominus vt videatis ibi sanum intellectum. Primo, quod omnibus & imperitis facillime iudicatur, verba ipsa male distinguunt. Nunc audietis, nunc probabitis. Etenim sic se habet textus ipse lectionis: Sponsa loquitur ad sponsum, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas. Quod sponsa sponso dicat, quod Ecclesia Christo dicat, nec nos dubitamus nec illi. Sed omnia verba sponsæ audiūs. Quare verbum quod adhuc sponsæ est, vis tribuere iam sponsoe? Omnia quæ dicit sponsa, dic: tunc respondebit sponsus. Audi euidentius hanc distinctionem quam dicturus sum, non inuenies aliquid plus, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie. Ipsa ad huc dicit, vbi pascis, vbi cubas in meridie. Et vide quia ipsa ad huc dicit. Sequitur enim, Ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum. Puto omnes peritos imperitosque discernere genus masculinum, & fœmininum. Operta, quæro cuius generis sit: ab omni homine quæro, Masculini est, an fœminini? Annuncia, inquit, mihi quem dilexit anima mea. Quem cum dicit, masculum alloquitur, sponsum alloquitur. Quia vero fœminea virum alloquitur, consequentia verba indicant, Annuncia mihi, vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne forte fiam sicut operta. Audi tu operta, vt fiant tibi hæc aperta. Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorū. Hucusq; verba sponsę. Iam incipiunt verba sponsi de manifesto, Nisi cognoueris temetipsam. Agnoce euidenter fœminā. Temetipsam o pulchra inter mulieres. Nisi cognoueris temetipsam o pulchra inter mulieres, exitu in vestigijs gregū, & pasce hedos tuos in tabernaculis pastorum, nō in tabernaculo pastoris. Vide quo modo comminetur sponsus: vide quemadmodum in periculo, quāuis ille dulcis, abstulit de medio blandimenta. Quam blande illa? Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie. Venit. n. medius dies, quando ad vmbracula concurrant pastores, & forte latebit me vbi tu pascis, & vbi cubas in meridie, & tuo ioco mihi annuncies ne forte fiā sicut operta, id est, sicut occulta & non cognita. Ego. n. manifesta sum: sed ne sicut

occulta sicut celata incidam super greges sodalium tuorum. Omnes enim hæretici a Christo exierunt, omnes qui facti sunt pastores mali, habentes greges suos sub nomine Christi, illius sodales fuerunt, illius conuiuium acceperunt. Sodales enim dicuntur tanquam vnius conuiuij. Latina enim lingua sic dicti sunt sodales, quasi simul edales, eo quod simul edant. Audi illum in Psalmo arguē tem sodales malos, id est, vnius conuiuij, Si inimicus, inquit, meus maledixisset mihi sustinuissem vtique, & si super me magna locutus fuisset, abscondissem me vtique ab eo: tu vero Vnanimis & notus meus, dux meus qui simul mecum dulces capiebas cibos. Ergo multi sodales ingrati mense dominicæ exierunt foras: mali sodales fecerunt sibi mensas suas, & erexerunt sibi altaria contra altare, in eos ista timet errare. Et si putas quia meridies Africa est, quanquam possem opinari magis mundi meridiem esse partes Aegypti, & illas exustas sole regiones vbi pluuia non apparet, quia ipse est meridies vbi feruet medius dies: ibi autem eremus plena milibus fernorum dei. Vnde si ad meridiem locorum velimus aduertere, quare non ibi pascat magis ille & ibi requiescat, quando ante prædictum est, Vbera erunt deserta eremi? Sed ecce consentio, Africa sit meridies. Hic sunt sodales mali. Ecclesia transmarina in aliquo suorum nauigante, in Africa sollicita ne erret, inuocat sponsum suum, & dicit ei, Abundare audio hæreticos in Africa, abundare audio rebaptizatores in Africa, esse autem ibi tuos non minus audio. Et illud audio, & hoc audio: sed qui sint tui, a te Volo audire, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie: in illo meridie vbi audio duas partes esse, vnam Donati, alteram toto orbe tuo cohærētem. Tu dic mihi quo eam, ne forte velut operta, id est ignota, fiam super greges sodalium tuorum, & incurram in greges hæreticorum, conantes ponere lapidem super lapidem qui destruatur, ne irruam in rebaptizatores, annuncia mihi. Et ille qui commendat vnitatem pastoris, qui in hac lectione dixit, ego pascam: pastores autem reprobat, qui multi esse voluerunt, vnitatem amiserunt: seuerissime non blande respondens, sed pro magnitudine periculi, Nisi cognoueris, inquit, temetipsam o pulchra inter mulieres. Pulchra es inter mulieres, sed agnosce te. Vbi te agnosces? In toto orbe terrarū Si, n put chra, vnitas est in te: vbi diuisio, fœditas est, nō pulchritudo. Nisi cognoueris temetipsam. In me eredidisti, agnosce te in me. Quomodo credidisti? Quomodo & illi mali sodales consentiunt verbum carnem factum, natum ex virgine, crucifixū, resurrexisse, ascēdisse in cœlos, Si talem me credidisti: talem & illi sonant. Cognosce tu & me

Sodales

Psal. 54.

meum cœlo, et in toto orbe terrarum. Vnumquemlibet ex ecclesia tanquam ecclesiam Christus alloquitur. Nam quomodo Ecclesia quærit Ecclesiam? Secūdum ipsos loquor. Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas? Quid quærit? Ecclasiam. Et ille tanquā offendens Ecclesiam dicit In meridie, sicut illi volunt. Respondeat mihi, quomodo Ecclesia quærat Ecclesiam Annūcia mihi quem dilexit anima mea. Quę loquitur? Ecclesia. Quid sibi vult annunciari? Vbi pascis vbi cubas, id est, vbi sit ecclesia. Ecclesia loquitur & interrogat, vbi sit Ecclesia: & respondet ille, vt putant, In meridie. Si in solo meridie est, vt dicunt, in Africa, quomodo ipsa interrogat vbi ipsa sit? An vero portio Ecclesiæ transmarinæ bene interrogat de meridie ne hic erret? Alloquitur vnumquoque membrorum Ecclesię suæ Christus, tanquam suam ecclesiam, & dicit, Nisi cognoueris temetipsam o pulchra inter mulieres. exi. Exire hæreticorum est. Aut cognosce te, aut exi: quia si te non cognoueris, exitura es. Exitura quo? In uestigijs gregum, sequendo malos greges. Ne forte putes quia oues sequeris si exis: audi quid sequitur, Exitu in vestigijs gregum, & pasce hædos tuos, iam non oues. Nostis fratres, vbi erūt hædi? Ad sinistram erunt omnes qui exierunt ab Ecclesia. Manenti Petro dicitur, Pasce oues meas: exeunti hæretico, pasce hædos tuos. Est, inquiunt, & illud testimonium nihilominus contra te. Dic, audiamus. Erit sic cōtra te qūo hoc putabas pro te. Si meridiem, inquiunt, interpretaris Ægyptum: multis quidem modis interpręta eur meridiem, & Ægyptum possumus ad locum mundi & ipsam Africam sic intelligere. Audi quid intelligam p meridiem, intelligo feruorem spiritaliū, flagrantem igne charitatis, splendentem lumine veritatis. Nam dicitur in quodam Psalmo, Dexteram tuam notā fac mihi, & eruditos corde in sapientia. Dexteram, non hædos: & eruditos corde in sapientia, ipsi sunt meridies. Vnde dicitur a propheta, Et tenebræ tuæ sicut meridies erunt. Multis ergo modis possumus intelligere meridem, sed prorsus Africam intelligo. Accipio a te aliquid forte melius quā sapere rem, nisi a te comme morarer, Africa sit meridies, Timet Ecclesia transmarina incidere in rebaptizatores, timet incidere tanquam ignota in greges sodalium, quærit ab sponso suo vt annuncier illi vbi pascat, vbi cubet in meridie: quia in ipso meridie in alijs pascit, in alijs nō pascit, in aliis cubat, in alijs non cubat. Audiat consilium, veniat ad catholicam Ecclesiam, non incurrat in greges sodalium, non pascat hædos suos. Sed dic aliud quod te dicebas esse dicturū. Propheta, inquit, ait, Deus ab Africo veniet. Et iam vbi Africus, vtique Africa. O

Matth. 25.

Ioan. 21.

Psal. 89.

Esaiæ. 58.

testimonium

Abac.3. testimonium, Deus ab Africo veniet. Ab Africa veniet deus? Alterum Christum in Africa nasci, & ire per mundum hæretici annunciant. Rogo quid est, Deus ab Africo veniet? Si diceritis, Deus in Africa remansit, vtique turpiter diceritis: nunc autem etiam ab Africa veniet dicitis christus. Nouimus vbi sit natus Christus, vbi sit passus, vbi in cœlum ascenderit, vnde discipulos miserit, vbi eos spiritu sancto repleuerit, vbi per totū mundū euangelizare miserit, & obtemperauerunt ei, & adimpletur orbis terrarum Euangelio, & tu dicis, Deus ab Africa veniet? Ergo tu mihi, inquit, expone, qd est deus ab Africo veniet. Dic totum, & fortassis intelliges. Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso. Tu mihi expone si iam ab Africa, quo de monte vmbroso? De Numidia nata est pars Donati, ipsi missi sunt primi in dissensionem et tumultum, & scandalum, quærentes ingens vulnus. Numidiæ miserunt, Secundus Tigisitanus misit. Vbi sit Tigisi, notum est. Qui missi sunt clerici, extra congregauerunt ab Ecclesia, ad clericos Carthaginis accedere noluerunt: visitatorē posuerunt, a Lucilla suscepti sunt. Author totius huius mali Numidia, hereticus fuit in Numidia, vnde vērū est huc. Cū tāto malo vitiarū vix inuenitur, cū incolis habitāt. Quomō mōs vmbrosus i Numidia? Dic mihi noli hucusq; recitare, Deus ab Africo: exigo & sequentia, Et sanctus de monte vmbroso. Sed ostēde mihi partem Donati a Numidia, de monte vmbroso venire. Inuenis nuda omnia, pingues quidem campos, sed frumentarios: non oliuetis fertiles, non cæteris nemoribus amœnos. Vnde ergo mōs vmbrosus in Numidiæ partibus, Vnde hoc scandalum veniet?

Ex hierusalē venit Christus. CAP. XVI. Luc.24. TV mihi, inquit, ergo expone quid est, deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso. Vide qm facile exponā: Primo illud audi qđ ait dns, Oportebat Christū pati, & resurgere tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitētiā & remissionē peccatorum per oēs gentes, incipientibus ab Hierusalē. Ecce vnde veniet. Incipiētibus cū dixit, inde vtique se in sanctis suis ad alias gētes venturū esse prædixit. Lege diuisionē terræ filiorū Israel in oibus tribubus in libro Iesu Naue, vbi aperte dictū est, Hiebus ab Africo, quę est Hierusalē. Lege, quęre, & inuenies. Vtinā cū inueneris, credas: vtinā animo sitarē depositas. Hiebus ab Africo, quæ est Hierusalē. Et dns, Incipientibus ab Hierusalē: hoc est deus ab Africo veniet. Quomō ergo a mōte vmbroso? Euāgeliū iā lege. De mōte oliueti Christus ascēdit in cœlū. Sequere. Et quid dilucidius? Audis, ab Africo: audisti, de mōte vmbroso. Legē recitamus, Euāgeliū recitamus. Audisti, Incipiētibus ab Hierusalē, audi, p oēs gētes, in eodē ppheta. Sequere verba illa quæ

Luc.24. Act.1.

cūq; ipsisti, vel illa quæ prætermisisti, Deus ab Africo veniet, & sanctus de mōte vmbroso. Cooperiet mōtes vmbra eius, & gloria eius plena est terra. Per oēs ergo gētes incipientibus ab Hierusalem. Quomodo incipientibus ab Hierusalem? Deus ab Africo veniet, & sanctus de mōte vmbroso & condenoso: id est, a monte oliueti vnde ascēdit in cœlum, vnde misit discipulos suos, vbi etiam affuturus ait, Nō. n. vestrū est scire tēpora q̄ pr̄ posuit i sua potestate, sed accipietis virtutem ex alto, & eritis mihi testes. Videre quo incipit Euangelium, Et eritis mihi testes in Hierusalē & in Iudæa & Samaria, & in totā terrā. Et ego deo veniente Christo, & nomē eius, prædicatio Euāgelii eius ab Hierusalē, id est, ab Africo: & a mōte vmbroso, id est a mōte oliueti, per oēs gētes diffamatū est Euangelū. Operiet mōtes vmbra eius, id est, refrigeriū eius, p tectio eius: & laudis eius plena est terra. Cātate ergo cū toth terra cāticū nouū, nō cāticū vetus cū angulo rerę.

Pſal.79. Act.1. Pſal.79. In donatiſtas. CAP. XVII.

DICVNT & aliud, Cyreneus, inquiūt, quid ā Simō angariatus est, vt tolleret crucē dñi. Legimus, sed quid te adiuuet volo scire. Cyrenæus, inquit, A fer est: quare ipse angariatus est qui crucē tolleret. Vbi sit Cyrene, forte nescis, Libya est, pentapolis est, contigua est Africę, ad Orientē magis pertinet, Vel in distributione prouinciarum imperatorū. Cognosce, imperator orientalis mittit iudicē ad Cyrenen. Breuiter respondeo, Vbi est pars Donati, non inuenitur pars Donati. Manifesta veritas conuincit errorē. Det mihi Cyrenen vbi est pars Donati, det mihi partem Donati vbi est Cyrene. Manifestum est enim fratres, in Pentapoli Ecclesiam esse catholicam, partem Donati ibi nō esse. Sed securi irrideamus flendos, & fleamus irridendos. Quid dicis? Meritū Cyrenēsis huius magni cōmemoras, quia tulit crucē domini, & Afrum dicis. Orientalis est. Libya enim duobus modis dicitur, vel ipsa quę proprie Africa est, vel illa Orientis pars, quæ cōtigua est Africæ, & omnino collimitanea. Sed Afer fuerit Cyrenensis, Beatst putas, q̄ angariatus crucē tulerit? Quanto melius forte diceret quis in Arimathia remansisse Ecclesiam Christi, quia Ioseph ille diues ab Arimathia habens ante oculos regnum dei, non angariatus, nō coactus venit ad crucem domini: cum cæteri formidarēt, petiit a Pilato sepeliendum corpus domini, de ligno depositum obsecutus est funeri, in sepulchro condidit, laudatus est in Euangelio? Quia vero de Arimathia fuit iste pius tantum exhimens obsequium corpori domini, in Arimathia remāsit Ecclesia? Aut si magis vos delectat angaria tus, id est, qui cogitur tollere crucem: recte ergo faciunt imperatores catholici, qui vos cogunt ad vnitatem.

Libya duobus modis dicitur.

Recte faciebant imperatores cogētes donatiſtas ad vnitatem.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI.

DE OVIBVS LIBER SIVE HOMILIA.

Nos homines, & oues pascuæ suæ fecit dominus. CAP. I.

VERBA Quæ cantauimus continet professionem nostram, quia oues dei sumus, nec importune poscimus cum lachrymis eius misericordiam cuius oues sumus. Dicimus enim, Ploremus ante dominū qui fecit nos, quoniam ipse est dominus deus noster. Ne quisquam plorans se exaudiri posse desperet commemorata est necessitudo quædam exaudiendi nos deo, quoniā ipse est dominus deus noster qui fecit nos.

Deus nos fecit, & oues pascuæ eius nos fecit.

Ille deus nr: nos populus pascuę eius, et opus manuum eius. Pastores homines, vel etiam patres familias domini pecorum: oues quas habent, non ipsi fecerunt: oues quas pascunt non ipsi creauerunt: noster autem dominus deus, quia deus & creator est, fecit sibi oues quas habeat, & quas pascat, nec alter instituit quas ipse pascit, nec quas ipse instituit, alter pascit. Ploremus ergo ante illum. Neque enim in bono sumus, dum in hoc seculo sumus. Cum enim placebimus domino in regione viuorum, tunc detergentur lachrymæ nostræ, & dicemus ei laudes qui nos exemit de vinculis mortis, pedes nostros a lapsu, oculos nostros a lachrymis, vt placeamus domino in regione viuorum: quia difficile est vt ei placeatur in regione mortuorum. Est autem & hic vnde illi placeamus, eius misericordiam in his deprecando, a peccato nos quantum possumus abstinendo, inquantū autem tunc non possumus consistendo atque plangendo. Ira in hac vita sumus sperantes aliam vitam, plorantes in spe: imo plorantes in re, gaudētes in spe. Profecti ergo in hoc cātico, quia sumus oues eius, populus pascuę eius oues manuum eius: audiamus quid ad nos loquatur, tam quam ad oues suas. Pridem pastoribus loquebatur superiore lectione, presenti autem & hodierna ouibus loquitur. In illis ergo eius verbis, nos cum tremore audiebamus, vos cum securitate. Quid ergo in istis verbis hodiernis? Nunquid vicissim nos cum securitate, vos cum tremore? Non vtique. Primo, quia & si pastores sumus, pastor non solum quod dicitur ad pastores, cum tremore audit,

audit, sed etiam quod dicitur ad oues: si enim securus audit quod ad oues dicitur, non est illi cura de ouibus. Deinde iam & tunc diximus charitati vestrę, duo quædam in nobis esse consideranda, vnum quod Christiani sumus, alterum quod præpositi sumus. Quod ergo præpositi sumus, inter pastores deputamur, si boni sumus. Quod autem Christiani sumus, & nos vobiscum oues sumus. Siue ergo dominus pastoribus loquatur, siue ouibus, nos omnia cum tremore oportet audire: nec recedet sollicitudo de cordibus nostris, vt ploremus ante dominum qui fecit nos.

Pastor ẽ et ouis si bonus sit pastor.

AVDIAMVS itaque fratres, vnde dominus oues suas improbas corripiat, & quid promittat ouibus suis. Et vos, inquit, oues meæ, hæc dicit dominus deus. Prīmo quanta fœlicitas est esse gregem dei, si quis etiā cogitet, fratres: etiam in istis lachrymis, & in istis tribulationibus magnū gaudium concipit. Neque enim in eius grege est quem lupi possunt flagellare, aut cuius somniū possunt capiare prædones. Illi enim dictum est, Qui pascit Israel: de quo dictum, Non dormiet neque dormitabit, qui custodit Israel. Vigilat ergo super nos ille vigilantibus nobis, vigilat & dormientibus nobis. Si ergo de pastore homine securum est pecus hominis, quanta debet esse nostra securitas pascente deo, non tantum qa pascit nos, sed etiam quia fecit nos?

Gaudēdū qa oues dei sumus. CAP. II. Ezec. 34.

Psal. 76. Psal. 127.

VNA est nostra sollicitudo quæ nobis imponitur, audire vocem pastoris: & est nunc tempus audiendi, quia ille nondum assumpsit tempus iudicandi. Qui loquitur modo, tacet. Loquitur enim modo in precepto, tacet in iudicio. Ideo dicit quodam in loco, Tacui, nunquid semper tacebo? Quomodo tacuit, cum hoc ipsum loquendo dixerit? Qui dicit, tacui, nō tacet: qa & hoc ipsum dicere tacui, nō tacere est. Audio ergo te loquētē in tot preceptis, in tot sacramētis, in tot paginis, in tot libris. Audio denięp in hoc ipso qđ dicis, Tacui, nūq̄ semp tacebo? Quomō ergo tacuisti? Quia nondū dico, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: & nondum dico alijs, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius: & nondum hæc ipsa ita dico vt iam prædicaui. Vltimam sententiam quam dicturus est iudex, in tabella descripturus manu sua, vltra quam sententiam nihil iam iudicaturus est, partes non audiunt. Illis foras exeuntibus scribitur, atroniæ sunt ambe partes atq̄ suspensæ, contra quam vel pro qua sententia illius procedat. Magnum secretum iudicis. vnde secretarium nominatur. Magnus timor eorum qui in causa sunt, quid ille cogitet, & quid scribat ignoratur: & homo est, & illi de quibus ille iudicat, vtique homines sunt. Ille autem deus noster

Audienda vox pastoris. CAP. III. Esa. 14. Matth. 25. Similitudo. Psal. 94.

nosser est, & nos populus pascuę eius, & oues manuum eius. Et cum sit ille creator, nos creatura, ille immortalis nos mortales, ille inuisibilis, nos visibiles: noluit nos latere in hac vita, quam vltimam sententiam in fine dicturus sit. Nemo ante dicit, damno, qui vult damnare: nemo ante dicit, ferio, qui vult ferire.

Christus mõ tacet sed non tacebit.

CAP. III.

MAGNA ergo lenitas, magna misericordia, magna mansuetudo: sed si non abutamur patientia eius ad nostram nequitiam, & illo peccata nostra portante, nos quasi faciẽdo ei onus augeamus peccata peccatis, quasi vt ille plus portet qui non laborat cũ portat peccata nostra, quibus adhuc parcit, quia adhuc sustinet, & illusos ostendunt patientiam, nostram cumulant sarcinam: ignoras, inquit, quia patientia dei ad pœnitẽtiam te adducit? Patientia dei illa est quam taciturnitatem vocat, de qua dicit, Tacui, nunquid semper tacebo. Ergo cum arguerer quosdam & diceret, Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterandum, adulteras, &c. an, an diuitias bonitatis eius & longanimitatis contemnis? Quia ille bonus est, quia longanimis, quia videt & tacet, quia videt & sustinet, putas illum iniquum? Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Et vide si semper tacebit, qui modo tacet. Tu autem, inquit, secundum duritiam cordis tui & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Ergo tacet, nunquid semper tacebit? Item dicit post quædam enumerata peccata. Hæc fecisti & tacui, id est, hęc fecisti & non vindicaui, suspicatus es iniquitatem, quod ero tui similis. Et reuera hoc cogitant mali, cum multa fecerint mala, & mali sibi accidere nihil viderint, non tantum placent eis facta sua mala, sed etiam deo placere putant: intãtum procedit impietas. Vt & deum similem sibi existimet impius contemptor. Et cum deus adducat eum monendo, docendo, hortando, & corripiendo ad similitudinem suam: non solum non sequitur similitudinem dei sed deum vult ducere ad similitudinem suam. Hæc est iniquitas maior, dum ipsa peccata, a quibus se non corrigit, deo placere putat. Suspicatus es iniquitatem quod ero tibi similis. Et quid sequitur? Arguam te. Quare hoc? Tacui nunquid semper tacebo? Itaque fratres, quoniam sermo iste qui de ore procedit & me terret & vos: omnes enim vnam spem habemus bonam in illo, & omnes pariter timere debemus, ne illo offenso non inueniamus quod speramus, sed experiamur quod contempsimus: audiamus omnes tanquam oues dei, dũ loquit q tacet, dũ monet nos, & nõdũ iudicat nos q fecit nos, dũ vacat audire, deũ licet & legere.

Ro. 2, Iesai. 42.

Pij cum impijs in ecclesia.

CAP. V.

ET Vos, inquit, oues meæ, hęc dicit dominus deus. Ecce

Ecce ego iudico inter ouem & ouem, & hircos & arietes. Quid hic faciunt hirci in grege dei? In ijsdem pascuis in ijsdem fontibus, & hirci tamen sinistræ distinati dextris miscentur, & prius tolerantur quam separabuntur, & hic exercetur ouium patientia ad similitudinem patiẽtiæ dei. Separatio enim ab illo erit, aliorum ad sinistram aliorum ad dexteram. Nunc autem ipse tacet, tu vis loqui? Vnde ipse tacet? A vindicta iudicij, non a verbo correptionis. Ipse nõdum separat, tu vis separare? Ipse mixta tolerat qui seminauit. Si ante ventilationem frumentum vis esse purgatum, tuo vento pessime ventilaberis. Licuerit dicere seruis, Vis, imus, & colligimus eam? Stomachati sunt enim videndo zizania, & doluerunt segeti bonæ permixta zizania, & dixerunt, Nonne bonum semen seminasti? Vnde ergo apparuerunt zizania? Ille rationem reddidit. Vnde apparuerunt, non tamen permisit vt ante tempus euellerentur: quamuis & ipsi serui stomachati aduertius zizania, consilium tamen & præceptum a domino experierunt. Displicebant illa inter segetem: sed videbant serui, quia si vel in ipsis zizanijs euellendis aliquid sua spõte facerent, ipsi zizanijs annumerarẽtur. A domino expectauerunt præceptum, iussionem regis sui quæsierunt: vis imus & colligimus? Et ille, Non. Et reddidit inde causam, Ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Se dabat eos ab indignatione, nec reliquit in dolore. Graue enim videbatur seruis esse zizania inter frumentum, & vere graue erat. Sed alia est agri conditio, alia quies horrei. Tolera, ad hoc enim natus es: tolera, quia forte toleratus es. Si semper bonus fuisti, habeto misericordiam: si aliquando malus fuisti, noli perdere memoriam. Et quis est semper bonus? Facilius si te deus diligenter discutiat, inueniet te etiam nunc malum, quam tu te semper bonum. Ergo tolerandæ sunt zizania hæc inter frumentum, hirci inter arietes, hædi inter oues. Quid autem ille de frumento? In tempore, inquit, messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate fasciculos ad comburendum ea: triticum autem meum recõdite in horreo. Transiet ergo agri concretio, veniet messis discretio. Exigit nunc dominus de nobis patientiam, quam proponit in se dicens tibi, Ego certe si voluero modo iudicare, nunquid inique iudicabo? Ego certe si voluero iudicare, nũquid falli potero? Si ego qui semper recte iudico, & qui falli non possum, differo iudicij meũ: tu ignoras quẽ admodũ iudicandus sis, audes tam propere iudicare? Videte fratres quemadmodum illis seruis volentibus ante tẽpus eradicare zizania, hoc opus nec in messe cõcessit. Ait enim, In tẽpore messis dicã messoribus: nõ ait, dicam

Ezech. 34.

Matth. 25.

Matth.

Mali patienter tolerandi.

Matth. 13.

dicam vobis. Sed quid si ipsi serui, messores erunt? Non. Nam exponens omnia singulatim, messores ait angeli sunt, Homo ergo carne septus carnem portans, aut forte caro totus, id est, caro corpore, carnalis animo: audes vsurpare officium alienum, quod nec in messe erit tuum? Hoc de separandis zizaniis. De hircis autem quid? Cum venerit filius hominis & omnes angeli cum eo, sedebit in sede gloriæ suę, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eas sicut pastor separat oues ab hędis. Et veniet, & separabit: veniet messis, & separabuntur. Modo ergo tempus separationis nō est, sed tolerationis. Nec ideo ista dicimus fratres, vt corripientes dormiat diligentia, immo vero ne in illud iudicium incauti veniamus, & cęci negligentes cæcitatem nostram subito nos ad sinistram inueniamus, disciplinæ exercea-tur, iudicium non præcipitetur.

Matth.25.

Mō nō ē tps separatiōis sz tolerationis idē super Ioā.trac.22. 43. &.52.in To.9.

Dimittamus vt nobis dimittat.

CAP. VI.

Psal.10.

QVID ergo dominus? Ecce ego iudico inter ouem & ouem, & hircos & arietes. Ecce ego iudico. Magna securitas, ipse iudicat, securi sint boni. Iudicē ipsorum nullus aduersarius corrumpit, nullus aduocatus circunuenit, nullus testis illudit. Sed quantum securi sunt boni, tantum timeant mali. Non talis iudicat cui aliquid absconditur. Nunquid enim deus iudicans quęsiturus est testes per quos discat quis sis? Vnde potest falli quis sis, q̄ noluerat quid esses futurus? Te interrogat, non alium de te. Dominus, inquit, interrogat iustum & impium. Interrogat autem te, non vt discat a te, sed vt confundat te. Gaudentes vero talem iudicem, quem nemo contra nos fallit, nemo pro nobis: sic agamus vt eius iudicium venturum non timeamus, sed expectemus & desideremus. Nunquid enim frumenta timent ne mittantur in horreum? Immo optant vehementer & desiderant. Nunquid oues timēt ne ponantur ad dexteram. Immo nihil eis tam tardum est quam donec fiat. Hi vero ex animo & tota syncerita te dicunt cum orant, Veniat regnum tuum. Malo vero hominis in his verbis & cor trepidat, & lingua titubat. Quomodo enim dicit, Veniat regnum tuum? Ecce veniet, Qualem te inueniet? Sic ergo age vt securus ores. Et si quid forte inest in cōsciēntia erratiatque peccati, habes in ipsa oratione medicinam. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Voluit, n. deus sic te esse debitorem, vt habeas debitorem. Peccādo quippe inimicum te facis deo, sed attende ne forte tu habeas inimicum. Dimitte & dimittetur tibi. Quod facis qui potes in peccato inueniri, hoc in te faciet, qui de nullo peccato poterit iudicari. Si autem vt homo in peccato positus, peccatori tuo non parcis, nec tuam in illo conditionem respicis, nec de cęterolapsum tuæ fragilitatis horrescis

Matt.6.

horrescis: quid tibi facturus est qui tam securus iudicat, quomodo qui nunquā peccat? Danda ergo opera est purę cōscientię, & si forte aliquis inest scrupulus, pręueniamus faciem eius in confessione. In psalmo autem cū nunc cantaretur, audiuimus: Pręueniamus faciem eius in confessione. Preueniamus eū, ne ipse nos preueniat. Post confessionem non afferret ultionem, si & tu post confessionem non repetas iniquitatem. Pręueni anteqaam prę ueniaris. Quia enim uenturus est, certum est, perdes, si non desideras quod futurum est. Nam & te nolente uenturus est. Nunquid eum dilaturus es recusando, nec uenire? Sicut nouerat horam qua iudicari debuit, sic nouit & horam qua debeat iudicare. Veniet ille, tu uide qualis futurus sis. Hodie inest scrupulus, hodie sit cōfessio: hodie renuncietur scrupulo, hodie dimittatur, hodie laxetur. Non est ut dicas, differt deus ueniam: tu noli differre medicinam tuam. Habes enim aliquid in animo quod te angat, et si angit, et sollicitat, vtiq; si in domo tua esset lapis offendens oculos tuos, iuberes eū auferri de medio, maxime si aliquem paulo maiorē hospitem in domo tua esses receptutus. Cum ergo deum inuocas, in te uocas, quomodo ueniet in te, cui locum quo recipias, non mundasti? Sed minus idoneus es auferre de corde tuo, quod tibi ipse fecisti, ipsum inuoca, ut mūdet: ipsum inuita, ut intret: dum tamen quod futurus es, modo facias, cum loquitur monendo, & tacet iudicando. Dixit hic hircos dixit & arietes, et iudicat inter eos.

Psal.94.

Inuocare deum, est illū in corde vocare, idē, & fusius supę Psal. 49.in To. 8. illūque rogemus vt illocū sibi mūdet quod nunqā faciemus nisi gratia ipsius nos preueniat, ut in concil. arausicano ab ecclesia determinatum est. can. 3. et. 4. in. 1. Tom. concil.

ET quid eis dicit? Nunquid non sufficit uobis, quia bona pascua pascebatis, & reliquias pascuę uestræ conculcabatis pedibus uestris? & potabatis aquam, quę subsidebat, id est, quę pura & tranquilla erat, & reliquam pedibus uestris turbabatis, et oues meę conculcationes pedum uestrorum depascebant, & conturbatam pedibus uestris aquam potabant. Quid est hoc? Pascua dei bona sunt et fontes dei puri sunt. Habemus hoc in scripturis sanctis. Qui sunt ergo qui quod tranquillum est inde bibūt, & quod mundum est inde pascuntur, & conculcant reliquias & turbant aquam, ut oues alię conculcatas herbas accipiant, & aquam conturbatam bibant? Et hoc utique uidetis displicere pastori, qui dicit dum fiunt ista, Ego iudico inter ouem & ouem: ad hoc utique ne fiant. Sunt multi qui tranquille discunt, perturbate docent, & cum habeant doctorem patientem, sæuiunt in discentem. Quam nos enim tranquille doceat ipsa scriptura, quis

Proximo bona pbeamus exempla. CAP. VII. Ezech.4.

nescit? Venit ergo aliquis & legit præcepta dei, legit & capit, capit tranquillus de tranquillo bibens, de uirtute mundo pascens. Venit aliquis audire ab illo aliquid, indignatur, perturbatur; tarditatem aliquando serius intelligentis accusando turbatam facit minus intelligere quod potuit audire tranquillus. Nec hoc ideo dixerim fratres, quia non est aliquando corripienda duritia, quam ipsa tanta ueritatis tranquillitas corripit dicens, O insensati & tardi corde ad credendum: si ista fiunt ea dilectione Lucç.14 qua uolumus curam incutere hominibus ad incutiendam diligentiam intentionis, & ad serenandam fortè nubem mentis suę, quam de curis seculi contraxerunt, & forte cogitando alia inutilia, quod utile est audire non possunt. Deinde etiam si in se aliquis uideat tarditatem, non sine causa ille accusatur ut deus rogetur, & soluatur tarditatem, donec ueritatem. Aut enim si negligentia nostra minus intelligimus quod audiamus, utique negligentia corripienda est. Aut si tarditas est, cū fuerit accusata, erit unde rogetur deus. Nec doctores ergo tales reprehendi sunt, sed qui hoc faciunt animo amaro, animo inuido, ipsi conculcant pascua et conturbant fontes, quicquid forte nouerint, ita uolunt nosse ut alij non nouerint. Malignę mentis homines, tartareo zelo pleni, liuidi non in corpore sed in corde, legerunt & intellexerunt: cum interrogati fuerint, Multum est ad te, Ego tibi ista credam? Et tu dignus es ista legere uel audire? Quid turbas aquam? Ambobus fons manat. Quid conculcas herbas communes? Non tu pluisti ut nascerentur.

Conscientiam et famam bonā seruemus.

CAP. VIII.

EST aliud in his uerbis quod non absurde potest intelligi. Sunt homines qui putant sibi in bene uiuendo sufficere conscientiam, & non ualde curant quid de illis alter existimet ignorantes, quia cum homo uiderit hominem bonæ conscientiæ negligentius uiuentem, passim se cuilibet & ubilibet coniungentem, habentem scientiam quod nihil sit idolum, & tamen in idolio recumbentem, conscientia illius cum sit infirma: ædificatur non ad ea quæ perscrutatur, sed ad ea quæ suspicatur. Neque enim homo pater tuus, frater tuus, intrare potest in conscientiam tuam quam nouit deus. Conscientia tua coram deo est, conuersatio tua coram fratre tuo. Si de re ille aliquid mali suspicans, perturbatus ædificatur ad aliquid faciendum, quod te putat facere dum sic uiuis: quid prodest, quia uenter conscientiæ tuæ hausit aquam puram, & ille de tua negligentia conuersationem bibit turbatam? Et audis tales cum corripiuntur ne ista faciant, Galat.1 respondere nobis & dicere, Apostolus dixit. Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem. Et hic aquam turbas, pascua conculcas. Attende melius, ne & tibi

tibi aquam turbet quod ait Apostolus: Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem. Optime accipio apostolicā sententiam, libenter agnosco, Sed aliud in Apostolo non legisti? Placete omnibus per omnia, sicut & 1.Cor.10. ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi prodest, sed quod multis ut salui fiant. Rursus eundem Apostolum non audisti? Sine offensione estote Iudæis & Græcis & Ecclesiæ dei. Tertio eundem Apostolum non 2.Cor.8. audisti? Prouidemus enim bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Ait ergo ille, Expone itaque mihi, quomodo intelligam diuersa atque contraria Gal.1. hęc dicentem Apostolum, Si hominibus placere uellem, 1.Cor.10. Christi seruus non essem: ac dicentem, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo: ac dicentem, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostrę: ac dicentem, Prouidemus bona, non solum coram 2.Cor.8. deo sed etiam coram hominibus. Si tranquillus audias, si tibi ipsi aquam tuę mentis non perturbes, quantum potero fortasis exponam. Sunt homines temerarij iudices, detractores, susurrones, murmuratores, quærentes suspicari quod non uident, quærentes etiam iactare quod nec suspicantur: contra tales quid remanet, nisi testimonium conscientiæ nostræ. Neque enim fratres etiam in illis qui bus placere uolumus, gloriam nostram quærimus, aut gloriam nostram quærere debemus, sed illorum salutem; ut si bene ambulamus, nos sequendo non errent: imitatores nostri sint, sicut & nos Christi: si autem nos non Christi, imitatores sint Christi. Ipse enim pascit gregem suum, & cum omnibus bene pascentibus ipse solus est, quia omnes in illo sunt. Non ergo utilitatem nostram quærimus, quando hominibus placere uolumus: sed gaudemus eis placere quod bonum est, propter ipsorum utilitatem, non propter nostram dignitatem. Contra Gal.1. quos autem dixerit Apostolus, Si hominibus placerem uel iem, Christi seruus non essem, manifestum est: & propter quos dixerit, Placete omnibus per omnia, sicut & ego 1.Cor.10. omnibus placeo per omnia, manifestum est: utrunque dilucidum, utrunque tranquillum, utrunque purum, utrunque non perturbatum: tu tantum pasce & bibe, noli conculcare, noli perturbare. Nam & ipsum domi Matth.5. num Iesum Christum magistrum utique audisti, Luceāt opera uestra bona coram hominibus, ut uideant bona facta uestra, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est: id est, qui uos fecit tales. Nos enim populus pascuæ eius, & oues manuum eius. Ille ergo laudetur, Psal.94. qui te fecit bonum, si bonus es, non tu, qui per teipsum non poteris esse nisi malus. Quid autem uis in contrarium ducere ueritatem, ut quando boni aliquid facis,

te velis laudari: quando mali aliquid facis, dominum velis vituperari? Vtique enim qui dixit, Luceant opera vestra bona coram hominibus: ipse dixit in eodem sermone, Nolite facere iustitiã vestram coram hominibus. Sed sicut in Apostolo ista tibi contraria videbantur, sic & in Euangelio. Si autem non perturbes aquam cordis tui, & hic agnosces pacem scripturarum, & habebis pacem cum eis & tu. Si autem tu cum eis habere noluerit pacem, tu in te committis litem tuam, illæ non amittent pacem suam. Propter illos enim qui se hominibus iactando commendant, & ita ventilant opera sua bona, vt finem bonorum operum suorum in laude hominum ponant, eandemque laudem hominum quasi pro mercede computent bonorum operum suorum: de his dicitur, Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. Contra eos dicitur, Cauete iustitiam vestram facere coram hominibus. Proinde sequitur, Vt videamini ab eis. Vltra non porrexit intentionem, hic fecit finem. Nolite sic facere coram hominibus, quicquid boni facitis, vt videamini ab eis: vt sit ipse finis operis vestri, videri ab eis. Nolite ergo sic, vt videamini ab eis. Hic autem, non ibi ponit finem, vt videamur ab hominibus, coram quibus vult esse bona facta nostra: sed ait, Luceant opera vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra. Non quieuit, neque hic remansit: sed duxit te hinc rursum, & tulit te a te. Caderes enim si esses in te: & vbi tutus esses, posuit te. Videant, inquit, bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Noli irasci, quia ille glorificatur. Apud illum esto, & in illo glorificaberis: vt non glorietur, ait Apostolus, omnis caro coram illo. Ergo sine gloria remanebimus? Non. Ait enim ipse, Qui gloriatur, in domino glorietur. Nam & testimonium conscientiæ nostræ in nobis gloria est, quia in illo est. Nam si ita est gloria nostra, vt nobis placeamus & efficiamur placentes nobis: valde stulto homini placet qui sibi placet. Curemus ergo fratres, non tantum viuere, sed etiam coram hominibus bene conuersari, nec tantum amemus habere bonam conscientiam: sed quantum potest nostra infirmitas, quantum vigilantia fragilitatis humanæ, curemus nihil etiam facere quod veniat in malam suspitionem infirmo fratri: ne forte puras herbas mandendo, & puras aquas bibendo conculcemus pascua dei, & oues infirmæ conculcatum manducent, & turbatum bibant: & vel propter istum qui dicit, Ego iudico inter ouem & ouem. Pro istis hęc dicit dominus deus ad eos, Ecce ego iudico inter ouem fortem, & inter ouem imbecillem, Aliud aliquid dicat.

Matth. 6.

2. Cor. 1. Hier. 9. 2. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Ezech. 34.

IAM

IAM audiuimus de his qui conculcant herbas, & qui conturbant aquas: audiamus aliud genus mali, & magnum genus mali. Postea de hircis nullam facit mentionem: Israel illos nominauit, vt sciremus eos esse. Ipse enim illos bene nouit. Postea sic loquitur, tanquam omnes sint oues. Primo quomodo ipse videt: postea vero quomodo nos videmus, locutus est. Hirci enim quia insunt, & quia in fine separabuntur, notum sit ouibus: modo tanquam inter ouem & ouem discerno. Nam scit prædestinatione & præscientia oues & hircos ille solus, qui prædestinare potuit, qui præscire. Modo quia omnes sub iugo Christi sunt, & omnes ad gratiam dei accedunt, ouem te putas, hircum te forte deus nouit, sed tanquam ouis audi quod audis, Ecce ego iudico inter ouem fortem & inter ouem imbecillem, quoniam lateribus & humeris vestris impellebatis, & cornib: vestris percutiebatis, & omne quod deficiebat comprimebatis, quoadusque dispergeretis eas foras. Quis hoc nõ intelligat? Quis non exhorrescat? Si nullæ oues foris sunt, non est factum. Si autem multas oues foris errare plangimus, væ quorum humeris & lateribus & cornib. factum est. Non enim hæc facerent nisi fortes oues. Quæ sunt fortes? De suis viribus præsumentes. Quæ sunt fortes? De sua iustitia gloriantes. Non diuiserunt oues, non foras miserunt, nisi qui se iustos esse dixerunt: humeris audaces ad impellendum, quia non portant sarcinam dei: latera mala, conspirantes amici, societas pertinaciæ: cornua erecta, elata superbia: impelle lateribus & humeris, ventila cornibus, mitte foras quod non emisti: certe ipsa tota causa est, quia tu iustus, & alij iniusti, & indignum erat vt iustus esset cum iniustis: indignum vt oues inter hircos pascerentur, donec pastor veniret qui in separando non erraret, Ita ne tu angelus eradicans zizania? Non te agnosce rem angelum eradicantem zizania, nec si iam messis venisset. Ante messem non tu, sed quisquis fuerit, non est verus. Qui designauit messorem, designauit & tempus. Possunt & homines se dicere angelos. Inuenimus fortasse in scripturis & homines dictos angelos, sed tamen ego tempus messis attendo. Angeli tibi nomen potes imponere, tempus messis non potes breuiare. Itaque falsum dicis, qui sis, quia nondum venit quando sis. Proinde cum venerit, & veri messores missi fuerint, nescio vbi te inueniant, vtrum purgandum qui in horreo reconderis, an alligandum qui in ignem proijciaris. Ideo enim dico, forte, quia non audeo iudicare. Modo te foris doleo: vtrum sis futurus intus, ignoro. Interim audi ex alio scripturæ testimonio de te scriptum esse, dum

Deus suos cognoscit, cũ quibus impios tolerat. CAP. IX.

Solus deus ꝓdestinatos & reprobos nouit. 1. Timo. 2. & in de ꝑdest. sanctis. & in de bono pseuerãtiça. 15. vsq; ad 20. in isto. 3. Tom. opusc.

Matth. 13.

 uiuis,

uiuis, & noli uelle zizania eradicare, quando tempus non est, sed tu ipse intro redi cum tempus est. Dicit alia dei scriptura, Filius malus ipse se iustum dicit. His sunt humeri & latera & cornua tua. Male fortis, quantum melius esses infirmus? Male fortis, sed non sanus. Male fortis phreneticus, credit & medicum. Dicis te perfectum ut facias defectum. Quanto potius, quanto utilius esses infirmus, ut ille te perficeret qui nouit imperfectum tuum? Et Apostolus Paulus uas electionis, ne 2. Cor. 12. extolleretur in reuelationibus, quod dicere non auderemus, nisi ipsi dicenti crederemus: In magnitudine, inquit, reuelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Ne cornua erigeret, colaphizari se dicebat. Propter quod, inquit, dominum ter rogaui ut auferret eum a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Est ergo utilior infirmitas quæ perficitur, quam illa firmitas quæ impellit oues, quæ ventilat ut excludat. Filius ergo malus ipse es, tu te iustum dicis: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit. Attendite fratres mei sententiam quandam breuem numero, uerborum, sed ingentem pondere ueritatis. Iustum se dicit, ut exeat & excludat. Iustum se dicit, sed malus est, ideo exitum suum non abluit. Quid est quod non abluit? Non 1. Ioan. 2. purgat, non defendit, non excusat. Quare enim te separasti? quare existi? Quare tibi tremit cor quando audis ex libris diuinis, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si tamen illa mala fortitudo, qua oues dei impellis & impingis & ventilas, permittit tremorem ad cor tuum? Nam utique cum audis, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: ille loquebatur qui in Ecclesia erat. Ecclesia toto orbe diffusa est, tu quid facis foris? Neque enim ego annuncio Ecclesiam toto orbe diffusam: prophetæ annunciauerunt, Apostoli annunciauerunt, ipse dominus annunciauit Ecclesiam toto orbe diffusam. Modo cum Psalmus legeretur, audiuimus, Non repellit dominus plebem suam. Tanquam quæreretur, quam? Quoniam in manu eius, inquit, omnes fines terræ. Ipse non repellit, & tu impellis. Impellis, ventilas, excludis, iactas traditores, non probas. Cornua sunt ista ventilantis, non mansuetudo pascentis. Ecce plebs dei in finibus terræ, ecce plebs dei gemens & plorans ante deum qui eam fecit, dicit in Psalmo ipsi domino ante quem plorat, A finibus terræ ad te clamaui, dum angeretur cor meum. Vide quemadmodum se humiliat in angore cordis. Et quid sibi præsitum dicit? In petra exaltasti me. In

In petra Christo exaltasti, non de monte Donati præ- Psal. 60.
cipitasti. I nunc & iacta cornua, extende latera, insta humeros tuos, & impelle oues: & dic, Iustus sum. Respondebit tibi scriptura: Malus, non iustus filius, ipse se iustum dicit. Si iustus es, quare exis foras? Quid ejcis foras? Quid cum his quos ejcis facis foras? Tanquam ouis hircos fugisti. Melius ab ipsis a pastore ad dexteram separaris, quam cum ipsis ad sinistram confutaris. Hirci erant, tu ouis: pasceres cum hircis. Quid te pascua, quid te fontes offenderant? Postremo quid te ipse pastor offenderat, qui ad tempus gregem utrunque permisceuit: qui etiam sibi quando libet hoc bene facienti, tamen separationem in finem seruauit? Neque enim etiam ille si modo separaret, erraret. Ille in finem differt, tu ante tempus separas. Non expectas finem, nescies quando tibi sit finis. Vnde hoc nisi quia & ipsos quos tanquam hircos accusasti, falso accusasti? Nam si uere accusasses, non te separasses. Tua separatio, illorum est purgatio. Si zizania erant, quid ea uoluisti ante tempus separare? cum ipsis permixtum triticum esses, & eodem agro radicaris, eadem pluuia rigareris. Quare ergo existi? Nunquid inuenis causam? Quos accusas non conuincis: exeundo autem ante tempus & te separando, ipse conuinceris. Vide quia fitius malus es, ipse te iustum dicis, exitum autem tuum non abluis. Ego non dico tibi, tu es potius traditor. Quod si etiam dicam, facile probo: sed ideo nolo dicere, quia tui fecerunt, non tu feciisti. Non tibi imputo facta aliena, etiam tuorum: tuum factum attendo, quod foris es arguo. Exitum tuum arguo. Prorsus certe omnia remoueo quę tuos dici possunt. Omitto ebrios tuos, conuiuia uestras, fœnus, & usuras super usuras, omitto greges & furias Circum cellionum, omitto hęc omnia & quęcunque alia quæ enumerare non possum. Non omnes fortes apud uos ista faciunt. Ille qui ibi ista non facit, ille cui displicent ista quæ ibi fiunt, ipse ergo accedat, ipse loquatur: non ei obijcio crimen alienum, abluat exitum suum. Vides quia recte illi dicitur, Filius malus ipse se iustum dicit. Dominus enim dicit, qui uerum dicit, Filius malus ipse se iustum dicit. Non ego, sed ipse. Si uult ut ego dicam iustum, ueniat, bonos fructus in catholica pace afferat, in catholica pace custodiat; quia & fructus non est, ubi non est tolerantia. Et fructum, inquit, afferent cum tolerantia. Vis uidere quemadmodum grandinatus es? Audi ex alio loco, Væ his qui perdiderunt tolerantiam. Modo aliquem putare cogitare, quia & sæpe contingit, ubi Eccl. 2.
sit Christianus. Motus est ut sit Christianus, attendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

innomen Christi concurrere genus humanum, nulla temporali proposita commoditate vult esse, Christianus, non vt maiorem amicum conciliet, non vt ad cupitam vxorem perueniat non vt aliquam pressuram huius seculi euadat, quanquam multi etiam sic intrantes corriguntur ingressi. Sed faciamus aliquem cogitantem de anima sua & volentem esse Christianum: attendit vbi duas partes videt, quærit causas quare se illi ab illis separauerunt. Respondent illi, Separauimus nos tanquam iusti a peccatoribus. Quasi vero cæco loquantur audienti quid dicant, non videnti quid agant. Si itaque inspiciens morem ipsorum & ea quæ pauloante commemorauidicat illis: Rogo vos, iustos vos esse dicitis, & ideo vos recte separasse contenditis. Quare apud vos sunt tales & tales? Et illi fortasse quia negare non audent, quia ea dicuntur quæ oculis obijciuntur: sunt quidem apud nos tales, sed nunquid omnes sumus tales? Optime. Video te foris cum peccatoribus. Quare non intus? Merces enim separationis tuæ esse debuit, cum peccatore non viuere. Si foris sic esses, vt quales te singis fugisse non haberes: quoquo modo ferrem separationem tuam. Attendat ergo iste cupiens esse Christianus, vbi sit Christianus. Videt illos separatos quasi a peccatoribus, plenos peccatoribus. Rursus attendat ecclesiam Christi secundum probabilem vitam morum generis humani, secundum quos mores potest ipse etiam veniens de seculo vtcunque iudicare. Videt & hic alios sobrios, aliquos ebriosos, aliquos patientes paupere, aliquos rapinam rerum alienarum appetentes, & cætera talia: videt hic, videt & ibi. Attendat iam deum, quid dicat de ecclesia sua: inuenit deum dicentem per omnes gentes ecclesiam suam, inuenit deum etiam in ista similitudine zizaniorum dicentem: Ager est hic mundus. Non ager est Africa, sed hic mundus. Per totum mundum frumentum, per totum mundum zizania: tamen ager est mundus. Seminator filius hominis, messores angeli, non principes Circuncellionum. Sinite crescere vtrunque vsque ad messem, non crescere zizania, & decrescere frumenta, sed vtrunque crescere vsque ad messem. Quam messem? Ipsum audi: Messis est finis seculi. Audite hæc plane, & recte iudicans quid dicit: Non ero in ilta concisione, hac ero, & bonus ero in nomine eius cuius ero: & bonus ero, non me ipsum bonum faciens, sed ab illo fieri expectans: non meipsum bonum & iustum dicens, sed ab illo dici desiderans. Intrat, sit catholicus: ecce ipse abluit ingressum suum, ablue & tu exitum tuum. Non potes. Filius enim malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit.

Matth. 13.

LATERIBVS

LATERIBVS & humeris vestris impellebatis, & cornibus vestris percutiebatis, & omne quod deficiebat comprimebatis: quoadusque dispergeretis eas foras. Et saluabo oues meas. Sicut detestanda illorum iniquitas et crudelitas, ita laudãda pastoris nostri veri dei nostri misericordia: saluabit oues suas. Forte fratres mei quanuis per minimos seruos suos, forte per indignos hoc facit. Cum hoc dicimus, Saluat oues suas: audiant vocem pastoris sui & sequantur eum, Non quærant ecclesiam ex ore hominum: ex ore dei quærãt, ex ore Christi quærãt. Ille quem dicit impium, impius est: quẽ dicit iustum, iustus est: quem dicit ouem, ouis est: quem dicit hircũ, hircus est. Ipse est veritas, ipse loquat, ab illo ecclesia quæratur. Dic nobis domine, vbi est ecclesia tua? Et ille omnibus: Vbi ego sum, inquit, scitis. Respondeant omnes: In cœlo, ad dexteram patris. Integra fides. Hanc docui, hanc seminaui, sed per mundum seminaui, Cum me, inquit, confitemini in cœlo: venit vobis certe in mentem il le psalmus, Exaltare super cœlos deus. Ecclesiam quæri tis? Legite quod sequitur: Et super omnem terram gloria tua. Ibi fratres, vbi dictum est, Exaltare super cœlos deus, de Christo resurgente & ascendente, ibi statim sequitur, Et sup omnẽ terram gloria tua. Sponsus in cœlo est, sponsa in terra est: ille super omnes cœlos, illa super omnem terram. O Hæretice, credis quod in cœlo non vides: negas quod in terra vides. Dicat ergo hæc, dicat & audiatur: saluat oues suas. Et saluabo, inquit, oues meas & iam non erunt in vastationem: & iudicabo inter ouẽ & ouem, & excitabo super eas pastorem vnum. Nonne ipse in superiori lectione dixerat, Ego pascam? Modo excitat pastorem vnum ille qui pascit. An forte intra tam paruum interuallum lectionis tedio affectus est pascendo & excitauit pastorem cui commendaret curam ouium vt ipse esset securus? Audiamus quem pastorem dicit: & ibi intelligimus quare & ipse pastor etiam excitato isto pastore ipse pascat, & solus pascat. Excitabo sup eas pastorem vnum, & pascet eas. Seruus meus Dauid ipse pascet eas. Prophetiam esse de Christo veniente ad homines ex semine Dauid intelligitis fratres, si tempora cognoscatis. Ipse Propheta Ezech. tẽpore captiuitatis fuit, quæ facta est ex transmigratione populi in Babiloniam. A tempore Dauid vsque ad tempus huius transmigrationis, generationes sunt quatuordecim, Ecce quanto post dicit, Et Dauid pascet eas. Si hoc diceretur tẽpore Noe, aut tempore Abraham, aut tempore moysi, aut tempore saltẽ ipsius Saulis, cui successit in regno Dauid: recte intelligeremus de ipso Dauid filio Iesse dictum esse hoc, q ipse futurus esset pastor gregis dei, cui regnanti populus ille

CAP. X.

Deus oues suas saluabit.

Ezech. 34.

Ecclesia ex ore dei quærenda.

Ioan. 14.

Psal. 107.

Ezech. 34.

Matth. 1.

Ezech.34.

ille cotanniſſus eſt: Nũc vero iam regnauerat Dauid, iam de vita iſta exierat, iam patribus appoſitus erat, iam pro merito ſuo quieſcebat. Quid eſt qđ dicit, Excitabo Dauid, & faciam eum paſtorem vnum: niſi quia Dauid ille eſt, qui venit ex ſemine Dauid? Quomõ ergo erigit nobis paſtorem deus? Quem paſtorem? vnũ. Et paſcet eas ſeruus meus Dauid. Iam dudum ipſe paſcebat nos, deus paſcebat nos: modo paſcit nos ſeruus eius Dauid. Quare tã quã alter? Nam vtique cum ille paſcebat, deus paſcebat: & cum deus paſcebat, pater & filius & ſpiritus ſanctus paſcebat. Modo excitatur & fit tãquam alter paſtor, ſed non alter. Non alter ſecundum formam dei, quia in forma dei ipſe & pater vnus deus: in forma autem ſerui tanquam alter excitatur vt paſcat, quia maior eſt pater. Audi vnum paſcentem, & Chriſtum paſcentem. Ego & pater vnum ſumus. Audi excitari Chriſtum paſcentem. Pater maior me eſt. Vnus ergo paſcit: quia cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Excitatur autem vt paſcat, quia ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Hoc & hic ipſa verba taſtantur: Paſcet eas ſeruus meus Dauid. Seruus, in forma ſerui. Seruus, quia ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo: humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Excitetur ergo vt paſcat. Propter quod, inquit, deus exaltauit eum a mortuis, & donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen. Iam excitato ſeruo ſuo Dauid, iam excitata forma ſerui, quam poſuit ad dextram ſuam: donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen. Vide quemadmodum paſcat, quã late paſcat: Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Ad quã anguſtam partem latum poſſeſſorem vanitas hæretica impingis? An tãtum fidis ſuperbis humeris & cornibus tuis, vt non congreges ad paſtorem, ſed & ipſum paſtorem a grege coneris excludere? Paſcet eas ſeruus meus Dauid. Audite oues paſcentem vos Dauid. Audite vocem paſtoris veſtri Dauid, non vocem latronum, non vlulatus lupo-

Ioan.10.
Ioan.14.
Phil.P.2.

Nemo dicat ſe paſcere oues præter xpm. Ioan.10. & ſnp euã.10ã. trec.123.&.114 in Tomo.

rum. Paſcet eas ſeruus meus Dauid. Ipſe paſcet eas. O cõmẽdãda res, ipſe paſcet eas. Nemo ſe dicat paſcere præter ipſum, ipſe paſcet eas. Qui vult paſcere, in illo paſcat: quia ipſe paſcit eas. Deus pauloante dicebat. Ego paſcã modo dicit, Ipſe paſcet eas. Reſpondeat filius & dicat vobis. Vtrunque vere dictum eſt, Ego & pater vnum ſumus. Qui dicit, ego paſcam: non mentitur dicendo, ipſe paſcet: & cum dicit, ipſe paſcet: non mentitur dicendo ego paſcam. Non credis, inquit, quia ego in patre, & pater in me eſt? Philippe, qui videt me, videt & patrem,

Recte

Recte dicitur, Ego paſcam: recte dicitur, Ipſe paſcet. Diſtinctio eſt, non ſeparatio, ipſe paſcet eas. Nolite oues existimare: non relinquet vos qui dicit, ipſe paſcet eas. Deus paſcit, pater & filius & ſpiritus ſanctus: ipſe deus paſcit: Sed diſtinguenda erat forma ſerui: non ſeparanda & alienanda, & in aliam perſonam conſtituenda. Accepit in ſe creator creaturam, non mutatus eſt creator in creaturam: aſſumpſit quod non erat, non amiſit quod erat.

Paſtor nr, ac dns nr chriſtus.

PASCET eas ſeruus meus Dauid. Ipſe paſcet eas, & erit eis in paſtorem: & ego dominus ero illis in deum. Attendite fratres, Videte vnitatem deitatis, & perſonarum tamen diſtributionem: ne dicamus eum eſſe filium qui pater eſt, aut eum eſſe patrem qui filius eſt. Ecce dixit, Ipſe paſcet eas: qui pauloante dixerat, Ego paſcã eas. Et erit eis, inquit, in paſtorem: & ego dominus ero illis in deũ: Expone nobis domine. Nemo aquam turbet, quod purũ manat de puro fonte potemus. Quid enim quaſi ſingillatim quod dixiſti, erit ipſe in paſtorem, ego ero in deum, tanquam ipſe ſit paſtor noſter, tu ſis deus noſter? Quare domine tu non es paſtor noſter, & ille non eſt deus noſter? Tranquille audi, eſto manſuetus ad audiendum verbum, vt intelligas. Forte enim modo audit me aliqua auris diuerſa ſentiens & hæretico veneno tabefacta, & irridet me dicentem, patrem & filium vnum deum, cum nõ irrideat tot milia fratrum habentium animam vnam: & dicit mihi, Ecce aperte deus dicit, Erit eis in paſtorẽ ſeruus meus Dauid, quem tu ipſe Chriſtum intellexiſti, nec aliter poteſt intelligi. Rationem enim reddidiſti, hæc eſſe dicta cum iam dormiſſet Dauid. Chriſtus ergo erit eis in paſtorem: & ego, dominus ait, ero illis in deũ. Ille in paſtorem, ille in deum. Tu ergo mihi expone, quid eſt, Ego paſcam. Quis dicebat, ego paſcam? Certe deus Ioquens dicebat, ego paſcam. Quomodo non ſeparauit Chriſtum a paſcendo, cum diceret, ego paſcam: ſic non ſeparauit Chriſtum a deitate, cum diceret, ego deus. Ecce paſtor eſt Chriſtus, paſtor eſt & pater. Sic deus eſt pater, deus eſt & Chriſtus. Sicut a paſtore Chriſto non ſeparas patrem, ſic a deo patre non ſepares Chriſtum. Habet cum filio pater paſcendi miſerationem, habet cũ patre filius diuinitatis æqualitatem. Sed niſi ita diceret, putares eum eſſe patrem qui eſt filius. Ergo & ad vnitatem deitatis te admonuit, & ad perſonarum diſtributionem: vt quod dicit, ipſe paſcet, & ego ero illis in deum: non ſe ſeparans a filio paſcente, nec filium ſeparans a ſe dominante, & in patre intelligas deum filium, & in filio intelligas paſtorem patrem. Ego, inquit, dominus, ero illis in deum, & ſeruus meus Dauid princeps in medio

Ezech.34.

Ioel.1.
1.Tim.2.idē sup psal.29.in To.3

medio eorum. Quare in medio eorum? Quia verbum erro factum est & habitauit in nobis. Princeps in medio eorū: inde et mediator dei & hominū, qa deus cū pte, sta hō cū hoibus. Nō mediator hō pter deitatē, nō mediator deus pter humanitatē. Ecce mediator. Diuinitas sine humanitate nō est mediatrix, humanitas sine diuinitate nō est mediatrix: sed inter diuinitatem solam & humanitatē solam mediatrix est humana diuinitas, & diuina humanitas christi. Et seruus meus Dauid princeps ī medio eorū.

Xps fecit vtraq; vnum.

CAP. XII.

EGO dominus locutus sum: Non nescio quis hæreticus. Ego dominus locutus sum. Et disponam ad eos testamentū pacis, per ipsum vtiq; qui ait, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Hoc est testamentū patris nostri, testamentum pacis. Quælibet hæreditas diuidatur inter consortes, pacis hæreditas diuidi non potest. Pax nostra Christus est. Pax facit vtraque vnum,

Ephes.

non duo de vno. Ipse.n. pax nra dixit, Qui fecit vtraque vnum. Testamentum dei est, hæreditas pax est. A cōcordibus consortibus possideatur, non a litigantibus diuidatur. Et disponam ad eos testamentum pacis. Vigilate hæretici, audite a pastore testamentum pacis, venite ad pacem: irascimini Christianis Imperatoribus, quia testamenta vestra valere noluerunt in domibus vestris, videte qd digna sit pœna. Et quid est quod testamentum vestrum non valet in domo vestra? Quid est? Quātum est? Dolor iste admonitio est, nondum damnatio. Voluit enim deus compati testamento pacis suæ. Condoles testamento tuo si non stet testamentum tuum in domo tua. Certe moriturus es, & quid agatur in illa domo, postea nescisurus.

Psal.145.

In illa enim die peribūt, inquit, omnes cogitationes eius & non cognoscet amplius locum suum. Non ergo scitus quid postea agatur in domo tua, cum mortuus fuerit, doles tamen testamentum tuum non stare in domo tua. Christus mortuus resurrexit, de cœlo respexit, vt stet testamentum eius. Euigila ex dolore tuo, corrigere ex cruciatu tuo. Ligno male curuo nosti calorem solere adhiberi: corrigat te dolor iste, nondum est flamma ignis ęterni tāquam calor foci est, admotus curuo cordi tuo, vt hinc admoneatur & corrigatur. Dole prorsus. Recte doles, nō stare testamentum tuum in domo tua. Domus dei, cor tuum est. Si uis valere testamentum tuum in domo tua, qua re non vis valere testamētum dei in domo tua? Dimittis filijs tuis parietes: & si aliter filios tuos diuisuros noueris qnam tu disposueris, doles. De vna domo vilissima, de tecto ruituro quantam curam habes, quantam solicitudinem concipis: quemadmodum ardētibus febribus prementi morbo, ipsi morti vrgenti quantum potes resistis, anhelans verba extrema vt impleas testamentum. Quot iuris-

Domus dei cor nostrum.
1.Cor.5.

Gen.17.&.21

turis peritos consulis, quantas fraudes, vt stet testamentum tuum contra ipsam legem Imperatoris, inquiris? De proximo tibi respondet deus, Noli fraudes quærere, noli calumniosas formulas aucupari. Vis stare testamentum tuum, stet in te meum. Doles, quia acquisitionem tuam tollit alius quem nolebas: quid de hereditate mea tam lata, tā pia? In semine tuo benedicētur omnes gentes. Dixi ego seruo meo, dicit tibi deus: & credidit cum hæc non videret, tu vides & negas. Ecce ille factum testamentum seruauit, tu apertum discindis. Tunc enim testamentum seruatū est, qñ audtū est: tūc apertū est, qñ ipletū est. Vsque ad manus tuas seruatum est testamentum. Certe hæres vis esse. Nunquid sic tecum contendit cohæres tuus, vt dicat tibi, tolle istam partem, ego illam: aut, tolle tu minorem, & ego matorem? Non dicit, simul diuidamus, sed simul habeamus: hoc enim voluit, qui testatus est. Aperi, lege: & clamas, ne incenderetur ego feci, ne incenderetur ego seruaui. Ne incenderetur tu seruasti? Aperi, & vide qui a vnde incēdereris seruasti: quamuis te seruasse absit vt credam, quem video non seruare quod iubet.

In Christo sperādum.
CAP. XIII.
Ezech.34.
Psal.67.

ET ponam ad eos testamentū pacis, & exterminabo bestias malas a terra. Bestias, hostes testamēti pacis. De illis bestijs dr̄ in Psalmo, Increpa feras calami. Quid est feras calami Bestias aduersarias sacrę scripturę, qa calamo scriptę sunt. Exterminabo bestias malas a terra, & habitabūt ī eremo ī spe. Quid est ī eremo? In solitudine. Quid est in solitudine? Intus in conscientia. Magna solitudo: quia non solum nullus hominum transit, sed nec videt. Ibi habitemus in spe, quia nondum in re. Etenim totum quod foris est nostrum, quia fluctuat tempestatibus & tētationibus seculi. Est interior eremus, ibi interrogemus fidem nostram, interrogemus si est charitas intus: videamus si non labia sonant, sed & pectus cum dicimus,

Matt.6.

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si verum sonat, si verum dicimus, vbi nemo hominum videt, ibi est eremus. vbi requiescemus in spe, quia trāsit hæc omnis tribulatio: & quæ spes erat fiet res, & erit totum nostrum in requie. Iam conspicui, nobis erimus, & non erit nobis ranquam abscondita cogitatio, & non erit eremus conscientię: quia oēs sibi noti erunt, & cogitationes suas ignotas non habebunt, cum

1.Cor.14.

venerit dominus, & illuminauerit abscondita tenebrarū & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vni cuique a deo. Nunc vero vides duos homines in tribulatione, cor ipsorū videre non potes. Forte alius conscientia mordetur, alius in conscientia tanquam in eremo requiescit. Et habitabunt in eremo in spe, & somnum habebunt, id est requiem tanquam alienatis sensibus ab omni

omni strepitu seculi, intus ibi requiescent in riuis. In ipsis intus eremo sunt riui quidam memorię manantes, liquores diuinos scaturientes, ex mente scripturam tenentis et recolentis. Etenim quod legisti, quod audisti, si purum & liquidum et sanctũ memorię mandaueris: cum cœperis in illa interiore eremo, id est in bona conscientia requiescere, eliquatur de interioribus mentis tuæ, & manat quodammodo recordatio verbi dei, & cum cæteris requiescis in spe, & dicis: Verum est, bene mihi est, ipsa est spes mea, hoc mihi promisit deus, non mentitur, securus sum. Et ista securitas somnus est in riuis. Et somnum habebãs in riuis, & dabo eis in circumitu collis mei benedictionem. Mons licet sit, collis licet sit, in circumitu eius bene sit nobis. Collis ipse Christus est. Sic enim ipse in medio nostrum: nos sumus in circumitu eius, Iam enim dudum dixerat: Dauid princeps in medio eorum. Et quia princeps, ideo collis: lenis, non arduus & difficilis ascendenti, sed si non de alto pedes ponat. Et dabo eis in circumitu collis mei benedictionem, & deferam imbrem in tempore suo: pluuiam verbi dei. Est enim & imber malus, Matt. 7. qui deiecit domum super arenam constitutam, cui magnum est vt resistat domus super petram fundata: tentationis enim imber est, ruinam quærens, non terram rigans. Non erit talis imber iste, quem se dicit deferre dominus. Quid enim ait? Imbres benedictionis erunt. Suspectum te fecerat nominatus imber. Imbres erunt benedictionis, non tentationis. Imbres erunt benedictionis. Et uide quid profecit ille imber. Et ligna quę in campo sunt dabunt fructum suum. In campo, in planicie quadam, nõ inerduis, in facilitate quadam Vitæ. Facilitatem quandam Vitæ huius, nihil in se habentem ardui, laborioſi, difficilis, campum dixit: qualis est vita fidelium multorum in Ecclesia dei, habentium coniuges, filios, domos suas, velut in campo sunt ligna, arduum nihil ascendere valuerunt. Sed accipiat imbrem, dabunt & hæc ligna fructum Iesai. 55. suum. Horum lignorum fructus est, Frange esurienti panem tuum: & egenum sine tecto, induc in domum tuam. Talibus lignis dicebat Apostolus, Non quia quæro datum, sed requiro fructum. Et ligna quæ in campo sunt dabunt fructum suum: & si non habent maiorem, habent tamen quendam suum. Et terra dabit generationem suam (tota terra) & inhabitabunt in terra sua. Iam campi, colles, montes, dabunt generationes suas. Quid potest campus? Quid potest collis? Quid potest mons? Solus agricola agnoscatur. Et habitabunt in terra sua in spe. Videtis quia ea promittit quæ hoc tempore donat nobis. Quandiu dicit in spe, adhuc in hoc tempore intelligo: cum enim peruenerimus ad promissa, iam non erit

erit spes, sed res ipsa erit.

ET scient quoniam ego sum dominus, in eo cum confregero furcas iugi eorum. Furcas quibus premitur collum eorum. Domine frange furcas eorum, quibus heretici premunt colla infirmorum. Quid enim tam angustum & furca compressum, quam, noli audire Christum, audi me? Remoue furcam, respirare permitte. Nescio quid dicas. Audio uocem pastoris mei, Per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem: sine me sequi pastorem. Quid premis? Tolle furcam de collo meo, tollam iugum leue domini mei. Hęc audit, & premit. Domine non uult hęreticus furcam su pendere, tu furcam frange. Crux domini sursum leuat, furca hæretici deorsum premit. Sed confringentur, in eo cum confregero furcas iugi eorum. Dominationem enim suam uolunt hominib. imponere: uolentes eos sub se esse, non sub deo. In eo cum confregero furcas iugi eorum: & eximam eos de manu eorum, qui eos in seruitutem redigebant. Quid est, in seruitutem redigebant? Ad peccatum, eos cogebant. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Vi Ioan. 8 dete quid eis persuaserint fratres, ut dicant, Illi de nobis reddent rationem: nos oues sumus, quo duxerint sequimur. Quis es? Pastorem audi, non lupum. Et non erunt in uastationem gentibus. In omnibus enim gentibus non desunt alii hic, alii ibi, non illi ibi qui hic: sed tamen non desunt furcis prementes colla fidelium, nec hic nec ibi. Dissentiunt inter se, contra vnitatem omnes consentiunt. Vnitas autem non dissentit a se: sed contra omnes dissentientes a se vbique pugnat, vbique laborat, Sed est requies in eremo. Et non erunt adhuc in vastationem gentibus, & bestiæ terræ iam non comedent eos. Audientes vocem pastoris seruentur a dentibus luporum. Bestiæ illę calamiñ comedent eos, volentes ad sensum suum conuertere scripturas, ab apertis scripturis auertentes aures: volentes se audiri, & scripturas non audiri. Et bestię terræ non comedent eos, & inhabitabunt in spe. Videte quotiens ostendat, quia quod nunc promittit, hic promitti: de rebus loquitur quas adhuc hic exhibet. Et non erit qui eos terreat. Quomodo non erit qui eos terreat? Non erit prorsus. In domino confido. Iam cum cœperit dicere Psal. homo, In domino laudabo sermonem, in deo laudabo verbum: in deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo, non erit qui eos terreat. Et excitabo eis plantarium pacis: testamentum pacis. Plantarium pacis germinet quod plantat deus, & exterminetur quod seminauit hereticus. Quod plantauit deus de se, de Ecclesia sua: de se in cœlo, de Ecclesia in terra: de se super

Oues Christi manebunt in ratione veritatis. CAP. XV.

Num. 17

Hæretici cõtra fideles non prę ualent.

omnes

omnes cœlos, de Ecclesia per omnes terras. Hoc plantauit deus. Veni autem huc, esto in parte Donati, in sola Aphrica Ecclesia est: non plantauit deus, non agnosco plantam dei. Eradicandum est quod loqueris, non rigandum. Et excitabo eis plantarium pacis, & iam nō erunt qui exterminentur fame in terra. Vere fratres quia fames est, quærite & videte quantā famem patiantur, et quod pius est, circum os habent escam, sed non manducant: prorsus quomodo ęgri moriuntur sępe fastidio, non quia deest quod comedant, sed quia comedere nolunt & auersantur. Nam vtich & scripturę ista loquuntur; & hic v tich et ibi sonat Psalmus, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terrę: & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Ecce esca posita est in vasculo. Si sanus esses & manducares, nunquid ibi remaneres? Et iam non erunt qui exterminentur fame in terra, & iam non portabunt maledictum gentium. Vere fratres in tantum culmen in nomine Christi erecta est Ecclesia, vt iam confundantur omnes maledici, nec audeant maledicere. Hoc solum illis remansit, quod contra nos dicant; Quare inter vos non consentitis? Gentiles paganí qui remanserunt non habentes quod dicant contra Christi nomen, dissensionem Christianorum Christianis obiiciunt. Ergo quicunque ab hęreticis transierunt ad catholicam, non habebunt hoc opprobrium gentium, nec portabunt maledictum dissensionis: quia permanens in radice vnitatis, in plantatione charitatis, non reportabit maledictum.

Psal.22

Christus nos colit, & nos illum colimus.

CAP. XV.

ET scient quia ego sum dominus deus eorum: & ipsi populus meus domus Israel, dicit dominus deus. Ecce sunt oues, ecce est & vinea. Quomodo quum de vinea loqueretur Esaias, arguens quandam vineam malam, ne diceret vitis, non intellexi, expositum in fine dicens, Vinea autem domini sabaoth, domus Israel est: ne dicerent, non nobis dictum est, sed vineæ nescio cui. Sic & hic, quum loquutus esset de ouibus, ad extremum ne quis dicat, forte sunt aliquæ oues dei nescio vbi, quas curat deus, & ego illas non noui; quāquam absurdus est nimis humano sensui qui ista cogitauerit, tamen pastor ille compatiens infirmis vsq; ad tales cogitationes descendit, & quę essent oues eius apertissime expositum, Et vos oues meæ, & oues gregis mei, homines estis. Sed qui homines? Omnes homines? Non. Beatus enim cuius est dominus deus ipse eius: Et, cū bonus deus Israel, rectis corde. Beatus vir cuius dominus deus est ipsius. Super omnes deus est: tamē, nescio quomodo nō facile quisquam auder dicere, Deus meus, nisi qui in eum credit, & qui eum diligit: ipse dicit deus meus. Tuum feciſti tibi, cuius es. Hoc amat ipse, prorsus

Ezech.34

In Enchiridion 103.in.1.Tomo. horum opusc. Psal.39 Psal.72 Psal.144 Idem super. ps. 49.in Tom.8.

Prorsus dulcedine affectus tui, & secura & præsidenti dilectione dic, deus meus. Securus dicis, verum dicis: quia tuus est: & non feciſti vt non sit alterius. Non enim sic dicis, deus meus: quomodo equus meus. Equus enim tuus est, non alterius equus. Deus & tuus est, & eius qui sic dixerit, deus meus, quomodo tu dicis. Singuli dicū, deus meus & deus meus: ille omnium est, communiter omnibus se ad fruendum præbens, in omnibus integer, in singulis integer. Non enim qui dicunt, Deus meus, singuli diuidunt inter se. Si sermo iste quem iacto lingua, & sono constante literis & syllabis, totus ad singulos peruenit, nec diuidunt illum inter se qui audiunt: si sermo ad aures corporis corporaliter sonans, in propinquo clarius, in longinquo languidius, ab omnib. tamen audientib. totus excipitur, non inter se syllabatim eum diuidentibus, sed omnibus totum accipientibus: quanto magis ille deus vbique præsens, implens omnia, non propinqua clarius, & longinqua languidius, sed pertendens a fine vsq; ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter, equaliter ab omnibus possidetur? lux ista fratres mei certe corporea de cœlo fulget, oritur, occidit, circumit, de loco in locū mutatur, tamē procedunt in ea & diriguntur oculi omnium, & omnium oculi pariter eam possident, non eam diuidūt: Nullus in ea dies limitem fixit, nec prior prœoccupando vt videret, oculos pauperis aut exclusit, aut an gustauit, dicat pauper, deus meus: dicat dives, deus meus. Minus ille habet, plus hic habet: sed argentum non deū. Vt peruenirent ad deum zacheus dives, dedit dimidiū patrimonij sui: Vt peruenirent petrus, retia & nauem dimisit: vt peruenireret vidua, duo minutā dedit: vt peruenirent pauperior, calicem aquę frigidę porrexit: vt peruenirent pauperes pauper & egenus, solam bonam voluntatem tribuit. Diuersa dederunt, sed ad vnum peruenerunt quia non diuersa amauerunt. Sic & vos homines oues dei, oues gregis dei, nolite perturbari temporalibus diuersitatibus ve stris: quod alij in honore, Alij sine honore, Alij cum pecunia, Alij præter pecuniam, Alij pulchri corpore, Alij vltimus pulchri, Alij ætate fessi, Alij iuuenes, Alij pueri, Alij viri, Alij fœminæ: deus omnibus equaliter adest. Ille Apud eum plus habet loci: Qui plus attulerit, non argentu sed fidei, & vos, inquit, oues meæ, & oues gregis mei, homines estis, & ego deus vester, dicit dominus deus. O beatos nos tali possessione, & tali possessore. Nam & possidet nos, & possidemus illum, possidet nos, vt colat nos: possidemus illum vt colamus illum. Sed nos tanquam deum colimus, ille colit tanquam agrum. Ille colit nos vt fructum vt feramus, Nos eum colimus vt fructum demus. Totum ad nos

Hęc fuerūt vera signa qđ isti fict ꝙ fides dei ē donū, ad deū puerorūt, vt infra i opibus. 16. & 17 & in pręf ps. 31. i 1. To. ho. op.

Deus nos vt agrū colit, nō tm ut agricola iuxta

oramus, ſi ipſi
corde nro ſan
ctã deſideria, &
extra bona opa
opaĩ. Aug. in de
Magiſtro ca. 14
in. 1. To. & ſup
Euãg. Io. trac. 1.
& 4. in To. 9.

recurrit, illi noſtri non eget. Dabo, inquit, tibi hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam fines terræ. Ecce poſſeſſio eius ſumus. Dominus, inquit, pars hæreditatis, & calicis mei, ecce poſſeſſio noſtra eſt. Sed tamen qua diſtinctione? Vos homines eſtis: ego dominus deus veſter, Dicit dominus deus noſter, Qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Libri de ouibus finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE CORREPTIONE ET gratia ad Valentinum, et cum illo monachis, Liber vnus.

CAP. I.

Argu. ex 2. lib. retractationũ de ſumptum.

Rurſus ad eoſdẽ ſcripſi alterũ librũ quẽ de correp. & grat. ꝓno tuui: cũ mihi nũciatũ eẽt, dixiſſe quendã neminẽ corripiẽdũ, ſi dẽ ꝓcepta nõ facit, ſed ꝓ illo vt fiat tãtũmõ orãdũ.

LECTIS literis veſtris, Valentine frater dilectiſſime, & qui ſimul ſeruitis deo, quas per fratrem Florum & eos qui cum illo ad nos venerunt, miſit charitas veſtra, egi deo gratias, quod veſtram in domino pacem, & in veritate conſenſionem, & in charitate flagrantiam, veſtro nobis reddito ſermone cognoui. Quod autem ad ſubuerſionem quorundam apud vos molitus eſt inimicus, deo miſerante, & eius inſidias in ſuorum ſeruorum prouectum mirabili bonitate vertente, ad hoc potius valuit, vt nulli veſtrum deſtruerentur in peius, ſed nonnulli inſtruerentur in melius. Non itaque me opus eſt omnia identidem retractare, quæ ſufficienter vobis pleno libro diſputata tranſmiſimus, quem quomodo ſuſceperitis ſcripta indicant veſtra. Veruntamen ſemel lectum nullo modo arbitremini ſatis vobis innoteſcere potuiſſe. Si ergo eum fructuoſiſimum habere vultis, non vos pigeat relegendo habere notiſſimum, vt diligentiſſime ſciatis quibus & qualibus quæſtionibus ſoluendis atque ſanandis, non ibi humana, ſed diuina occurrat authoritas, a qua recedere non debemus ſi volumus peruenire quo tendimus. Dominus autem ipſe non ſolum oſtendit nobis, a quo malo declinemus, & quod bonum faciamus, quod ſolum

Gra facit vt declinemus a malo

ſolum poteſt legis litera: verum etiam adiuuat nos, vt declinemus a malo, & faciamus bonum, quod nullus poteſt ſine ſpiritu gratiæ; quæ ſi deſit, ad hoc lex adeſt, vt reos faciat & occidat. Propter quod dicit Apoſtolus: Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Qui ergo legitime lege vtitur, diſcit in ea malum & bonum, & non confidens in virtute ſua, confugit ad gratiam qua præſtante declinet a malo & faciat bonum. Quis autem confugit ad gratiam, niſi cum a domino greſſus hominis dirigatur, & viam eius volet? Ac per hoc & deſyderare auxilium gratiæ, initium gratiæ eſt: de quo ait ille: Et dixi, nunc cœpi: hæc eſt immutatio dexteræ excelſi. Liberum itaque arbitrium, & ad malum & ad bonum faciendum in iſto confitendum eſt nos habere: ſed in malo faciendo liber eſt quiſque iuſtitiæ, ſeruuſque peccatis: in bono autem liber eſſe nullus poteſt, niſi fuerit liberatus ab eo qui dixit: Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Nec ita vt cum quiſque fuerit a peccati damnatione liberatus, iam non indigeat ſui liberatoris auxilio, ſed ita potius vt ab illo audiens: Sine me nihil poteſtis facere dicat ei & ipſe: Adiutor meus eſto, ne derelinquas me. Hanc fidem quæ ſine dubio vera & Prophetica & Apoſtolica fides eſt, etiam in fratre noſtro Floro inueniſſe me gaudeo: unde hi potius corrigẽdi ſunt, quos quidẽ ꝓpter eo correctos eſſe iã exiſtimo q, eũ nõ intelligebãt.

lo, & faciamus bonũ q̃ ſi deſit ad hoc lex adẽ, ut reos faciat, & occidat, ideo ſup. in de gra & li. ar. ad Valẽ. c. 4. & 12. & i epi. Pſ. 36. 5. epiſt. in Pſ. 76 2. T. 95. & hẽtur in iſto. 2. T. op. & i de ſpũ & li. 29. & 30. & 31. i T. 3. & in 3. To. horum opuſ. Ioan. 8. Ioan. 15. Pſal. 26.

CAP. II.

INTELLIGENDA eſt enim gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qua ſola homines liberantur a malo, & ſine qua nullum prorſus ſiue cogitando, ſiue volendo & amando, ſiue agendo faciunt bonum: nõ ſolum vt monſtrante ipſa quid faciendum ſit ſciant, verũ etiam vt præſtante ipſa faciant cum dilectione quod ſciunt. Hanc quippe inſpirationem bonæ voluntatis atque operis, poſcebat Apoſtolus eis quibus dicebat: Oramus autem ad deum, ne quid faciatis mali, non vt nos probati appareamus, ſed vt vos quod bonum eſt faciatis. Quis hoc audiat & non euigilet, atque fateatur a domino deo nobis eſſe, vt declinemus a malo, & faciamus bonũ? Quandoquidem non ait Apoſtolus, monemus, docemus, hortamur, increpamus; ſed ait: Oramus ad deum, ne quid faciatis mali, ſed quod bonum eſt faciatis. Et tamen etſam loquebatur eis, & faciebat illa omnia quæ commemorauit: monebat, docebat, hortabatur, increpabat. Sed ſciebat hæc omnia non valere, quæ plantando & rigando faciebat in aperto, niſi eum pro illis exaudiret orantem, qui dat incremẽtum in occulto. Quoniam ſicut idem doctor dicit: Neque qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui be. dat incrementũ dat deus: non ſe itaque fallant quidicunt: Vt quid nobis prædicitur atque præcipitur, vt declinemus

Gra in iſto. 2. To. 1. Cor. 3. Idẽ i de gra & li. ar. ad Valẽ. 11. ſu mo opuſ. 2. Cor. 13.

a malo & faciamus bonum, si hoc nos nõ agimus, sed id
Phil.2 velle & operari deus operatur in nobis: sed potius intel-
Rom.8. ligant si filij dei sunt, spiritu dei se agi, vt quod agendum
est agant, & cum egerint, illi a quo aguntur gratias agãt
aguntur enim vt agant, non vt ipsi nihil agant, & ad hoc
Agimur spũ ut eis ostenditur quid agere debeant, vt quando id agunt
agamus, & non sicut agendum est, id est, cum dilectione & delectatione
vt nihil aga- iustitiæ, suauitatem quam dedit dominus, vt terra eius da
mus. ret fructum suum, accepisse se gaudeant. Quando autem
non agunt, siue omnino non faciendo, siue non ex cha-
2.Cor.4. ritate faciendo, orent vt quod nondum habent accipiãt.
Quid enim habebunt quod non accepturi sunt, aut quid
habent quod non acceperunt?

CAP. III. ERGO, inquiunt, præcipiant tantummodo nobis
quid facere debeamus qui nobis præsunt, & vt faciamus
orent pro nobis: non autem nos corripiant & arguant si
non fecerimus. Imo omnia fiant, quoniam doctores, Ec-
clesiarum Apostoli omnia faciebant, & præcipiebant quę
fierent, & corripiebant si non fierent, & orabant vt fie-
2.Cor.6. rent. Præcipit Apostolus dicens: Omnia vestra in chari-
Quomodo pce- tate fiant. Corripit dicens: Iam quidem omnino delictum
pit, correptio est in vobis, quia iudicia habetis vobiscum. Quare enim
et oratio ordina non magis iniquitatem patiminí? quare non potius frau
ta sunt. damini? Sed vos iniquitatem facitis & fraudatis, & hoc
fratribus: An nescitis quia iniusti regnum dei non pos-
1.Thes.3. debunt? Audiamus & orantem: Vos autem, inquit, do-
minus multiplicet & abundare faciat in charitate in in-
uicem & in omnes. Præcipit, vt habeatur charitas: corri
pit, quia non habetur charitas: orat, ut abundet charitas.
O homo in præceptione cognosce quid debeas habere: in
correptione cognosce, tuo te vitio non habere: in oratio-
ne cognosce, vnde accipias quod vis habere. Quomodo
inquit, meo vitio non habetur, quod non accepi ab illo,
a quo nisi detur, non est omnino alius vnde tale ac tan-
tum munus habeatur.

CAP. IIII. PATIMINI me paululum fratres mei, non aduer-
sum vos, quorum rectum est cor cum deo, sed aduersus
eos qui terrena sapiunt, vel aduersus ipsas humanas co-
gitationes, pro cœlestis & diuinæ gratiæ charitate certa-
re. Hoc enim dicunt, qui in suis malignis operibus ab hu
ius gratia prædicatoribus corripi nolunt. Præcipi mihi
quid faciam, & si fecero age pro me gratias deo, qui mi-
hi vt facerem dedit. Si autem non fecero, non ego corri-
piendus sum, sed ille orandus est vt det quod non dedit:
id est ipsam qua præcepta eius fiant, fidelem dei & proxi
mi charitatem. Ora ergo pro me vt hanc accipiam, & per
hanc ex animo cum bona uoluntate, quæ præcipit facia.
Recte autem corriperer si eam mea culpa non haberem:

hoc est si eam possem mihi dare vel sumere ipse, nec fa-
cerem: vel si dante illo accipere noluissem.

CVM ergo & ipsa volũtas a domino præparetur, cur CAP. V.
me corripis, quia vides me eius præcepta facere nolle, & Prouerb.8. iux
non potius ipsum rogas, vt in me operetur & velle? Ad ta tranla.70.
hęc respondemus: Quicunque dei præcepta iam tibi nota
non facis, & corripi non vis, etiam propterea corripien
dus es, quia corripi non vis. Non vis enim tibi tua vi-
tia demonstrari non vis vt feriantur, flatque tibi vtilis
dolor, quo medicum quęras: non vis tibi tuipse ostendi,
vt cum deformem te vides, reformatorem desideres: reiec- Magnũ vitium
tis supplices in illa remaneas fœditate. Tuum quippe vitiũ nolle corripi, qa
est quod malus es, & maius vitium corripi nolle, quia per maxime vti
malus es: quasi laudanda vel indifferenter habenda sint lis ẽ correptio,
vitia, vt neque laudentur neque, vituperentur: aut vero nã dominus, in
nihil agat timor correptionis, vel pudor, vel dolor: quit si audierit
aut aliud agat cum salubriter stimulat, nisi vt rogetur ho te lucratus eris
mus, & ex malis qui corripiuntur, bonos faciat qui lau- fratrem tuum.
detur. Quod enim vult pro se fieri qui corripi non vult Mat.17.
& dicit, ora potius pro me, ideo corripiendus est vt fa-
ciat etiam ipse pro se. Dolor quippe ille quo sibi displicet
quando sentit correptionis aculeum, excitat eum in ma-
ioris orationis affectum: vt deo miserante, incremento
charitatis adiutus desinat agere pudenda & dolenda, &
agat laudanda atque grataṅda. Hęc est correptionis vti-
litas, quę nunc maior, nunc minor pro peccatorum di-
uersitate salubriter adhibetur, & tunc est salubris, quan-
do supernus medicus respicit. Non enim aliquid proficit,
nisi cum facit vt peccati sui quenque pœniteat. Ecquis
hoc dat nisi qui respexit Apostolum Petrum negantem, Matth.26.
& fecit flentem? Vnde & Apostolus Paulus posteaquam
dixit, cum Modestia corripiendos esse diuersa fentientes
protinus addidit: Nequando det eis deus pœnitentiam 2.Tim.2.
ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli la
queis. Cur autem isti qui corripi nolunt dicunt: Tantum
præcipe mihi & ora pro me, vt quod præcipis faciam? Cur
non potius secundum suum paruum sensum & ista duo
respuunt, & dicunt: Nec vt præcipias mihi, nec vt ores
pro me volo? Quis enim hominum ostenditur orasse Nemo orauit p
pro Petro, vt daret ei deus pœnitentiam, qua se negasse Petro, vt ei do-
dominum fleuit? Quis hominum Paulum diuinis præce- minus daret pœ
ptis ad fidem Christianam pertinentibus eruditum? Cum nitentiam.
ergo audiretur prędicans Euangelium & dicens: No- Mat.26.
tum enim vobis facio fratres Euangelium quod euange- Gal.2.
lizatum est a me, quia non est secundum hominem: neq;
enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per re-
uelationem Christi Iesu. Re ponderetur ei: Quid nobis
molestus es, vt abs te accipiamus atque discamus, quod

tu non ab homine accepisti neque didicisti? Potens est enim ille qui tibi dedit, sic & nobis dare quomodo tibi. Porro si hoc non audent dicere, sed patiuntur sibi. Euangelium ab homine prædicari: quanuis etiam possit non per hominem homini dari, concedant etiam corripisse debere a præpositis suis, a quibus Christiana gratia prædicatur: quanuis non negetur deus posse quem uelit, etiam nullo homine corripiente corrigere, & ad dolorem salubrem pœnitentiæ occultissima & potentissima medicina sue potestate perducere. Et sicut non est ab oratione cessandum pro eis quos corrgi volumus, etiam si nullo hominum orante pro Petro, dominus respexit eum, & fecit eum suum peccatum flere: ita non est negligenda correptio, quauis deus quos voluerit etiam non correptos, facit esse correctos. Tunc autē correptione proficit homo, cum misereatur atq; adiuuat, qui facit quos voluerit etiā sine correptione proficere. Sed quare istis: sic, illis aliter, atque alii aliter diuersis & innumerabilibus modis uocentur ut reformentur, absit ut dicamus iudicium luti esse debere, sed figuli. Apostolus, inquiunt, ait, Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Cur ergo corripimur, arguimur, reprehendimur, accusamur? Quid facimus, qui non accepimus? Qui hæc dicunt, extra culpam se uideri volunt, in hoc quod non obediunt deo, quia utique ipsa obedientia munus eius est: quę necesse est ut insit ei cui charitas inest, quæ sine dubio ex deo est, & dat eam pater filiis suis: hanc inquiunt, non accepimus, quid itaque corripimur, quasi nos eam nobis dare possimus, & nostro arbitrio dare nolimus?

Correptio non negligenda.

1,cor,4.

CAP. VI.

NEC attendunt si nondum regenerati sunt, primam esse causam, cur obiurgati quod sint in obedientes deo, sibi debeant displicere, quia fecit deus hominem rectum ab initio humanę creaturę, & non est iniquitas apud deum. Ac per hoc prima prauitas qua deo non obeditur, ab homine est, quia ex rectitudine, in qua eum deus primitus fecit sua, mala uoluntate decidens, prauus effectus est. An uero ideo prauitas ista corripienda non est: in homine, quia non eius propria qui corripitur, sed communis est omnibus? Imo uero corripiatur & in singulis, quod est omnium. Non enim propterea cuiusquam non est, quod ab ea nullus immunis est. Peccata quidem ista originalia ideo dicuntur aliena, quod ea singuli de parentibus trahunt, sed non sine causa dicuntur & nostra, quia in illo uno omnes. sicut dicit Apostolus, peccauerunt. Corripiatur ergo origo damnabilis, ut ex dolore correptionis uoluntas regenerationis oriatur, si tamen qui corripit filius est promissionis, ut strepitu correptionis forinsecus

Eccle.15.
Roma.9.

Voluntate peccauit primus homo deliberabili. lib.1.c.1 in To. 1. & in isto. 2. To. opu. scl. Roma.3.

forinsecus in sonante atque flagelante, deus in illo interinsecus occulta inspiratione operetur & uelle. Si autem iam regeneratus & iustificatus in malam uitam sua uoluntate relabitur, certe iste non potest dicere, nō accepi, quia acceptam gratiam dei suo in malum libero amisit arbitrio. Qui si correptione compunctus salubriter ingemit, & ad similia bona opera uel etiam meliora reuerti tur, nēpe hic apertissime utilitas correptionis apparet. Sed per hominem correptio siue ex charitate sit, siue non sit, tamen ut correptio prosit, non nisi per deum fit. An adhuc & iste nolens corripi, potest dicere: Quid ego fei qui non accepi: quem constat accepisse, & sua culpa quod acceperat amisisse? Possum inquit, possum omnino, quando me arguit, quod ex bona uita in malam mea uoluntate relapsus sum, dicere adhuc, Quid ego feci qui non accepi: accepi enim fidem quæ per dilectionem operatur, sed in illa usque in finem perseuerantiam non accepi: an quisquam dicere audebit istam perseuerantiā non esse donum dei, & hoc tam magnum bonum ita esse nostrum, ut quisquis id habuerit, non ei possit Apostolus dicere: Quid enim habes quod non accepisti, quoniā hoc sic habet ut non acceperit? Ad hæc nos negare quidem non possumus etiam perseuerantiam in bono proficientem usque in finem, magnum esse dei munus: nec esse nisi ab illo, de quo scriptum est: Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Sed nō ideo est eius q̄ non pseueraverit, negligēda correptio, ne forte det illi deus pœnitentiam, & resipiscat de diaboli laqueis. Correptionis quippe utilitati hāc sententiam subiunxit Apposto lus dicens, sicut supra commemoraui: Cum modestia corripientem diuersa sentientem, nequando det illis deus pœuitentiam. Nam si dixerimus istam perseuerantiam tam laudabilem tamque infelicem sic esse hominis, ut ei non sit ex deo: illud primitus euacuamus, quod ait dominus Petro: Rogaui pro te, ne desciat fides tua. Quid enim et rogauit, nisi perseuerantiam usque in finem? Quę profecto si ab homine hominis esset, a deo poscenda non esset. Deinde cum dicat Apostolus: Oramus autem ad deum ne quid faciatis mali: proculdubio perseuerātiam eis orat ad deū. Neque enim nihil mali facit qui bonum deserit, & a quo declinare non debet, inclinatur in malum, non per euerans in bono. Illo etiam loco ubi dicit: Gratias ago deo in omni memoria uestri, semper in omnibus uobis cum gaudio deprecationem faciens, super communione uestra in Euangelio a prima die usque nunc. confidens hoc ipsum, quoniam qui cœpit in uobis opus bonum perficiet usque in diē Christi Iesu: Quid aliud eis quā perseuera

Gal.5.

1.Cor.4.

Iacobi.1.

Perseuerātia est donū dei, quod & in de bono perse ,ad lungum patefacit Augustinus.

Luc.22.

2.Cor.13.

Philip.1.

tiam in bono vsque in finem, de dei miseratione promittit? Itemque vbi dicit: Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Christi Iesu, semper certans pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate dei, quid est, vt stetis: nisi, vt perseueretis? Vnde dictum est de diabolo: In veritate non stetit: quia fuit ibi, sed non permansit. Nam vtique isti in fide iam stabant. Nec aliud oramus cum oramus, vt qui stat stet, nisi vt perseueret. Item Iudas Apostolus cum dicit: Ei autem qui potens est conseruare vos sine offensione, & constituere ante conspectu gloriæ suæ immaculatos in lætitia: nonne apertissime ostendit donum dei in bono perseuerare vsq; in finem? Quid enim aliud donat, qui conseruat sine offensione, vt constituat ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in lætitia, nisi perseuerantiam bonam? Quid est etiam quod in Apostolorum actibus legimus: Audientes autem gentes gauisæ sunt, & exceperunt verbum domini, & crediderunt quotquot erant ordinati in vitam æternam. Quis in æternam vitam potuit ordinari, nisi perseuerantiæ dono? Quandoquidem qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Qua salute, nisi æterna? Cum vero in oratione dominica deo patri dicimus: Sanctificetur nomen tuum: quid aliud dicimus, quam vt nomen eius sanctificetur in nobis? Quod cum per lauacrum regenerationis affectum sit, quare quotidie a fidelibus poscitur, nisi vt in eo quod factum est in nobis, perseueretur a nobis? Nam & beatus Cyprianus hoc sic intelligit, exponens quippe eandem orationem: Dicimus, inquit, sanctificetur nomen tuum: non quod optemus deo, vt sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus a deo vt nomen eius sanctificetur in nobis: cæterũ a quo deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit Sancti estote quoniam & ego sanctus sum: id petimus & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo qđ esse cœpimus perseueremus. Ecce gloriosissimus martyr hoc sentit, quod in his verbis quotidie fideles Christi petunt, vt perseuerent in eo quod esse cœperunt.

Col.4.
Ioan.8.
Iudas Apostolus.
Acto.13.
Matth.6.
Idẽ & fusius ĩ de bo.pse.cap.2. & 21. in To.7. & ĩ 3. To.ho.op.
Leuit.20.
Idẽ sup.ĩ de grã & li.ar. ad val. 14. vbi multa ann otauimus.

CAP. VII.

NVLLO Autem dubitante, quisquis a domino vt in bono perseueret, precatur: donum eius esse talem perseuerantiam confitetur. Quæ cum ita sint, corripimus tamen eos, iusteque corripimus, qui cum bene viuerent, non in eo perseuerarunt. Ex bona quippe in malam vitam sua voluntate mutati sunt, & ideo corripiuntur: & si nihil eis correptio profuerit, sed in vita perdita vsque ad mortem perseuerauerint, etiam diuina in æternũ damnatione sunt digni. Nec se excusabunt dicentes sicut modo dicunt, quare corripimur: ita tunc, quare damnamur, quandoquidem vt ex bono reuerteremur ad malum perseuerantiam

perseuerantiam non accepimus qua permaneremus in bono? nullo modo hac excusatione a iusta damnatione se liberabunt. Si enim sicut veritas loquitur nemo liberatur a damnatio quæ facta est per Adam, nisi per fidem Iesu Christi, & tamen ab hac damnatione non se liberabunt qui poterunt dicere, non se audisse Euangeliũ Christi, cum fides ex auditu sit: quanto minus se liberabunt qui dicturi sunt, perseuerantiam non accepimus. Iustior enim videtur excusatio dicentium, non accepimus audientiam, quam dicentium, non accepimus perseuerantiam, quoniam potest dici homini, in eo quod audieras & tenueras, in eo perseuerares si velles: nullo modo autem dici potest, id quod non audieras, crederes si velles. Ac per hoc & qui Euangelium non audierunt: & qui eo audito in melius commutati perseuerantiam non acceperunt, & qui Euangelio audito venire ad Christum, hoc est in eum credere noluerunt, quoniam ipse dicit: Nemo venit ad me, nisi ei datum fuerit a patre meo: & qui per ætatem paruulam nec credere potuerunt, sed ab originali noxa solo possent lauacro regenerationis absoluí, quo tamen non accepto mortui perierunt, non sunt ab illa cõspersione discreti, quam constat esse damnatam, euntibus omnibus ex vno in condemnationem. Discernuntur autem non meritis suis, sed per gratiam mediatoris, hoc est in sanguine secundi Adam iustificati gratis. Itaque cum audimus: Quis enim te discernit, quid autẽ habes quod non accepisti: si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? ab illa perditionis massa quæ facta est per primum Adam, debemus intelligere neminem posse discerni, nisi quod hoc donum habet quisquis habet, quod gratia saluatoris accepit. Hoc autem Apostolicum testimonium tam magnum est, vt beatus Cyprianus ad Cirinum scribens, ipsum subiecerit illi titulo, in quo ait in nullo esse gloriandum, quando nostrum nihil sit. Quicunque ergo ab illa originali damnatione ista diuinæ gratiæ largitate discreti sunt, non est dubium quod & procuratur eis audiendũ Euangeliũ: & cũ audiunt credũt, & in fide quæ per dilectionem operatur, vsque in finem perseuerant: & si quando exorbitant, correpti emundantur, & quidam eorum etsi ab hominibus non corripiantur, in viam quam reliquerant, redeunt: & nonnulli accepta gratia, in qualibet ætate periculis huius vitæ, mortis celeritate subtrahuntur. Hęc enim omnia operatur in eis, qui vasa misericordiæ operatus est eos, qui & eligit eos in filio suo, ante constitutionem mundi per electionem gratię. Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Non enim sic sunt vocati, vt non essent electi, propter quod dictum est: Multi sunt vocati, pauci

Roma.5.
Roma.10.
Ioan.6.
1.Cor.4.
Sola gratia a fidition eliberamur
Gal.5.
Ephe.1.
Roma.11.
Matt.20.

Ephe.1.
Roma.8.

pauci vero electi: sed quoniam secundum propositum vocati sunt, profecto electi sunt per electionem, vt dictum est gratiæ, non præcedentium meritorum suorum, quia gratia illis est omne meritum. De talibus dicit Apostolus: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt: quoniam quos ante præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem prædestinauit, illos & vocauit: quos autem vocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Ex istis nullus perit, quia omnes electi sunt: Electi sunt autem, quia secundum propositum vocati sunt: propositum autem non suum sed dei. De quo alibi dicit, vt secundum electionem propositum dei maneret, & non ex operibus sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori: & alibi: Non secundum opera nostra, inquit, sed secundum suum propositum & gratiam. Cum ergo audimus: Quos autem prædestinauit, illos & vocauit secundum propositum vocatos debemus agnoscere, quoniam inde cœpit, dicens: Omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt: ac deinde subiunxit: Quoniam quos ante præsciuit, & prædestinauit conformes imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Atque his præmissis subdidit: Quos autem prædestinauit, illos & vocauit. Eos itaque vult intelligi, quos secundum propositum vocauit, ne putentur in eis esse aliqui vocati & non electi, propter illam dominicam sententiam: Multi vocati, pauci electi. Quicunque enim electi, sine dubio etiam vocati: non autem quicunque vocati, consequenter electi. Illi ergo electi, vt sæpe dictum est, qui secundum propositum vocati, qui etiam prædestinati atque præsciti. Horum si quisquam perit, fallitur deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur deus: horum si quisquam perit, vitio humano vincitur deus: sed nemo eorū perit, quia nulla re vincitur deus. Electi autem sunt ad regnandum cum Christo, non quomodo electus est Iudas ad opus cui congruebat. Ab illo quippe electus est, qui nouit bene vti etiam malis, vt & per eius opus damnabile, illud propter quod ipse venerat, opus venerabile compleretur. Cum itaque audimus, nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est: illos debemus intelligere electos per misericordiam, illum per iudicium. Illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum: illum ad effundendum sanguinem suum. Merito sequitur vox ad regnum electorum: Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo

Roma.9.
De numero electorū nullus pibit, ga scdm ppositū vocati sūt.
idē in de pd. san. 16. in. 3. To. ho. op. & supꝫ Ioan. trac. 52. in To. 9
Roma.8.

Matt. 22.
De duplici Vocatiõe in de præd. san. c. 16. i To. 7. & i. 3. T. ho. op.
Nullus de nũero pdestinatorꝫ perire põt, idē ifra c. 13. & in li. soliloquiorũ. 29. in T. 1. & supꝫ euã. Ioã. tract. 52. in Tom. 9.
Ioan. 6.
Idē ab Au. super psal. 55. in. T. 8. & 1. sen. dist. vltima.
Roma.8.

non & cum illo nobis omnia donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat? Quis condemnat? Christus Iesus qui mortuus est, magis autem qui & resurrexit, qui est in dextera dei, qui & interpellat pro nobis? Quam fortis autem perseuerantiæ vsque in finem munus acceperint, sequantur & dicant. Quis nos separabit a Charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eũ qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Isti significati sunt ad Timotheum, vbi cum dictum fuisset Hymeneum & Philetum fidem quorundam subuertere, mox additum est: Firmum autem fundamentum dei stat, habens signaculum hoc, Scit dominus qui sunt eius. Horum fides quę per dilectionem operatur, profecto aut omnino non deficit: aut si q sunt quorum deficit, reparatur antequam vita ista finiatur, & delera quæ intercurrerat iniquitate, vsque in finẽ perseuerantia deputatur. Qui vero perseueraturi nõ sunt ac si a fide Christiana & conuersatione lapsuri sunt, vt ta les eos vitę huius finis inueniat, proculdubio, nec illo tẽpore, quo bene pieque viuunt, in isto numero computan di sunt. Non enim sunt a massa illa perditionis præscientia dei & prędestinatione discreti, & ideo nec secũdũ propositum vocati, ac per hoc nec electi: sed in eis vocati de quibus dictum est: Multi vocati: & non in eis de quibus dictum est, pauci vero electi. Et tamen quis neget eos electos, cum credunt & baptizantur, & secundum deum viuunt? Plane dicuntur electi a nescientibus quid futuri sint, non ab illo qui eos nouit non habere perseuerantiam, quæ ad beatam vitam perducit electos, scitque illos ita stare, vt præsciret esse casuros.

2. Tim. 2.
Gal. 5.

Qui nõ pseuerãt nec scdm ppositũ vocati, & si nobis videantur aliquãdo electi.

Matt. 20.

HIC si a me quæratur, cur eis deus, perseuerantiam non dederit, qui eam qua Christiane vluerent dilectionẽ dedit: me ignorare respondeo. Non enim arroganter, sed agnoscẽs modulum meum, audio dicentem Apostolum O homo, tu quis es qui respondeas deo? Et, O altitudo diuitiarũ sapiẽtię & scientiæ dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vię eius. Quãtũ itaq; nobis iudicia sua manifestare dignat gratias agamus: quãtũ vero abscõdere, nõ aduersus eos cõsiliũ murmuremus, sed hoc quoq; nobis saluberrimũ esse credamus. Tu aũt qs is inimicus eius gratię sic interrogas, ipse qd dicis? Bene,

CAP. VIII.

Roma.9.
Roma.11.

quod

Quare vni dedit donū pſeuerātię & alteri ñ dedit, fatetur ſe ignorare Auguſt.

quod te non negas eſſe Chriſtianum, & catholicum fa-
ctas. Si ergo confiteris donum dei eſſe perſeuerare in bo-
no vſque in finem, cur hoc donum ille accipiat, ille non
accipiat, puto quod mecum pariter neſcis, & ambo hic
inſcrutabilia iudicia dei penetrare non poſſumus. Aut ſi
ad liberum arbitrium hominis, quod non ſecundum dei
gratiam, ſed contra eam defendis, pertinere dicis vt per-
ſeueret, in bono quiſque, vel non perſeueret, non deo do-
nante ſi perſeueret, ſed humana voluntate faciente: quid
moliturus es contra verba dicentis: Rogaui pro te Pe-
tre, ne deficiat fides tua? An audebis dicere etiam rogan-
te Chriſto ne deficeret fides Petri, defecturam fuiſſe ſi Pe-
trus eam deficere voluiſſet, hoc eſt, ſi eam vſque in fine
perſeuerare noluiſſet: quaſi aliud petrus vllo modo vel-
let, quam pro illo Chriſtus rogaſſet vt vellet? Nam quis
ignorat tunc fuiſſe perituram fidem Petri, ſi ea quæ fide
lis erat, voluntas ipſa deficeret: & permanſuram, ſi eadē
voluntas maneret? Sed quia præparatur voluntas a do-
mino, ideo pro illo non poſſet eſſe inanis oratio. Quan-
do rogauit ergo ne fides eius deficeret, quid aliud roga-
uit niſi vt haberet in fide liberrimam, fortiſſimam, inui-
ctiſſimam, perſeuerantiſſimam voluntatem? Ecce quem-
admodum ſecundum gratiam dei, non contra eam liber-
tas defenditur voluntatis. Voluntas quippe humana nō
libertate conſequitur gratiam, ſed gratia potius liberta-
tem, & vt perſeueret delectabilem perpetuitatem, & in-
ſuperabilem fortitudinem. Mirandum eſt quidem, mul-
tumque mirādum, quod filijs ſuis deus quibuſdam quos
regenerauit in Chriſto, quibus fidem, ſpem, dilectionem
dedit, non dat perſeuerantiam: cum filijs alienis, ſcelera
tanta dimittat, atque impertita gratia ſua, faciat filios ſuo-
os. Quis hoc non miretur? Quis hoc non vehementiſ-
ſime ſtupeat? Sed etiam illud non minus mirum eſt, & ta-
men verum, atque ita manifeſtum, vt nec ipſi inimici
gratiæ dei quomodo id negent valeant inuenire, quod
filios quoſdam amicorum ſuorum, hoc eſt regenerato-
rum bonorum que fidelium, ſine baptiſmo hinc paruulos
exeuntes, quibus vtique ſi vellet, huius lauacri gratiam
procuraret, in cuius poteſtate ſunt omnia, alienat a regno
ſuo, quo parentes mittit illorum: & quoſdam filios ini-
micorum ſuorum facit in manus Chriſtianorum venire
per hoc lauacrum introduci in regnum, a quo eorum pa-
rentes alieni ſunt, cum & illis malum, & iſtis bonum me-
ritum nullum ſit paruulis, ex eorum propria voluntate.
Certe hic iudicia dei, quoniam iuſta & alta ſunt, nec vi-
ſuperari poſſunt, nec penetrari: in his eſt & illud de per-
ſeuerantia, de qua nunc diſputamus: de vtriſque ergo
exclamemus: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcien-

Luc. 22.

Hoc idē ī Pelagiānos arg. hr̄ ab Au. in de gr̄a & li. ar. ad val. c. 22 et. 23. in To. 7. et ſup. in iſto. 2. T. op. & in de p̄d. et gr̄a. c. 7. Ro. 2. hēs de p̄ nullis nōdū natis in To. 7. & in. 3 To. ho. op. & in epi. 105. i. 2. To. & in iſto. T. op.

tiæ dei, quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius. Nec mire-
mur nos veſtigare non poſſe inueſtigabiles vias eius. Vt
enim alia innumerabilia taceam, quæ alijs dantur, alijs
non dantur hominibus a domino deo, apud quem non
eſt acceptio perſonarum, nec tribuuntur iſta meritis
voluntatum, ſicut ſunt celeritates, vires, bonæ valetu-
dines, & pulchritudines corporum, ingenia mirabilia, &
multarum artium capaces naturæ mentium: vel quæ ac-
cidunt extrinſecus, vt eſt opulentia, nobilitas, honores,
& cætera huiuſmodi, quæ quiſque vt habeat, non niſi
in dei eſt poteſtate: vt non immorer etiam in baptiſma-
te paruulorum, quod nullus iſtorum poteſt dicere, ſicut
illa ad regnum dei non pertinere, cur illi paruulo de-
tur, illi non detur, cum ſit vtrunque in poteſtate dei, &
ſine illo ſacramento nemo intret in regnum dei. Vt er-
go hæc taceam vel relinquam, illoſipſos intueantur de
quibus agitur. De his enim diſſerimus, qui perſeueran-
tiam bonitatis non habent, ſed ex bono in malum deſti-
ciente bona voluntate moriuntur. Reſpondeant ſi poſ-
ſunt, cur illos deus cum fideliter & pie viuerent, non
tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia muta-
ret intellectum eorum, & ne fictio deciperet animas eo-
rum. Vtrum hoc in poteſtate non habuit, an eorum ma-
la futura neſciuit? Nempe nihil horum niſi peruerſiſsime
atque inſaniſſime dicitur. Cur ergo non fecit? Reſpon-
deant qui eos irrident, quando in rebus talibus excla-
mamus: Quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſti
gabiles viæ eius. Neque enim hoc non donat deus qui
bus voluerit, aut vero ſcriptura illa mentitur, quę de
morte velut immature hominis iuſti ait: Raptus eſt ne
malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet
animam eius. Cur igitur hoc tam magnum beneficium
alijs dat: alijs non dat deus, apud quem non eſt iniquitas
nec acceptio perſonarum, & in cuius poteſtate eſt, quan
diu quiſque in hac vita maneat, quæ tentatio dicta eſt
ſuper terram? Sicut ergo coguntur fateri donum dei eſſe,
vt finiat homo vitam iſtam, antequam ex bono mute-
tur in malum, cur autem alijs donetur, alijs non done-
tur, ignorant: ita donum dei eſſe in bono perſeuerantiā,
ſecundum ſcripturas, de quibus teſtimonia multa iam
poſui, fateantur nobiſcum, & cur alijs detur, alijs non
detur, ſine murmure aduerſus deum dignentur ignora-
re nobiſcum.

Comparatio.

Roma. 11.

Sap. 4.

CAP. IX.

NEC Nos moueat, quod filijs ſuis quibuſdam deus
non dat iſtam perſeuerantiam. Abſit enim vt ita eſſet, ſi
de illis prædeſtinatis eſſent, & ſecundum propoſitum vo
catis, qui vere ſunt filij promiſſionis. Nam iſti cum pie
viuunt dicuntur filij dei, ſed quoniam victuri ſunt im-
pie &

Filij dei dicūtur Filij p̄miſſiōis.

pie,& in eadem impietate morituri, non eos dicit filios
Ioan.11. dei præscientia dei. Sunt enim filii dei, qui nondum sunt
nobis et sunt iam deo: de quibus ait Euangelista Ioannes
quia Iesus moriturus erat pro gente: nec tantum pro gen-
te, sed etiam vt filios dei dispersos congregaret in vnum,
quod vtiq; credendo futuri erant per Euangelii predi-
cationem, & tamē antequam esset factum, iam filii dei erāt
in memoriali patris sui inconcussa stabilitate conscripti.
Et sunt rursus quidam qui filii dei propter susceptam vel
temporaliter gratiam dicuntur a nobis, nec sunt tamen
1.Ioan.2. deo. De quibus ait idem Ioannes: Ex nobis exierunt,
sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis, per-
mansissent vtiq; nobiscum. Non ait ex nobis exieruut,
sed quia non manserunt nobiscum, iam non sunt ex no-
bis: verum ait, ex nobis exierunt, sed non erant ex no-
bis: hoc est, & quando videbantur in nobis, non erant
Pulchrum hēs exēplū quo qui ex nobis. Et tanquam ei diceretur, Vnde id ostendis?
nō sunt filii p- Quod si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent vtique
missionis nō p- nobiscum. Filiorum dei vox est: Ioannes loquitur in fi-
manētī vnitate liis dei loco præcipuo constitutus. Cum ergo filij dei di-
ecclesiæ, i de bo cunt de his qui perseuerantiam non habuerunt, ex no-
no pse. ca.15. bis exierunt, sed non erant ex nobis: & addunt, quod si
in To.7.& in.3 fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum; quid
To. horū opus. aliud dicunt, nisi non erant filii, etiam quando erant in
& in Soliloqui. professione & nomine filiorū: non quia iustitiā simulaue-
c.28.in To.9. runt, sed quia in ea nō permanserunt. Neq; enim ait: Nam
si fuissent ex nobis, veram non fictā iustitiā tenuissent vti
q; nobiscū: sed, si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent
vtiq; nobiscū. In bono illos volebat, peculdubio perma
nere. Erāt itaq; in bono, sed quia in eo non permāserunt
id est, non vsq; in finem perseuerauerunt: nō erāt, inquit,
ex nobis, & quando erant nobiscum: hoc est, non erant
ex numero filiorum, & quando erant in fide filiorū: quo
Ro.8. niam qui vere filii sunt, præscit & prædestinati sunt con
Filius pmissio- formes imaginis filij eius, & secundū propositum vocati
nis nō perit, sed sunt vt electi essent. Nō enim perit filius promissionis, sed
filius pditionis filius perditionis. Fuerunt ergo isti ex multitudine voca
idē supra. ca.7. torum: ex electorum autem paucitate nō fuerunt. Nō igi
1.Cor.4. tur filiis suis prædestinatis deus perseuerantiā non dedit,
haberent enim eam si in eo filiorū numero essent. Et quid
haberent quod nō accepissent, secundum apostolicam ve
ramq; sententiā? ac per hoc tales filii filio Christo dati es-
sent: quemadmodum ipse dicit ad patrem, vt omne quod
dedisti mihi nō pereat, sed habeat vitam æternā. Hi ergo
Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitā æter
nam. Ipsi sunt illi prædestinati, & secundū propositum vo
cati, quorū nullus perit. Ac per hoc nullus eorum ex bo
no in malū mutatus finit hanc vitā, quoniam sic est or-
dinatus,

dinatus, & ideo Christo datus vt nō pereat, sed habeat vi Ioan.11.
tam æternam. Et rursus quos dicimus inimicos eius, vel
paruulos filios inimicorum eius, quoscunque eorum sic
regeneraturus est, vt in ea fide quę per dilectionem opera Gal.5.
tur hanc vitam finiant, iam & antequam hoc fiat, in illa
prædestinatione sunt filii eius, & dati sunt Christo filio
eius, vt non pereant, sed habeant vitā æternam. Denique Ioan.8.
ipse saluator: Si manseritis, inquit, in verbo meo, vere di-
scipuli mei estis. Nunquid in his computandus est Iudas,
qui non mansit in verbo eius? Nunquid in his compu-
tandi sunt illi de quibus Euangelium sic loquitur, vbi do Ioan.6.
minus cum commendasset manducandam carnem suam,
& bibendum sanguinem suum, ait Euangelista: Hęc dixit
in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo au-
dientes ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic ser-
mo, quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud se-
metipsum, quia murmurabant de hoc discipuli eius, dixit
eis: Hoc vos scandalizat: Si ergo videritis filium ho-
minis ascendentem vbi erat prius? Spiritus est qui vi-
uificat, caro autem non prodest quicquam. Verba quæ
ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt qui
dam ex vobis qui non credunt: sciebat enim ab initio
Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, &
dicebat: Proptrerea dixi vobis, quia nemo venit ad me,
nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipu-
lorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambula-
bant. Nunquid non & isti discipuli appellati sunt loquen
te Euangelio, & tamen non erant vere discipuli, quia nō
manserunt in verbo eius, secundum id quod ait: Si man- Ioan.8.
seritis in verbo meo, vere discipuli mei estis. Quia ergo
non habuerunt perseuerantiam, sicut non vere discipuli Qui nō permā-
Christi, ita nec vere filij dei fuerunt, etiam quando esse vi serūt in verbo
debantur, & ita vocabantur. Appellamus ergo nos et eos Christi eius di-
Christi discipulos et dei filios, quia sic appellādi sunt scipuli non fue-
quos regeneratos pie viuere cernimus: sed tūc vere sunt runt.
quod appellantur, si māserint in eo, propter quod sic appel
lantur. Si autē perseuerantiam non habent, id est in eo qđ
cœperunt esse non manent, non vere appellantur quod
appellantur, & non sunt: apud eum enim hoc non sunt
cui notum est quod futuri sunt, id est ex bonis mali. Pro
pter hoc Apostolus cum dixisset, Scimus quoniam dili-
gentibus deum omnia cooperatur in bonum: sciens non-
nullos diligere deum, & in eo bono vsque in finem non
permanere, mox addidit, his qui secundum propositum
vocati sunt. Hi enim in eo quod diligunt deum, perma-
nent vsque in finem: & qui ad tempus inde deuiant, reuer
tuntur vt usque in finem perducantur, quod in bono esse
cœperunt. Ostendens autem quid sit secundum pro-

positum

Supra.cap.8. positum vocari, mox addidit ea quæ iam supra posuit Quoniam quos ante præscíuit, & prædestinauit conformes imaginis filij eius, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prędestinauit, illos & vocauit, scilicet secũdum propositum: quos autem vocauit, ipsos & iustificauit, quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Illa omnia iam facta sunt, præscíuit, prędestinauit, vocauit, iustificauit: Quoniam & omnes iam præscitt ac prędestinati sunt, & multi iam vocati atque iustificati. Quod autem posuit in fine, illos & glorificauit: Siquidem illa gloria est hic intelligenda de qua idem dicit: Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria: nondum factum est, quãuis & illa duo, id est vocauit & iustificauit, non in omnibus facta sint, de quibus dicta sunt. Adhuc enim vsque in finẽ seculi multi vocandi & iustificandi sunt: & tamẽ verba præteriti temporis posuit de rebus etiam futuris, tanquam iam fecerit deus, quę iam vt fierent ex ęternitate dispposuit. Ideo de illo dicit Propheta Esaias, qui fecit quę futura sunt. Quicunque ergo in dei prouidentissima dispositione præscit, prædestinati, vocati, iustificati, glorificati sunt, non dico etiam nondum renati, sed etiam nondũ nati, iam filij dei sunt, & omnino perire non possunt. Hi vere veniunt ad Christum, quia ita veniunt quomodo ipse dicit: Omne quod dat mihi pater ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eijciam foras. Et paulopost: Hæc est, inquit, voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo. Ab illo ergo datur etiam perseuerãtia in bono vsque in finem: neque enim datur, nisi eis qui non peribunt, quoniam qui non perseuerant peribunt. Talibus deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum, vsque adeo prorsus omnia, vt etiam si qui eorum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discunt enim in ipsa via iusta cũ tremore se exultare debere, non sibi arrogando tanquam de sua virtute fiduciã permanendi, nec dicendo in abundantia sua, non mouebor in æternum, propter quod eis dicitur: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore, ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Neque enim ait, & ne veniatis ad viam iustam: sed, ne pereatis, inquit, de via iusta: quid ostendens, nisi eos esse commonitos qui iam ambulant in uia iusta, ut in timore deo seruiant, id est non altum sapiant, sed timeant: quod significat non superbiant, sed humiles sint; unde & alibi dicit: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes: exultent deo, sed cum tremore, in nullo gloriantes, quando nostrum nihil sit, ut qui gloriatur in domino glorietur. Ne pereant de via

Col.2.

Ioan.6.

Peccata electis cooperant in bonũ qa humiliores redeunt, ac doctiores, vt Petrus post negationem effectus est q̃ pus multũ de se pręsumebat. lib. Soloq. cap.28.i. To. 9

Psal. 29.

Psal .2.

Roma.11.
Hiere.9.
2.Cor.1.

de via iusta, in qua iam ambulare cœperunt, dum sibi hoc ipsum assignant, quod in ea sunt. his verbis vsus est & Apostolus vbi ait: Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et ostendens quare cum timore & tremore, ait: Deus est enim, inquit, qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Non enim habebat hunc timorem & tremorem, qui dicebat in abundãtia sua, nõ mouebor in ęternum: sed quia filius erat promissionis, non perditionis, expertus deo paululum deserente quid esset ipse: Domine, inquit, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Ecce doctior, & ob hoc etiam humilior, tenuit viam iam videns & confitens in voluntate sua, deum decori eius præstitisse virtutem, quod sibijpsi tribuens & de se præfumens in tali abundantia quam præstiterat deus, non de illo qui eam præstiterat dicebat, non mouebor in æternum. Factus est ergo conturbatus, vt se inueniret, & humiliter sapiens, non solum æternę vite, verum etiam in hac vita piæ conuersionis & perseuerantiæ, in quo spes habenda esset, addisceret. Hæc vox & apostoli Petri esse potuit: dixerat quippe & ipse in abundantia sua, Animam meam pro te ponam: sibi festinando tribuens, quod ei fuerat a domino postea largiendum. Auertit autem ab illo faciem dominus, & factus est conturbatus, ita vt eum mori pro illo metuens ter negaret. Sed rursus cõuertit ad eum faciem suam dominus & culpam lachrymis diluit. Quid est enim aliud, Respexit eum: nisi faciem suam quam paulum ab illo auerterat, reuocauit ad eum? Factus ergo fuerat conturbatus. Sed quia didicit non de seipso fidere etiam hoc ei profecit in bonum, faciente illo qui diligentibus eum omnia cooperatur in bonum, quia secundum propositum vocatus erat, vt nemo eum posset eripere de manu Christi, cui datus erat.

2.Cor.10.

Philip.2.

Psal.29.

Sibi tribuebat Petrus qd̃ sei erat postea a dño largiẽdũ, hoc est pseuerãtię donũ

Ioan.13.

Roma.8.

CAP. X.

NEMO ergo dicat, non esse corripiendum qui exorbitat de via iusta, sed ei reditum & perseuerantiam a domino tantum esse poscendam: nemo prudens & fidelis hoc dicat. Si enim secundũ propositum vocatus est iste, proculdubio illi etiam quod corripitur, deus cooperatur in bonum. Vtrum autem sic sit vocatus, quoniam qui corripit nescit, faciat ipse cum charitate quod scit esse faciendum: scit enim talem corripiendum, facturo deo aut ad misericordiam, aut ad iudicium. Misericordiam quidem, si a massa perditionis ille qui corripitur, gratiæ largitate discretus est, & non est inter vasa iræ quę perfecta sunt in perditionem, sed inter vasa misericordiæ, quæ præparauit deus in gloriam. Iudicium vero, si in illis est damnatus, in his non est prædestinatus. Hinc exoritur alia

Qui corripitur aut ad iudiciũ, uel ad misericordiã corripitur.

Roma.9.

Nos & sermoes nostri in manu domini.

questio non sane contemnenda, sed in adiutorio domini, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri, aggredienda atque soluenda. Quæritur enim a nobis, quantum attinet ad hoc donum dei, quod est in bono perseuerare vsque in finem, quid de ipso primo homine sentiamus, qui certe sine vllo vitio factus est rectus. Nec dico, si perseuerantiam non habuit, quomodo sine vitio fuit, cui tamen necessarium dei donum fuit: huic nanque interrogationi facile respondetur, eam perseuerantiam non habuisse, quia in eo bono quo sine vitio fuit non perseuerauerit: cœpit enim habere vitium ex quo cecidit, & si cœpit, antequam cœpisset vtique sine vitio fuit. Aliud est enim non habere vitium, & aliud est in ea bonitate in qua nullum vitium est, non manere. Eo quippe ipso quod non dicitur nunquam sine vitio fuisse, sed dicitur sine vitio non permansisse, proculdubio demonstratur sine vitio fuisse, in quo bono non permansisse culpatur.

Adã rectus creatus, sed nõ cum dono perseuerãtiæ.

Sed illud magis quærendum operosiusque tractandum est, quomodo respondeamus eis, qui dicunt: Si in illa rectitudine in qua sine vitio factus est, habuit perseuerantiam, proculdubio perseuerauit in ea. Et si perseuerauit, vtique non peccauit, nec illam suam rectitudinem deum quæ deseruit. Eum autem peccasse, & desertorem boni fuisse, veritas clamat. Non ergo habuit in illo bono perseuerantiam, & si non habuit, non vtique accepit. Quomodo enim & accepisset perseuerantiam, & non perseuerasset? Porro si propterea non habuit quia non accepit, quid ipse non perseuerando peccauit, qui perseuerantiam non accepit? Neque enim dici potest ideo non accepisse, quia non est discretus a massa perditionis gratiæ largitate: Nondum quippe erat illa in genere humano perditionis massa antequam peccasset, ex quo tracta est origo vitiata. Quapropter saluberrime, confitemur quod rectissime credimus, deum dominumque rerum omnium qui creauit omnia bona valde, & mala ex bonis exortura esse præsciuit, & sciuit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis benefacere, quam mala esse non sinere: sic ordinasse angelorum & hominum vitam, vt in ea prius ostenderet quid posset eorũ liberum arbitrium, deinde quid posset suę gratiæ beneficium iustitięque iudicium. Denique angeli quidam, quorum princeps est qui dicitur diabolus, per liberũ arbitriũ a domino deo refugę facti sunt. Refugientes tamẽ eius bonitatem qua beati fuerunt, non potuerunt eius effugere iudicium, per quod miserrimi effecti sunt. Cæteri autem per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt, eamq; de suo casu nunquam futuro certissimam scire meruerũt. Si.n. nos de scripturis sanctis nosse potuimus sanctos angelos

Gen.1. Ad bonitatẽ dei magis ptinebat d malis bñfacere q̃ mala eẽ nõ sinere, idẽ in enchi.c.11.& 96.1 To.3. & a diuo Hieron. super Mar.c.14. in T. 9. & a Magi.sen. i.1.dist. 46.a.c. 5.n. dicũt vsq; i finẽ dist. & itel-

gelos iam nullos esse casuros, quanto magis hoc ipsi reuelata sibi sublimius veritate nouerunt. Nobis quippe beata sine fine vita promissa est, & æqualitas angelorum. Ex qua promissione certi sumus cum ad illam vitã post iudicium venerimus, non inde nos esse lapsuros: quod si de se ipsis angeli nesciunt, non æquales sed beatiores erimus. Veritas autem nobis eorum promisit æqualitatem. Certum est igitur hoc eos nosse per speciem, quod nos per fidem, nullam scilicet iam ruinam, cuiusquam sancti angeli futuram. Diabolus vero & angeli eius, & si beati erant antequam caderent, & se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istiam summæ beatitudinis plenitudinem, tanquam præmium ipsius permansionis acciperent, id est, vt magna per spiritum sanctum data abundantia charitatis dei, cadere vlterius omnino non possent, & hoc de se certissime nossent: hanc plenitudinem beatitudinis non habebant: sed quia nesciebant suam futuram miseriam, minore quidem, sed tamen beatitudine sine vllo vitio fruebantur. Nam si suum casum futurum nossent æternumq; supplicium, beati vtique esse non possent, quos huius tanti mali metus iam tunc miseros esse compelleret. Sic & hominem fecit cum libero arbitrio; & quanuis sui futuri casus ignarum, tamen ideo beatum, quia & non mori & nõ miserum fieri in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto ac sine vitio, si per ipsum liberũ arbitrium manere voluisset, profecto sine illo mortis & infelicitatis experimento, acciperet illam merito huiusmodi permãsionis, beatitudinis plenitudinem, qua & sancti angeli sunt beati id est, vt cadere non posset vlterius, & hoc certissime sciret. Nam neque ipse posset etiam in paradiso beatus esse, imo ibi non esset, vbi esse miserum non deceret, si eum sui casus præscientia timore tanti mali miserum faceret. Quia vero per liberum arbitrium deum deseruit, iustum iudicium dei expertus est, vt cum tota sua stirpe quæ in illo adhuc posita, tota cum illo peccauerat, damnaretur. Quotquot enim ex hac stirpe gratia dei liberantur, a damnatione vtique liberantur, qua iam tenentur obstricti: vnde etiam si nullus liberaretur, iustum dei iudicium nemo iuste reprehenderet. Quod ergo pauci in comparatione pereuntium, in suo vero numero liberantur multi, gratia fit, gratis fit, gratiæ sunt agendæ quia fit, ne quis velut de suis meritis extollatur, sed omne os obstruatur, & qui gloriatur, in domino glorietur.

Quid ergo? Adam non habuit dei gratiam? Imo vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quæ bonitate, sui conditoris accepe-

ligit qđ deus de malis benefacit nõ causalit quia malũ ẽ priuatio: ide nõ põt dici cã boni, sed occasionaliter ex malo occasione accepta.

2.sent.dist.4.ꝑ totum.

Deus hoiem cũ libero arbi. fecit q̃ sentiebat suũ esse nõ mori, & nõ fieri miserũ. idẽ, ca. sequẽti.

Si nullus ex massa ꝑditionis liberaret, nemo tũc iuste dei iudiciũ reprehenderet. Hiere.9. 1.Cor.1. 2.Cor.10.

CAP. XI.

rat. Neque enim ea bona & ille suis meritis comparauerat, in quibus prorsus nullum patiebatur malum: Sancti vero in hac vita ad quos pertinet liberationis hæc gratia, in malis sunt, ex quibus clamãt ad deum: Libera nos a malo. Ille in illis bonis, Christi morte non eguit: istos a reatu & hæreditario & proprio, illius agni sanguis absoluit. Ille non opus habebat eo adiutorio, quod implorant isti cum dicunt: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, quoniam in eis caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ atque in tali certamine laborantes ac periclitantes, dari sibi repugnandi vincendique virtutem per Christi gratiã poscunt. Ille vero nulla tali rixa a seipso aduersus seipsum tẽtatus atque turbatus, in illo beatitudinis loco, suã secum pace fruebatur. Proinde etsi non interim lætiore nunc, veruntamen potentiore gratia indigent isti: & quæ potentior quam dei vnigenitus filius, æqualis patri & coæternus pro eis homo factus, et sine vllo uel originali uel proprio peccato ab hominibus peccatoribus crucifixus? Qui quanuis die tertio resurrexit, nunquam moriturus vlterius, pertulit tamẽ pro mortalibus mortem, qui mortuis præstitit vitam, vt redempti eius sanguine, tãto ac tãta nos? Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et cum illo omnia nobis donauit? Deus ergo naturam nostram, id est, animam rationalem carnemq; hominis Christus suscepit, susceptionis singulariter mirabili vel mirabiliter singulari, vt nullis iustitiæ suæ precedentibus meritis filius dei sic esset ab initio quo esse homo cœpisset, vt ipse & verbũ quod sine initio est, vna persona esset. Neque enim qui tanta rei huius & fidei cæcus est ignorantia, vt audeat dicere, quanuis de spiritu sancto & virgine Maria filium hominis natum, per liberum tamen arbitrium bene viuẽdo, & sine peccato bona opera faciendo meruisse, vt esset dei filius, resistente Euangelio atque dicente: Verbum caro factum est. Nam vbi hoc factum est, nisi in vtero virginali, vnde fuit initium hominis Christi? Itemque virgini requirenti, quomodo fieret quod ei per angelum nunciabatur, angelus respondit: Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi: Propterea quõd nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Propterea inquit, non propter opera, quæ nondum nati vtique nulla sunt: sed propterea quia spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Ista natiuitas profecto gratuita coniunxit in vnitatæ personæ hominem, deo, carnem verbo. Istam natiuitatem bona opera secuta sunt, non bona opera meruerunt. Neque enim meminendum erat, ne isto ineffabili modo in vnitatem personæ a verbo deo natura humana susceptа, per liberum voluntatis peccaret arbitrium, cum ipsa susceptio talis esset, vt natura hominis a deo, ita susceptа, nullum in se motum malæ voluntatis admitteret. Per hunc mediatorem deus ostẽdit eos quos eius sanguine redimit, facere se ex malis deinceps in æternum bonos, quem sic susceptit, ut nunquam esset malus, ne ex malo factus semper esset bonus. Istam gratiã non habuit homo primus, qua nũquã uellet esse malus: sed sane habuit in qua si permanere vellet, nõ quam malus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset, sed eam tamen per liberum arbitrium deserere posset. Nec ipsum ergo deus esse voluit sine sua gratia, quem reliquit in eius libero arbitrio: quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum est, nisi adiuuetur ab omnipotẽti bono: quod adiutorium si homo ille per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset bonus: sed deseruit, & desertus est. Tale quippe erat adiutorium quod desereret cum uellet, & in quo permaneret si uelleret, non quo fieret vt vellet. Hęc est prima gratia quæ data est primo Adam, sed hęc potentior est in secundo Adam. Prima est enim qua fit, vt habeat homo iustitiam si velit: secunda erga plus potest, qua etiam fit ut uelit, tantum uelit, tantoque ardore diligat, vt carnis voluntatem contraria concupiscentem, voluntate spiritus vincat. Nec illa quidem parua erat qua demonstrata est etiam potentia liberi arbitrii, quoniam sic adiuuabatur, vt sine hoc adiutorio in bono non maneret, sed hoc adiutorium si vellet desereret. Hæc autem tanto maior est, vt parum sit homini per illam reparare perditam libertatem, parum sit denique non posse sine illa, vel apprendere bonum, vel permanere in bono si velit, nisi etiam efficiatur vt velit. Tunc ergo dederat homini deus bonam voluntatem; in illa quippe eum fecerat qui fecerat rectum. Dederat adiutorium, sine quo in ea non posset permanere si uelet: ut autem ueller, in eius libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere si vellet, quia non deerat adiutorium per quod posset, & sine quo non posset perseueranter bonum tenere quod vellet. Sed quia noluit permanere profecto eius culpa, est cuius meritum fuisset, si permanere voluisset: sicut fecerunt angeli sancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium per idem liberum arbitrium steterunt ipsi, & huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam

Ma. 6. Adã ãñ peccatũ nõ opus habebat Christi sanguine.

Rom. 7.

Gal. 5.

Rom. 8.

Christus effectus ẽ filius dei nullis p̃cedentibus meritis vt caput mẽbris exẽplũ p̃destinationis tribueret ĩ de p̃dest. san. c. 15. in To. 3. & in isto 3. To. ho. op. Ioan. 1.

Luc. 1.

Bona op̃a sunt secuta natiuitatẽ Christi, & illam non meruerunt.

Liberũ arb. ad malũ sufficit, ad bonũ autẽ parũ est, nisi adiuuet ab omnipotẽti bono.

Discrimen inter gratiam Adam & sanctorum.

 felices

2. sent. distinct. 7 per totum.

scilicet beatitudinis plenitudinem, qua eis certissimum sit semper se in illa esse mansuros. Si autem hoc adiutorium vel angelo vel homini quamprimum facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat, vt sine diuino adiutorio posset manere si vellet, non vtique sua culpa cecidissent. Adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent. Nunc autem quibus deest tale adiutorium, iam pœna peccati est: quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum: & tanto amplius datur per Iesum Christum dominum nostrum, quibus id dare deo placuit, vt non solum adsit sine quo permanere non possumus, etiam si velimus, verum etiam tantum ac tale sit, vt velimus. Est quippe in nobis per hanc dei gratiam in bono recipiendo & perseueranter tenendo, non solum posse quod volumus, verum etiam velle quod possumus. Quod non fuit in homine primo: vnum enim horum in illo fuit, alterum non fuit. Nanque vt reciperet bonum, gratia non egebat, quia nondum perdiderat: Vt autem in eo permaneret, egebat adiutorio gratiæ, sine quo id omnino non posset: & acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quod posset, nam si habuisset, perseuerasset. Posset enim perseuerare etiam si vellet: quod vt nollet, de libero descendit arbitrio, quod tunc ita liberum erat, vt bene velle posset & male. Quid erit autem liberius libero arbitrio, quando non poterit seruire peccato, quæ futura erat & homini, sicut facta est & angelis sanctis merces meriti? Nunc autem per peccatum perdito bono, merito in his qui liberantur, factum est donum gratiæ, quæ merces meriti futura erat. Quapropter bina ista quid inter se differant, diligenter & vigilanter intuendum est: posse non peccare, & non posse peccare: posse non mori, & non posse mori: bonum posse non deserere: & bonum non posse deserere. Potuit enim non peccare primus homo, potuit non mori, potuit bonum non deserere. Nunquid dicturi sumus, non potuit peccare qui tale habebat liberum arbitrium? Aut non potuit mori, cui dictum est, Si peccaueris morte morieris? Aut non potuit bonum deserere, cum hoc peccando deseruerit, & ideo mortuus sit? Prima ergo libertas voluntatis erat, posse non peccare: nouissima erit multo maior, non posse peccare. Prima immortalitas erat posse non mori: nouissima erit multo maior, non posse mori. Prima erat perseuerantiæ potestas, bonũ posse non deserere: nonissima erit felicitas perseuerantiæ, bonum non posse deserere.

Gra nõ tm pseuerant facit nos posse qđ volumus, sed & velle qđ possumus.

Adã accepit posse si vellet, sz nõ habuit velle qđ posset, ł lẽ c. pce dẽti, & sequẽti.

Adã potuit non peccare, nõ mori, & nõ deserẽ deũ, sz nõ possumus dicere, non potuit peccare, nõ potuit mori, non potuit deserere deũ, idẽ ĩ Enchi. c. 106. ĩ T. 3. & ĩ 1. To. ho. op. Ge. 2

NVNQVID quia erunt bona nouissima potiora atque meliora, ideo fuerunt illa prima vel nulla vel parua? Itemque ipsa adiutoria distinguenda sunt. Aliud est adiutorium,

CAP. XII.

adiutorium, sine quo aliquid non sit, & aliud est adiutorium, quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus viuere nec tamen cum affuerint alimenta, eis fit vt viuat qui mori voluerit. Ergo adiutorium alimentorum est, sine quo non fit, non quo fit vt viuamus. At vero beatitudo quam non habet homo, cum data fuerit, continuo fit beatus. Adiutorium est enim non solum sine quo nõ fit, verum etiam quo fit propter quod datur. Quapropter hoc adiutorium & quo fit est, & sine quo non fit. Quia & si data fuerit homini beatitudo, continuo fit beatus: & si data nunquam fuerit, nunquam erit. Alimenta vero nõ consequenter faciunt vt homo viuat, sed tamen sine illis nou potest viuere. Primo itaque homini qui in eo bono quo factus fuerat rectus, acceperat posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, datum est adiutorium perseuerantiæ, non quo fieret vt perseueraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseuerare nõ posset. Nunc vero sanctis in regnum dei per gratiam dei prædestinatis, non tantum tale adiutorium perseuerantię datur, sed tale vt eis perseuerantia ipsa donetur, non solum vt sine isto dono perseuerantes esse non possint, verum etiam vt per hoc donum non nisi perseuerantes sint. Non solum enim dixit, Sine me nihil potestis facere: verum etiam dixit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Quibus verbis eis non solum iustitiam, verum etiam in illa perseuerantiam se dedisse monstrauit. Christo enim sic eos ponente vt eant & fructum afferant, & fructus eorum maneat, quis audeat dicere, forsitan non manebit? Sine pœnitentia sunt enim dona & vocatio dei, sed vocatio eorum qui secundum propositum vocati sunt. Pro his ergo interpellante Christo ne deficiat fides eorum, sine dubio non deficiet vsque in finem: nec eam nisi manentem vitæ huius inuenit finis. Maior quippe libertas est necessaria aduersus tot & tantas tentationes, quę in paradiso non fuerunt, dono perseuerantię munita atque firmata, vt cum omnibus amoribus, terroribus, eroribus suis vincatur hic mundus: hoc sanctorum martyria docuerunt. Denique ille Adam & terrente nullo, & insuper contra dei terrentis imperium libero vsus arbitrio, non stetit in tanta felicitate, in tanta non peccandi facilitate. Isti autem non dico terrente mundo, sed sæniẽte, ne starent, steterunt in fide, cum videret illi bona præsentia quæ fuerat relicturus: isti futura quę accepturi fuerãt non viderant. Vnde hoc, nisi donante illo a quo misericordiam consecuti sunt vt fideles essent: a quo acceperunt spiritum nõ timoris, quo persequentibus cederent,

Adiutoriũ duplex sine q̃ non fit aliqd, & quo aliquid fit.

Ioan. 15.

Xps ostẽdit discipulis se illis & disse iustitiã, etp. seuerãtiã ĩ illa. Roma. 11.

Nobis maior necessaria libertas quam Adæ in paradiso.

sed virtutis & charitatis & continentiæ, quo cuncta minantia, cuncta inuitantia, cuncta cruciantia superarent? Illi ergo sine peccato vllo data est, cum qua conditus est, voluntas libera, & eam fecit seruire peccato: horum vero cum fuisset voluntas serua peccati, liberata est per illum, qui dixit: Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Et accipiunt tantam per istam gratiam libertatem, vt quanuis quandiu hic viuunt, pugnent contra concupiscentias peccatorum, eisque nonnulla surrepant, propter quæ dicant quotidie: Dimitte nobis debita nostra: non tamen vltra seruiant peccato quod est ad mortem, de quo dicit Ioannes Apostolus: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. De quo peccato quoniam non expressum est, possunt multa & diuersa sentiri: ego autem dico id esse peccatum, fidem quæ per dilectionem operatur, deserere vsque ad mortem. Huic peccato vltra non seruiunt, non prima conditione sicut ille liberi, sed per secundum Adam dei gratia liberati, & ista liberatione habētes liberum arbitrium quo seruiant deo, non quo captiuentur a diabolo. Liberati enim a peccato serui facti sunt iustitiæ, in qua stabunt vsque in finem, donante sibi illo perseuerantiam, qui eos præsciuit & prædestinauit, & secundum propositum vocauit & iustificauit & glorificauit: quoniam illa quæ his promisit, etiam futura iam fecit, cui promittenti credidit Abrahā, & deputatum est illi ad iustitiam. Dedit enim gloriam deo plenissime credens, sicut scriptum est, quia quæ promisit, potens est & facere. Ipse ergo illos bonos facit, vt bona faciant. Neque enim propterea eos promisit Abrahæ, quia præsciuit a seipsis bonos futuros. Nam si ita est, non suum sed eorum est quod promisit. Non ait sic, credidit Abraham: sed, non est infirmatus in fide, dans gloriam deo & plenissime credens, quia quæ promisit deus, potens est & facere. Non ait, quæ præsciuit potens est promittere: aut, quę prædixit potens est ostendere: aut, quæ promisit potens est præscire: sed, quæ promisit potens est & facere. Ipse ergo eos facit perseuerare in bono, qui facit bonos. Qui autem cadunt & pereunt, in prædestinatorum numero non fuerunt. Quanuis ergo de omnibus regeneratis & pie viuentibus loqueretur Apostolus, dicēs: Tu quis es qui iudices seruum alienum? suo domino stat aut cadit: cōtinuo tamen respexit ad prædestinatos, & ait: Stabit autem. & ne hoc sibi arrogarēt: Potens est enim deus, inquit, statuere eū. Ipse itaq; dat perseuerantiam, qui statuere potens est eos qui stant, vt perseuerantissime stent, vel restituere qui ceciderint, dominus enim erigit elisos. Vt ergo non acciperet hoc donum dei, id est, in bono pseuerantiam primus homo, sed pseuerare vel non

Ioan. 8.

Matth. 6.

1. Ioan. 5.

Quid sit pcm̄ ad mortē, i exposi tiōe inchoata Epist. ad Rōa. in To. 6. & sup. in principio huius secūdi To. op.

Gal. 5.

Rom. 6.

Rom. 8.

Rom. 4.

Rom. 4.

Ipse facit pseuerare i bono q facit bonos, q cadūt & pereūt in pde. numero nō fuerūt, id sup. Ro. 4. cap. 7. & in lib. Soliloq. ca. 29. in Tom. 9.

Psal. 14.

non perseuerare, in eius relinqueretur arbitrio, tales vires habebat eius voluntas, quæ sine vllo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex seipsa concupiscentialiter resistebat, vt digne tantæ bonitati & bene viuendi facilitati, perseuerandi committeretur arbitrium: deo quidem præsciente quid esset facturus iniuste, præsciente tamen non ad hoc cogente, sed simul sciente quid de illo ipse fecerit iuste. Nunc vero postea quam est illa magna peccati merito amissa libertas, etiam maioribus donis adiuuanda remansit infirmitas. Placuit enim de quo maxime humanæ superbiam præsumptionis extingueret, vt non glorietur omnis caro coram ipso, id est, omnis homo. Vnde autem non glorietur caro coram ipso, nisi de meritis suis quæ quidem potuit habere, sed perdidit: & per quod habere potuit, per hoc perdidit, hoc est, per liberum arbitrium, propter quod non restat liberandis nisi gratia liberandis. Ita ergo non gloriatur omnis caro coram ipso. Non enim gloriantur iniusti, quia non habent vnde: nec iusti, quia ex ipso habent vnde, nec habent gloriam suam nisi ipsum, cui dicunt: Gloria mea & exaltans caput meum. Ac per hoc ad omnem hominem pertinet quod scriptum est: Vt non glorietur omnis caro coram ipso. Ad iustos autem illud, Qui gloriatur, in domino glorietur. Hoc etiam Apostolus apertissime ostendit, qui cum dixisset, vt non glorietur omnis caro coram ipso: ne putarent sancti sine gloria se remansisse: mox addidit: Ex ipso autem vos estis in Iesu Christo, qui factus est vobis sapientia a deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, ut quemadmodū scriptum est: Qui gloriatur, in domino glorietur. Hinc est quod in hoc loco miseriarū, vbi tentatio est vita humana super terram, virtus in infirmitate perficitur: quę virtus, nisi vt qui gloriatur in domino glorietur? Ac per hoc nec de ipsa perseuerantia bono voluit deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari: qui eis non solum dat adiutorium quale primo homini dedit, sine quo non possint perseuerare si velint: sed in eis etiam operatur & velle, vt quoniam non perseuerabunt, nisi & possint & velint, perseuerandi eis possibilitas & voluntas diuinæ gratiæ largitate donetur. Tantum quippe spiritu sancto accenditur voluntas eorum, vt ideo possint, quia deus operatur vt velint: nam si in tanta infirmitate vitę huius, in qua tamen infirmitate proprer elationem reprimendam perfici virtutem oportebat ipsis relinqueretur voluntas sua, vt in adiutorio dei sine quo perseuerare non possent, manerent si vellent, nec deus in eis operaretur vt vellent: inter tot & tantas tentationes infirmitate sua volūtas ipsa succumberet, & ideo perseuerare non possent, quia deficientes infirmitate nec

1. Cor. 1.

Nō gloriātur coram deo iniusti quia nō habēt vnde, nec iusti quia ex ipso habēt vnde

1. Cor. 1.

Hier. 9.

1. Cor. 1.

2. Cor. 10.

Hier. 9.

Adę data fuit libertas pseuerādi si veller, sed sanctis datū ē posse pseuerare, et vel le, idē supra ca. 10. &, 11.

Si i sanctis deus nō operaret posse et velle, i tātis tribulatiōibus ñ permanerent.

velle et

vellent, aut non, ita vellent infirmitate voluntatis vt possent. Subuentum est igitur infirmitati voluntatis humanæ, vt diuina gratia indeclinabiliter & inseparabiliter ageretur, & ideo quanuis infirma, non tamen deficeret, neque aduersitate aliqua vinceretur. Ita factum est, vt voluntas hominis inualida & imbecilla, in bono adhuc paruo perseueraret per virtutem dei, cum & voluntas primi hominis fortis & sana, in bono ampliore non perseuerauerit, habens virtutem liberi arbitrij, quanuis non de futuro adiutorio dei, sine quo non possent perseuerare si vellet, non tamen tali quo in illo deus operatur vt veller. Fortissimo quippe dimisit atque permisit facere quod vellet: infirmis seruauit, vt ipso donante inuictissime quod bonum est vellent, nec hoc deserere inuictissime nollent. Dicente ergo Christo, Rogaui pro te ne deficiat fides tua: Itelligamus ei dictũ, qui ædificatur super petrã. Atque ita hõ dei non solũ quia misericordiam consecutus est vt fidelis esset, verum etiam quia fides ipsa non defici, qui gloriatur in domino glorietur.

Luc.12. Matth.16. 1.Tim.1. Hier.9. 1.Cor.1. 2.Cor.10.

CAP. XIII.

HAEC de his loquor, qui prædestinati sunt in regnũ dei, quorum ita certus est numerus, vt nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis: non de his, qui cum annunciasset & locutus esset, multiplicati sunt super numerum. Ipsi autem vocati dici possunt, non autem electi, quia non secundum propositum vocati. Certum vero est numerum electorum neque augendum neque minuendum, quanuis & Ioannes Baptista significet vbi dicit, Facite ergo dignum fructum pœnitentiæ, & nolite dicere apud vosmetipsos: Patrem habemus Abraham, Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: vt ostendat sic istos esse amputandos si non fecerint fructum, vt non desit numerus qui promissus est Abrahæ: tamen apertius in Apocalypsi dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est numerus. Quod autem etiam perseueraturis sanctis ficista dicuntur, quasi eos perseueraturos habeatur incertum: non aliter hoc audire debent, quibus expedit non altum sapere, sed timere. Quis enim ex multitudine fidelium quandiu in hac mortalitate viuitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat: quia id occultari opus est in hoc loco, vbi sic cauenda est elatio, vt etiam per satanæ angelum ne extolleretur, tantus colaphizaretur Apostolus. Hinc et Apostolis dicebatur: Si manseritis in me: dicente illo qui illos vtique sciebat esse mansuros. Et per prophetam: Si volueritis & audieritis me: cum sciret ipse in quibus operaretur & velle. Et similia multa dicuntur propter huius vtilitatem secreti, ne forte quis extollatur, sed omnes

Psal.39. Certus est numerus electorũ, nec põt augeri, nec minui, idẽ sup. c. 7. & c. 12. & ĩ sol. loquĩs. c. 29. in Tomo 9.

Apoc.3.

Roma.11.

Ioan.15.

nes etiã qui bene currunt timeant, dũ occultum est quo perueniant: propter huius ergo vtilitatem secreti credẽdũ est quosdam de filijs perditionis, non accepto dono perseuerandi vsque in finem, in fide quæ per dilectionem operatur, incipere viuere, & aliquandiu fideliter ac iuste viuere, & postea cadere, neque deinde vita prius quam hoc eis contingat auferri. Quorum si nemini contigisset, tandiu haberent homines istum saluberrimum timorem quo vitium elationis opprimitur, donec ad Christi gratiam qua pie viuitur peruenirent, deinceps iam securi nunquam se ab illo esse casuros. Quæ præsumptio in isto tentationum loco non expedit, vbi tanta est infirmitas, vt superbiam possit generare securitas. Denique etiam hoc erit: sed tunc, quod iam est in angelis, etiam in hominibus erit, quando vlla superbia esse non poterit. Numerus ergo sanctorum per dei gratiam dei regno prædestinatus, donata sibi etiam vsque in finem perseuerantia, illuc integer perducetur, & illic integerimus iam sine fine beatissimus seruabitur, adhærente sibi misericordia saluatoris sui, siue cum coniuuntur, siue cum præliantur, siue cum coronantur. Nam & tunc esse illis dei misericordiam necessariam sancta scriptura testatur, vbi sanctus Dauid de domino deo suo dicit animæ suæ, qui coronat te in miseratione & misericordia. Dicit etiam Iacobus Apostolus: Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam vbi ostendit etiam in illo iudicio in quo iusti coronantur, iniustique damnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia iudicandos. Propter quod etiam mater Machabeorum filio suo dicit: Vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum enim rex iustus sicut scriptum est, sederit in throno, non aduersabitur ante eum omne malum. Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Ac per hoc etiam ibi dei misericordia necessaria est, qua fiet beatus, cui non imputauit dominus peccatum: sed tunc pro bonorum operum meritis iusto iudicio etiam ipsa misericordia tribuetur. Cum enim dicitur: Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam, manifestatur in his in quibus inueniuntur bona opera misericordiæ, iudicium cum misericordia fieri, ac per hoc etiam ipsam misericordiam meritis bonorum operum reddi. Non sic est nunc, quando non solum nullis bonis, sed etiam multis malis operibus præcedentibus, misericordia eius præuenit hominem vt liberetur a malis, & quæ fecit, & quæ facturus fuerat, nisi dei gratia regeneraretur, & quæ passurus fuerat in æternum, nisi erueretur a potestate tenebrarum, & transferretur

Gal.5.

Psal.102.

Iaco.2.

2.Mac.7.

Prouerb.27.

Ioco.2.

Vita eterna. q̃ sine dubio bonis operibus debita redditur ab apostolo gratia nuncupatur, Ioan.1. quia his operibus redditur quæ gratia contulit hominibus, inde Ioã. Bapti. nos oẽs de plenitudine Christi accepisse testabatur, gratiã .p gratia, ut in de gra.et li. Ro.6. arbi.ad Valen.c.6.et.7 et.8. iquit Aug: in To.7. & in isto.20To.opu. Idem et fusius supra ī epi. 47. que est ad Valentinum et in epist.95. quæ est quīque episcop. et in epist .105. quę est ad sixtũ presbiterum.

Peccatis debet iusta correptio. uel ad medicinã uel ad tormẽtũ.

CAP. XIIII. 1.Cor.1.

Nullus hõ põt deo resistere per lib.arb.

De his qui faciunt quod deus nõ uult ipse deus facit quod uult.

ferretur in regnum filij charitatis dei. Veruntamen quia & ipsa uita eterna, quam certum est bonis operibus debitam reddi, a tanto Apostolo gratia dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, sine ulla dubitatione confitendum est ideo gratiam uitam eternam uocari, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit hominibus. Recte quippe ipsa intelligitur, quæ gratia in Euangelio legitur. Gratiam pro gratia, id est pro his meritis quæ contulit gratia. Hi uero qui non pertinent ad hunc predestinatorum numerum, quos dei gratia siue nondum habentes ullum liberum suæ uoluntatis arbitrium, siue cum arbitrio uoluntatis, ideo uere libero, quia per ipsam gratiam liberato perducit ad regnum. Hi ergo qui non pertinent ad istum certissimum & felicissimum numerum, pro meritis iustissime iudicantur, aut enim iacent sub peccato. quod originaliter de generatione traxerunt, & cum illo hæreditario debito hinc exeunt, quod non est regeneratione dimissum: aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt. Arbitrium, inquam, liberum sed non liberatum, liberum iustitiæ, peccati autem seruum, quo uoluuntur per diuersas noxias cupiditates, alij magis, alij minus: sed omnes mali, & pro ipsa diuersitate diuersis suplicijs iudicandi: aut gratiam dei suscipiunt, sed temporales sunt, nec perseuerant, deserunt & deseruntur. Dimissi enim sunt libero arbitrio, non accepto perseuerantiæ dono iudicio dei iusto & occulto. Patiantur ergo homines se corripi quando peccant, nec de ipsa correptione contra gratiam argumententur, nec de gratia contra correptionem: quia & peccatis iusta pœna debetur, & ad ipsam pertinet iusta correptio, quæ medicina liter adhibetur, etiam si salus ægrotantis incerta est. Vt si is qui corripit ad prædestinatorum numerum pertinet, sit ei correptio salubre medicamentum: si autem non pertinet, sit correptio pœnale tormentum. Sub isto ergo incerto ex charitate adhibenda est, cuius exitus ignoratur: & pro illo cui adhibetur, orandum est ut sanetur.

CVM aũt homines p correptionẽ in viã iustitiæ uel non conuertũt seu reuertunt, quis operat in cordibus eorũ saluẽ, nisi ille qui quolibet plãtãte atq; rigante, & quolibet in agris atq; arbustulis operãte dat incremẽtũ deus, cui uolẽti saluum facere, nullum hominum resistit arbitrium? Sic enim uelle uel nolle in volentis aut nolentis est potestate, ut diuinam uoluntatem non impediat, nec superet potestatem. De his enim qui faciunt quæ non uult, facit ipse quę uult. Et quod scriptum est, quod uult omnes homines saluos fieri, nec tamen omnes salui fiunt, multis quidem modis intelligi potest, ex quibus in alijs opusculis nostris aliquos commemorauimus: sed hic

unum dicam: ita dictum est: Omnes homines vult saluos fieri, ve intelligantur omnes prædestinati, ex omne genus hominum in eis est, sicut dictum est pharisæis: Decimatis omne olus: vbi non est intelligendum nisi omne quod habebant. Neque enim omne olus quod erat in toto terrarum orbe decimabant. Secundum istum locutionis modum, dictum est: Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Nunquid enim qui hoc dixit, placebat etiam tam multis persecutoribus suis? Sed placebat omni generi hominum quod Christi congregabat Ecclesia, siue iam intus positis siue introducendis in eam. Non est itaque dubitandum, voluntati dei qui in cœlo & in terra omnia quę cunque voluit fecit, & qui etiam illa quæ futura sunt fecit, humanas voluntates non posse resistere, quo minus faciat ipse quod vult, quando quidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult facit. Nunquid si forte, vt ex multis aliqua commemorem, quando deus voluit Sauli regnum dare, sic erat in potestate Israelitarum subdere se memorato viro, siue non subdere, quod vtique in eorum erat positum voluntate vt etiam deo valerent resistere. Qui tamen hoc non fecit, nisi per ipsorum hominum voluntates, sine dubio habens humanorum cordium quo placeret inclinandorum omnipotentissimam potestatem. Sic enim scriptum est, Et dimisit Samuel populũ, & abijt vnusquisque in locum suum: & Saul abijt in domum suam in Gabaa: & abierunt potentes quorum tetigit deus corda cum Saule. Et filij pestilentes dixerunt: Num saluabit nos hic? Et inhonoraverunt eum, & nõ obtulerunt ei munera. Nunquid aliquis dicturus est, nõ iturum fuisse cum Saul quenquam eorum, quorum tetigit corda deus vt irent cum illo? aut illum aliquem pestilentium, quorum vt hoc facerent corda non tetigit? Item de Dauid, quem dominus in regnum successu prosperiore constituit, ita legitur: Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus erat cum illo. Hoc cum præmissum fuisset, paulo post dictum est. Et spiritus domini induit Abisai principem inter triginta, & dixit: Tui sumus Dauid, & tecum futuri filij Iesse. Pax tibi, & pax adiutoribus tuis, quia auxiliatus es tibi deus. Nunquid ille posset aduersari voluntati dei, & non potius eius facere voluntatem, qui in eius corde operatus est per spiritũ suum quo indutus est, vt hoc vellet diceret & faceret? Item paulo post ait eadem scriptura: Omnes hi viri bellatores, dirigentes acie mente corde pacifico venerunt in Hebron, vt constituerent

Deus vult oẽs homines saluos fieri
i. oẽs p̃destinatos, idẽ ī ench. c.103.i T. Luc.11
3. & hẽtur in.1. To. ho. opuſ. vbi hẽs de Magiſtero
2.Co.10 qui docet
oẽs q̃ doctisunt. & de accõmodata locutiõe, .p singulis, gñibus Psal.113. ot ii.p gñ bus singulorũ, & ui de Mag.in.1.ſen.di ſtin.46.c.nũc videre reſtat, & in.c.ſeq. aliã expoſitionem
Deus voluntatibus hominũ facit quod vult, idẽ ſupra.c.12 &.13. & in de grat. & li. ar. ad Valẽ. 1.Reg.10. c.20. &.21. in To. 7. & in .2. Tomo opuſcul.

1.Para.11.

1.Para.12.

Numerus filiorum Iſrael quos dominus ī Hebrõ duxit ad Dauid, 340812

iter qs erãt, principes, 1222. vtex 1. Paralip. ca. 12. elicitur qñ deus vult reges i terra cõstituere, magis h3 i potestate uoluntates hoium q̃ ipsi suas, idẽ i de gra, & li. ar. ca. 20. & 21. in. To. 7. & i isto. 2. T. opuscul.

Psal. 50.

Necessitas pastoralis hẽt morbidum pecus, e grege separare.

1. Tim. 2.

Roma. 5.

1. Cor. 15.

Luc. 10.

Esa. 52.

Roma. 10.

Dauid super omnem Israel: sua voluntate vtique isti cõstituerunt regem Dauid. Quis non videat? Quis hoc neget? Non enim hoc ex animo, aut non ex bona voluntate fecerunt corde pacifico, & tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum quod voluerit operatur. Propter quod præmisit scriptura: Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus omnipotens erat cum illo. Ac per hoc dominus omnipotens qui erat cum illo, adduxit istos vt eum regem constituerent. Et quomodo adduxit? Nunquid corporalibus vllis vinculis aut ligauit? Intus egit, corda tenuit, corda mouit, eosque voluntatibus eorum, quas ipse in illis operarus est traxit, Si ergo cum volu erit reges in terra deus constituere, magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, quis alius facit vt salubris sit correptio, & fiat in correpti corde correctio, vt cœlesti cõstituatur in regno:

CAP. XV.

CORRIPIANTVR Itaque a præpolitis suis subditi fratres correptionibus de charitate venientibus, proculparum diuersitate diuersis, vel minoribus vel amplioribus: quia & ipsa quę damnatio nominatur, quam fecit episcopale iudicium, qua pœna in Ecclesia nulla maior est, potest si deus voluerit, in correctionem saluberrimã cedere atque proficere. Neque enim scimus quid contingat sequenti die. An ante finem vitæ huius de aliquo desperandum est, aut contradici deo potest ne recipiat & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati cordisque contriti, a reatu quanuis iustę damnationis absoluat, damnatumque ipse non damnet? Pastoralis tamen necessitas habet ne per plures serpant dira contagia, separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis nõ pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. Hoc quippe sit, cum singulos quosque vt occurrerint, cum quibus id agere valeamus, ad hoc conamur adducere, vt iustificati ex fide pacem habeant ad deum, quam prædicabat etiam Apostolus, cum dicebat, Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos: obsecramus ergo pro Christo recõciliari deo. Quid est enim ei reconciliari nisi pacẽ ad illũ habere, propter q̃ pacẽ etiã ipse dominus Iesus Christus dixtt discipulis: In quancunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur? Cum hanc euangelizant pacem, de quibus prædictum est: Quam speciosi pedes eorum qui annunciant pacem, qui annunciant bona: nobis quidem tunc incipit esse quisque filius pacis, cum obedierit

dierit & crediderit huic Euangelio, & ex fide iustificatus pacem ad deum habere cœperit: secũdum autem præ destinationem dei, tam filius pacis erat. Neque enim dictum est: Super quem requieuerit pax vestra, fiet filius pacis: sed, Vbi fuerit, inquit, filius pacis, requiescet super eum pax vestra. Iam ergo & antequam illi annunciaretur hęc pax, filius pacis ibi erat, sicut eum nouerat atque præscierat non euangelista, sed dominus. Ad nos ergo qui nescimus quisnam sit filius pacis, aut non sit, pertinet nullum exceptum facere nullumque discernere, sed velle omnes saluos fieri quibus prædicamus hanc pacem. Neque enim metuendum est ne perdamus eam, si ille cui prędicamus non est filius pacis ignorantibus nobis. Ad nos enim reuertetur, id est, nobis proderit hęc prædicatio, non & illi: si autem super eum pax prædicata requieuerit, & nobis, & illi. Quia ergo nos qui salui futuri sint nescientes, omnes quibus prędicamus hanc pacem saluos fieri velle deus iubet, & ipse in nobis hoc operatur, diffundendo istam charitatẽ in corda nostra per spiritum sanctum, qui datus est nobis Poteſt etiã sic intelligi, quod omnes homines deus vult saluos fieri, quoniam nos facit velle, sicut misit spiritum filij sui clamantem Abba pater, id est, nos clamare facit rem. De ipso quippe spiritu, alio loco dicit: Accepimus spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Nos ergo clamamus, sed ille clamare dictus est, qui efficit vt clamemus. Si ergo clamantem spiritum recte dicit scriptura, a quo efficitur vt clamemus: recte etiam & volentem deum, a quo efficitur vt velimus: ac per hoc quia & corripiendo nihil aliud debemus agere, nisi vt ab ista pace quæ est ad deum non recedatur, aut ad eam qui recesserat, reuertatur, nos agamus sine disperatione quod agimus. Si filius pacis est quem corripimus, requiescet super eum pax nostra: sin autem, ad nos reuertetur. Quanuis itaque etiam quorundam fides subuertitur, firmum dei fundamentum stet, quoniam sciuit dominus qui sunt ejus, nõ tamen ideo nos pigri & negligentes esse debemus in corripiẽdis, q̃ corripiẽdi sunt. Neq; n. frustra dictum est, Corrumpunt mores bonos colloquia mala: & Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Non argumentemur contra ista præcepta salubremque terrorem dicẽtes: & corrumpant bonos mores colloquia mala, & pereat infirmus, quid ad nos? Firmum fundamentum dei stat, & nemo perit nisi filius perditionis.

Roma. 5.

Luc. 10.

Quia filios pacis ignoramus, ob id oẽs ei

1. Tim. 2.

filios pacis o

ptemus.

Rom. 5.

1. Tim. 2.

Gal. 4.

Roma. 8.

Idẽ m de pd. sã. c. 4. & 8. & i de bono perse. c. 23 in To. 7. & i isto 3. To. opuſ.

2. Tim. 2.

1. Cor. 15.

1. Cor. 8.

1. Cor. 15.

1. Cor. 8.

2. Tim. 2.

ABSIT vt ista garrientes, securo nos in hac negligẽtia esse debere credamus. Verũ est. n. q̃a nemo pit, nisi filius perditionis: sed ait deus per Ezechielẽ Prophetam:

CAP. XVI.

Ezech. 3.

Ille

De manu pastoris nõ corripiẽtis subditos, sanguinem subditorum dominus requiret, & malum pro malo reddi tur, quãdo corripiẽdus non corripitur sed hæc secreta correptio cum charitate fiat, nam aut tale est vitium qđ nunquã habuimus tũc cogitare debemus nos habere potuisse, uel habuimus. Gratia tũc tangat me morĩã fragilitas cõmunis, & illã correptionẽ negat,

Ro.6.

1.Tim.1.

Mat.18

Ille quidem in peccato suo morietur, sanguinẽ uero eius de manu speculatoris inquiram. Proinde quantum ad nos pertinet, qui prędestinatos a non prędestinatis discernere non ualemus, & ob hoc omnes saluos fieri uelle debemus, omnibus ne pereant, uel ne alios perdant, adhibenda est a nobis medicinaliter seuera correptio: dei est autem illis eam facere utilem, quos ipse præsciuit & prędestinauit conformes imaginis filij sui. Si enim aliquando timore non corripimus, ne aliquis ide pereat: cur non etiam timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? Neque enim dilectionis uiscera maiora gestamus quam beatus Apostolus, qui dicit: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes: uidete ne quis malum pro malo alicui reddat. Vbi intelligendum est tunc potius malum pro malo reddi, si corripiendus non corripiatur, sed praua dissimulatione negligatur. Dicit.n. Peccantes coram omnibus corripe, ut, ceteri timorem habeant: Quod de his peccatis accipiendum est quę non latent, ne contra domini sententiam putetur locutus. Ille enim dicit: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum. Veruntamẽ & ipse seueritatem correptionis eousque perducit, ut dicat: Si nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et quis magis dilexit infirmos, quam ille qui pro omnibus est factus infirmus, & pro omnibus ex ipsa est infirmitate crucifixus? Quę cum ita sint, nec gratia prohibet correptionẽ, nec correptio negat gratiam: & ideo sic est precipienda iustitia, ut a deo gratia qua id quod precipitur fiat, fideli oratione poscatur, & hoc utrunque ita faciendum est, ut neque iusta correptio negligatur. Omnia uero hæc cum charitate fiant quoniam charitas nec facit, peccatum, & cooperit multitudinem peccatorum.

misericordia præcedat, aut adhuc, & nos tale uitium habemus, tunc nõ obiurgemus, sed congemiscamus, & ad parirer resurgendum inuitemus.

Libri de correptione & gratia Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE PREDESTINATIONE & gratia, qui intitulatur de voluntate dei.

CAP. I.

VM In sacris uoluminibus literarum, seu futurorum quid Prophetico spiritu prænunciantibus, seu uitæ monita Apostolica authoritate tradentibus, aliqua ueluti diuersum sonante sententia uel moueturlector, uelsolicitatur auditor, certa & in concussa fide cognitum teneri debet, unius atque eiusdem spiritus, & eius præter quem nihil est ueritatis, aper tius alibi, paulo occultius alibi sonare mysteria. Ac pro inde si quid occulta significatione suspensum, aut a conscribente breuiter indicatum, minusque quam humani cordis obtusio poscebat expositum est, hic lucidius apparere, ibi altius latere, nusquam deesse nouerit ueritatem. Quod si etiam pro magnitudine rei de qua quæritur, non facile intellectus sensibus quærentis occurrit, maxime si de incommutabili uoluntate, omnipotentis dei, diuersum sonet canonicæ authoritatis utraque sententia: ita illa omnia ad pietatis regulam dirigenda sunt, ut nec iniustum deum esse, nec merita singulorum confusa quadam personarum acceptione taxantem, nec infirmum, ut quicquid uoluerit non ualuerit explicare, incõcussa definitione teneatur.

Spũs sanctus alia apertius, & alia occultius loquare facit mysteria.

CAP. II.

SVB Huius igitur definitionis iugo, ne, in sacrilegam temeritatem male libera colla luxurient, quæstionis huius quautum deo donante possumus, occulta memoremus: Quam beatus Apostolus Paulus diuersis in locis, non parum discrepantibus uerbis studiosis proponit scrutatoribus, eisque per ipsam loquitur ueritatem. Sententiam siquidem in dei gratia præcedente, latissima & robustissima disputatione confectam ita concludens, ait: Ergo cuius uult miseretur, & quem uult indurat. Cum in alia Epistola de diuina beneuolentia, ipse sic dicat: Qui uult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Occurrit enim, cur pereant ex

Rom.9.

1.Tim.2.

his aliquí, cur omnípotens deus omnes homines saluos fieri velit, & in agnitionem veritatis venire: deinde cur rursus induret alios, misertus aliorum, aut quomodo omnes soluos fieri velit homines, cur ipse nonnullos ne saluentur induret? Hoc quantum ad humanam iustitiam, vi detur iniustum. Sed quis ita desipiat, vel potius quis ita

Blasphemia ẽ de iustitia dei, lege blasphemet, vt dicat de iustitia dei, lege humanę iustitię

humanę iustitiæ sputandum? quæ profecto si iustitiæ dei aduerfatur, iniqđ ab ipso est iu stũ ẽ idẽ ī Epist. 95.ī.2.T.ho.op.

disputare: nã oẽ sta est. Ab illo enim qui summe iustus est, omne quod qualitercunque iustum est, manare manifestnm est. Quis ergo erit qui incommutabiliter manentem, & omnia quę sunt condentem, regentem atque seruantem dei sapientiam: pendat humanæ sapientiæ arbitrio? De qua idem

Roma.8. 2.Cor.3. Apostolus dicit: Quia sapiẽtia carnis inimica est deo. Et alibi, Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Nõ est ergo de illa maiestate diuinę sapientię, humanæ vanitatis arbitrio disputandum.

CAP. III. SI Quis autem peccata sua ita nutriendo, figura vel vmbra vel typho superbiæ blandiente decipitur, vt dicat, quod nõnullos esse dicturos statim vidit beatus Paulus Apostolus, Subiunxit enim: Dicet aliquis, Si cuius

Roma.9. vult miseretur & quem vult indurat, quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? Nouerit hac plus nos ad humilitatem ac pietatem cogi atque arctari sentẽtia. Cum enim totum ad deum referens humanis viribus

Deus iustas pœna aut iuste reddit, aut misericor diter donat. neget doctor amplissimus, quid aliud quam vt in deum toto corde suspensi, ab eo salutis auxilia postulemus, hortatur? Quem ergo mouet hæc in diuinæ gratiæ dispensatione diuersitas, & iniustum putat, negari alteri quod alter acceperit, intelligat quemadmodum diuinitus dixerit Psalmista: Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas: atque agnoscat tali deum agitare res humanas iudicio, vt debitas pœnas aut iuste reddat, aut misericorditer

Psal.24. Iob.25. donet. Vitiatę enim radicis macula, ita propaginis tradu

Infãs vnius diei a culpa nõ ẽ alienus, nisi fit ex īdebita gra liberatus idẽ in Epist. 25.&.26 innocẽtij papę ad pres mileuitani cõcil.in 2.To.concil. ce per generationum sarmenta diffusa est, vt nec infans quidem vnius diei a culpa sit, primæ præuaricationis alienus, nisi per indebitam saluatoris gratiam fuerit liberatus. Quod si nec hic quidem sine peccato est, qui proprium habere non potuit, conficitur vt illud traxerit alienum, de quo Apostolus dicit: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum Ro.5 mors, & ita in omnes pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Quod qui negat, negat profecto primum nos esse mortales. Si enim vt dicit Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: mors intrare non potuit, nisi intrante

Mors nõ ẽ natu rę cõditio, sꝫ pœna peccati. peccato. Et quoniam mors non naturæ conditio, sed pœna peccati est, sequatur necesse est pœna peccatum. Quia

Quia vero in omnes homines mors pertransijt, in omnes necesse est pertransisse peccatum. Peccatum quomodo cum paruulis originale nascatur, carnis oculis videre non possumus: Quia vero omnes ex Adam carnaliter natos, & si illi iam etiam, qui in Christo renati sunt, videmus mortis lege constringi: per hoc quod videmus semper paruulos mori, cogimur confiteri semper par

De pparisca toris femine oẽs nasci mur debitores, ob id ex sola natiuitate dãnatio nobis debetur. uulos nasci cum peccato originali. Facilius enim fieri posset, vt quauis transeunte peccato, pœna minime sequeretur, quam vt nulla communicatione peccati partem sumat pœnæ, qui non habet culpæ. Si ergo, vt apparuit, dr præuaricatoris semine omnes nascimur debitores, quoniam in ipso omnes, vt ait Apostolus, peccauerunt, & ipsa iam in principio vnde descendimus, massa damnata est, nullus de duritia sua: nullus de pœna sua conqueri audeat, quæ etiam non existentibus peccatis

Debitor nõ ũber creditorẽ argue re iniqtatis si alteri donãs ab eo exigit qđ debebat, idẽ ī epi.105 in.To.2.&.in.2 Tom.ho.op. proprijs, sola nascendi conditione debetur. Quod vero deus alijs gratuita vocatione conuersis, misericordiam largitur indebitam, non ad dispensatoris iniustitiam, sed ad donantis misericordissimam largitatem, veritatis ratione referendum est. An audebit debitor creditorem iniquitatis arguere, si alteri donans, ab eo quod debebat exegerit? Si ergo inter contractus hominum, nullus ex hoc præscriptionis locus est, vt a se dicat debitor iniuste exigi, quia scit alteri debitori ab eodem quod debebat creditore donatum, quis in tantam insaniam prophanæ vocis erumpat, vt iniustitiæ deum arguat, si vni indebitam donauerit gratiam alteri reddiderit, debitam pœnam?

CAP. IIII. ITAQVE ex superiori huius parte sententiæ, quæ dicit: Cuius vult miseretur: puto quod nullus nisi indignus misericordia audeat disputare. Quod vero sequitur: Quem vult indurat: ibi paululum humanæ mentis intentio verbi nouitate confunditur. Sed non ita intelligendũ est, quasi deus in homine ipsam quæ non esset, duritiam cordis operetur. Quid enim aliud est duritia, quam dei obuiare mandatis? Vnde illud beatus Stephanus dicebat ad populum, Dura ceruice, & non circunciso corde & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis. Quam qui a deo fieri putat, propterea quod dictum est, quem vult indurat ipsum præuaricationis intueatur exordium, & deo donante mandatum, per quod transgressionis culpam in corde fuerit operatus attendat, quanuis ne ab ipso quidem si negaret assensum, potuit tentatore compelli. Ergo quicquid post illam præuarication em natus supplicij homo patitur, iusti reddi meritoque fateatur. Indurare enim deus dicitur eum, quem mollire noluerit. Sic etiam excæcare dicitur, eum quem illuminare

Roma.9. Act.7. Rom.9. Idẽ in ser. 88.de tpe ī T.10.&in epist.105.ī T.2. & ī 2.T.ho.op. idẽ de angelis in 2.sent.dist.5.

Roma. 8.
Deus dedit vt simus & vt boni esse possimus.

CAP. V.

Praescivit nos diuinitas dei, sapiētia cōdidit, iustitia dānauit, gra liberauit idē in Epist. 5. eporum in 2. To. ho. op.

Quomodo deus ęternalit, & immutabiliter oia agnoscit, Ioan. 1.

Roma. 9.
Rom. 8.

Roma. 4.
Ephe. 1.
Intra mūdū facti sumus, & ante mundum electi sumus.
Deus eligit faciē dos, quos ipse facturus fuerat eligēdos idē i cōcil. Araus. cā. 23. in. 1. To, cōcil.

CAP. VI.

Roma. 9.

noluerit. Sic etiam repellere eum, quem vocare noluerit, Quos enim prædestinauit, illos & vocauit: & quos vocauit, illos iustificauit. Ipse enim dedit vt simus ipse vt boni esse possimus.

PRAESCIVIT enim nos eius diuinitas, sapientia condidit, iustitia damnauit, gratia liberauit. Mūdus enim quamuis pro tempore ex quo factus est cœperit, in illa diuinæ præscientiæ luce faciendus, nullum potuit habere principium: & quanticunque vel ex Adam vsque in hodiernum diem homines nati sunt, vel post nostram etatē generationis sunt propagine nascituri, apud deum nati sunt iam, & decurso totius vitę tempore transierunt, in illo nihilominus diuini obtutus lumine permanētes. Deus enim qui nec loco clauditur, nec tempore præuenitur, omnium rerum tam præteritarum memoria, quam imminentium scientia plenus est, nec reminiscens voluitur in præteritum, nec sperans tenditur in futurum. Et quæcunque omnino sunt, quæ temporum motibus agitantur, ab eo principio in quo erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, vsque in finem omnium seculorum: de quo fine, cum diceret beatus Moyses: Domine, inquit, qui regnas in seculum & seculum & adhuc: nec sperantur futura, nec præterita transierunt: sed in præsentia diuinitatis præsenti semper luce cernuntur. Ab illo ergo quia æternus & præscius, quia & iustus & pius est, qui exercet debitam seueritatem, & exhibet indebitā pietatem, & habet in creandis atque eligendis hominibus, sicut in luto figulus potestatem, facta sunt alia quidem vasa in honorem, alia vero in contumeliam. Antequam faceret nos, præsciuit nos, & in ipsa nos præscientia cum nōdum fecisset, elegit. Sed a quo hoc fieri potuit, nisi ab eo qui vocat omnia quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt? Apostolus enim dicit: Qui elegit nos ante mundi constitutionem. Intra mundum facti sumus, & ante mūdum electi sumus; atque ita vno eodemque, nec transeunte nec futuro, sed continuo tempore, vel si quo alio modo dici potest, si tamen potest, apud denm est, & præscire & facere & eligere, & præscientia sua incommutabiliter permanente eligere faciendos, quos facturus fuerat eligendos. Hæc quidem quantum ad fidei regulam, deo illuminante prædicta sunt.

SED iam video quid etiam hinc calumniosa prauitas possit opponere. Sequitur enim, vt si eos quos prędestinauit, illos & vocauit, & si eos quos vocauit, illos & iustificauit, qui nec prędestinati nec vocati, ac per hoc nec iustificati sunt, ob omni culpa debeant esse innocentes, iniustęq; ab eis pro vitæ prauitate transactæ, in illo agnitionis die sint poscenda supplicia. Dicat istis Paulus apostolus:

stolus: Nunquid iniquitas apud deum? Statim ipse respondeat: Absit: Cunque hoc fuerit in hominis mente sana pietate fundatum, quod nulla sit iniquitas apud deum, ita intelligat: Cuius vult miseretur, & quem vult indurat: Roma. 9.
quasi diceret, cuius vult miseretur, & cuius non vult, nō miseretur,] temque hoc ipsum rursus intelligat, quasi diceretur, cui vult donat, & a quo vult debitum poscit. Quod qui dicere perseuerat iniustum, Ab Apostolo audiat: O homo, tu quis es qui respondeas deo? Congrue siquidem huiusmodi impietatem Apostolica reprehendit authoritas, tantum de exaggeratione nominum pondus incutiens, cum dicit: O homo, tu quis es qui respondeas deo? homo deo, lutum figulo. Subiunxit enim idem Apostolus: Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Si ergo habet, imo quia habet potestatem figulus luti facere ex eadem massa, aliud quidem in honorem, aliud vero in contumeliam, o homo, tu quis es qui respondeas deo, quia cuius vult miseretur, & quem vult indurat? Sed priusquam ad huiusmodi conclusionem beatus Apostolus disputationis ordine perueniret, hoc potissimum de veteribus literis sumpsit exemplum, in quo indurationem quæ a deo fieri dicitur, edoceret. Dicit, inquit, scriptura Pharaoni: Quia in Exod. 9.
hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Induratum esse autem cor eius, deus in eadem scriptura apertissime dicitur, cum Moysi de signis quæ in Aegyptios per Exod. 4.
eum facienda fuerant loqueretur. Sic enim dicit: Ego autem indurabo cor Pharaonis ne dimittat populum. Hinc iam per aperta se iactans calumniator astutus, iustitiam deiad suum libret arbitrium, & quanta potest vociferatione respondeat: Si cuius vult miseretur, & quem vult indurat, quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis resistit? Huius elationi Apostolus dicat. O homo, tu quis es, qui respondeas deo? Qui autem pie quærens aliquid desiderat inuenire, illum locum eiusdem scripturæ relegat, vbi primo Moysi in rubo ignis apparuit, atque ita cor eius ardore diuinæ charitatis igniuit, vt in conspectu regum, sicut Dauid dicit, testimonia eius sine confusione loqueretur, & ibi inueniet totum hoc, quod indurasse deus cor Pharaonis præmittit, non ad operationem dei, sed ad præscientiam pertinere. Loquens enim dominus de rubo, sic dicit: Ego autem scio, quod non dimittet vos Pharao rex Aegypti, nisi per manum magnam. Sed extendens manum meam, percutiam Aegyptios in omnibus mirabilibus quæ faciam, & postea

Q3 deus induxit cor Pharaonis nō effectiue, sed cōm pscientiā. Exod. 4.

dimittet vos Pharao rex Aegypti. Hæc prima vox dei est, qua futuram voluntatem Pharaonis, sicut præuiderat indicabat. Postea iam inter ipsos miraculorum imbres dixisse legitur: Ego autem indurabo cor Pharaonis, ne dimittat populum: Vbi iam aperte intelligitur primam iterasse sententiam. Quid est enim, indurabo cor, nisi non molliam? Apparet enim in alios manente iustitia, in alios gratia profluente, scripturæ illius sententiam fuisse completam: quia dixit deus Pharaoni: In hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Vtente enim deo bene etiam malis, indurationе Pharaonis, flagellis Aegypti, & tot ac tantis in illa gente miraculis pariter aceruatimque peractis, quid aliud gestum est, quam vt dei virtus apud se magna, in se plena, ad humani generis, notitiam perueniret, non deo, sed ipsis relegentibus & credentibus profutura? Pharaonem non esse mutandum, & illam omnem gentem, quæ post tot verba, vix sibi erutum populum dei, armis etiam insectari conabatur & bello, alta illa deus prouidentiæ suæ luce præscivit. Sed perituro rum interitum prædestinatis a se vasis misericordiæ, salutis voluit esse argumentum, & aliorum perditione ad salutem vsus est aliorum: quia potestatem habet figulus lutі ex eadem massa, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam facere.

Indurabo cor Pharaõis hoc ẽ nõ molliã idẽ in Epist. 95. & 105. i 2. To. ho. op.

reus voluit iteri tũ piturorũ exẽplũ eẽ p̃destinatis ad salntẽ idẽ in Epist. 95. in 2 To. ho. opus.

CAP. VII.

HOC Etiam diuinæ potestatis in hominum electione iudicium, pauloante commemorans beatus Apostolus robustissimis monstrauit exemplis, cum de Rebeccæ partu, adhuc intra vterum constituto, torum ad gratiam dei referens loqueretur. Sic enim ait: Sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri, cum nondum nati fuissent, nec aliquid boni egissent & mali, vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori: sicut, scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui: Statimque subiecit. Quid dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Neganſque respondit. Absit. Vt iam cætera quæ sequuntur ad hanc sententiam suspensa referantur, & relata soluantur, qua negauit apud deum esse iniquitatem. Sed hic quid egerit hęc apostolicę disputationis intentio, satis admodum claret. Non solum enim fratres, sed & geminos, nec solum geminos, sed vno

Roma. 9.

Malach. 1.

Qđ aĩę nõ mere ante ĩ cœlo, ante cꝫ corporibus ĩ in fundaf. 1. retrac. c. 1. ĩ. 1. T. & ĩ 3. To. ho. op. & in

nondum natis nondumque aliquid operatis, nulla esse poterant momenta meritorum, nec ex parentum quidem meritis quæ diuerso tempore varia esse potuerunt, aliquod contra gratiam relinqueretur obstaculum. Quæ vtique

vtique parentum merita etiam si permittamus diuinum paruulis vel auertisse vel conciliasse præsidium, seu bona, seu mala circa geminam prolem quæ eodem concepta concubitu, eodem in lucem proiecta momento est, paria esse debuerunt. Quod si futuros eorum mores dicitur diuinum discreuisse iudicium, profecto illud euacuabitur, quod præmisit Apostolus dicens: Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruit minori. Non enim ait ex præteritis operibus, sed cum generaliter dixerit: Non ex operibus, ibi & præterita intelligi voluit & futura: præterita scilicet quæ nulla erant, futura quæ nondum erant. Prædestinatus est Iacob vas in honorem, quia non ex operibus, sed ex vocante dictum est: Maior seruiet minori.

Epist. 105. i. T. 2. & ĩ. 2. To. ho. op. & in de gr̃a & lib. ar. c. 21. in Tom. 7. & in. 2. Tom. ho. op. Roma. 9.

In Epist. 95. & 105. & 106. & in de gr̃a & lib. ar. ad val. ca. 21. in 2. To. ho. op.

CAP. VIII.

ET Ne forte vasa in honorem prædestinata, suis aliquid viribus tribuendo, negarent gratiam creatoris, alio loco Apostolus vasa misericordiæ nominauit, vt tota quicquidessent, secundum misericordiam se esse cognoscerent. Sic enim & alibi dicit idem Apostolus: Et hoc non ex vobis, sed dei donum est. Beatus etiam Moyses in Deuteronomio dicit ad populumm: Et ne dicas in corde tuo: Fortitudo mea & potentia manus meę fecit mihi virtutem magnam hanc, sed memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem, facere virtutem, vt statuat testamentum suum quod iurauit patribus vestris: Item paulopost ibidem ad eos: Ne dicas, inquit, in corde tuo, cum consumpserit dominus deus tuus gentes istas ante faciem tuam, dicens: Propter iustitias meas induxit me dominus hæreditare terram bonam istam: Non propter iustitiam tuam neque propter sanctitatem cordis tui intras hæreditare terram eorum, sed propter iniquitatem gẽtium istarum, dominus disperdet eas a facie tua. Ecce quam antiquum spiritus sancti dogma, non solum in Apostolicis literis prædicatum, sed etiã in Propheticis, atque in ipsis Israelitici populi exordijs, sancti spiritus voce firmatum, nouellæ præsumptionis impetus conatur euertere. Clare siquidem in vno atque eodem scripturæ loco, bonitatem & seueritatem dei Propheta beatus ostendit, dicens non propter iustitias populi hæreditatem terræ illius reddi, sed gratia tantum miserantis donari, illos autẽ propter iniustitias suas pelli. Nec in illis iuste punitur iniquitas, in istis gratis nulla iustitia munerat. Nec sufficit beato Moysi quod dixerat, nõ propter merita ipsorum hæreditatem terrę illius Israelitico populo fuisse concessam, nisi etiam adderet quod adiũxit, vnde eos omni bono monstraret indignos. Sequitur enim post illud quod supra memoraumus: Et scis hodie, qa nõ propter iustitias tuas dominus deus tuus dat tibi

Exodi. 2.

Deut. 8.

Probat qđ non ex meritis iustificamur idem in Epist. 95. & 105. & 106. & ĩ đ gr̃a & li. ar. 5. 6. & 7 in. 2. T. ho. op.

terram istam bonam hæreditare, quoniam populus duræ cervicis es tu. Quis hic secundum debitum præcedentium meritorum mercedem redditam dicat? Quis non gratiam fateatur indebitam? Quotiens ait Propheta: Tentauerunt eum in deserto? Quotiens iracundiam dei cordis auersione meruerunt, & saluauit eos propter misericordiam suam, vt notam facere potentiam suam? Hoc iterum Apostolus dicit: Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta interitum, vt ostenderet diuitias suas in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

Roma.9.

CAP. IX.

NE Vero rursus homo in vltimam fecem desidiæ resolutus, arduum virtutis iter, & quanuis adiuuante gratia dei, non nisi labore gradiendum, inerti sibi crederet posse deferri, & nullius laboris industriam studio sui profectus adhiberet, ita inter se atque homines deus tempora officiaque distribuens ordinauit, vt vocatione ipsius honorum principia sumeremus, vocati autem atque illuminati, vias mandatorum eius boni ingenij intelligentia nosceremus, & eas libero vel eligeremus vel relinqueremus arbitrio. Quas tamen si ipsius fulti adiutorio, continua deuotione sequeremur, in fine rursus non repugnantem mandatis suis, subiectam in nobis obedientiam coronaret. Liberum vero quod ab eo habemus arbitrium, prono ad nequitiam lapsu fluit, & cum ad virtutis indolem, dei auxilio deserente, nihil possit, ad genus omne peccati idonea fultum virtute subsistit: Trahit enim lex in membris nata peccati, & deus a leni iugo mandatorum suorum leuique sarcina recedentes: atque in peccati durissimam seruitutem, libero a iustitia voluntatis arbitrio defluentes, secundum suam iustitiam derelinquit. Eos vero qui vocationis munus congrua pietate susceperint, qui carnalibus non subiugantur illecebris, qui iactante vitio, auaritiæ faciebus, vento superbiæ caruerunt, & quantū in homine est, dei in se bona seruantes ad spiritalia exercitia omne studium contulerūt, & in agone huius vitæ certantes adiuuat, & coronas viventibus largitur æternas: ipse rursus delinquentes deserit, resistentes indurat, contemnentes condemnat.

Ex vocatiõe bono ũ principia sumimus.

CAP. X.

DE Horum graduum distributione, quam vel in nobis deus operatur, vel nos iuber aliquid operari, ipsum interrogemus de cuius verbis orta est quæstio, quam si dominus asserit, enodare conamur, Vt eius sensibus per diuersa volumina varia quidem locutione, sed vna atque eadem intentione digestis, si quid in hoc loco latet, alterius sententiæ collatione referetur. Vocatum a deo Apostolum Paulum, vel in eo libro legimus, vbi eius gesta cum omni veritate narrantur, vel ipse in Epistola sua cõfiterur, dicens: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus

Act.9.&.13.

Roma.1.

stolus, Secundo autem loco vocationem secutus, & totum quod in homine fuerat operatus, ipse sic dicit: Plus omnibus illis laboraui. Sed ne hoc ipsum quidem sibi tribuens, solicita pietate subiunxit: Non ego autem, sed gratia dei mecum. Iam ergo & vocato & vocatione per opera iustitiæ subsecuto, quid supererat aliud nisi vt liberatus de corpore mortis huius, ad illius alterius vitæ, quæ sanctis omnibus veritatis ore promissa est, beatitudinem perueniret? Quod nullis humanis meritis reddi, sed dei donantis gratia largiente donari, sibi ipse respondet post gemitus, quibus dixerat: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore huius mortis? Gratia dei, inquit per Iesum Christum dominum nostrum. Hanc itaque distributionem qua diximus a deo homines nullis existentibus meritis vocari, & vocatos vt boni aliquid operentur, dei adminiculis indigere, sumpto de veteribus literis Apostolus monstrat exemplo, post quã illam de duobus geminis electionem omni repulsa laude meritorum, ad dei gratiam iudiciumque contulerat, videns quid impia posset blasphemare garrulitas, dixit: Nunquid iniquitas est apud deum? Et sequitur. Absit. Et quasi diceretur ei, vnde probas? Parum putauit authoritatem suæ valere doctrinę, nisi sententiam suam etiam legis doceret exemplo. Sic enim intelligi voluit quod Moyses dixerat: Miserebor cuius miserebor, & misericordiam præstabo, misericors fuero: vt primam misericordiam vocatione credamus hominibus prærogari, quæ sola ad recte viuendum non sufficit, si deserat qui vocauit. Ideoque additum est: Et misericordiam præstabo cui misericors fuero: ut a deo accipi manifestum sit & ipsa misericordiæ opera, quæ cũ videmur impendere, dei misericordiam promeremur. Sic enim in Euangelio dicit, Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur deus. Quod nisi sic intellexisset Apostolus, nunquam pro bonis gratiæ, disputationi suæ hoc testimonium curasset inserere.

Roma.9.

Exod.33.

Matth.5.

CAP. XI.

SI quem vero mouet, quod non omnes, etiam de his qui iam vocati sunt, ad secundum gratiam, id est, ad recte vluendi donum peruenire merentur, sicut dominus in Euangelio dicit: Multi sunt vocati, pauci vero electi: Hinc intelligat, quale sit quod contra dei gratiam defensare molitur, qui de libero sibi blanditur arbitrio. Quicũ que enim diuinę vocationis munere derelicto, ad impiã rursus fluxere perfidiam, ipsis dei gratiam deferentibus nę hęresos imme ad implendum quod voluerant sufficit arbitrium. Vidit diate enim quemadmodum Psalmista, misericordiarum dei or librum, dinem quem ex Moysi sensu interpretatur Apostolus, prophetici spiritus veritate decantet: Audi, inquit, populeus, & testificabor tibi. Quid eos volebat audire, qũ

1.Cor.15.

Roma.7.

Roma.7.

Aug. secũdã gratã di cit, & Prosp. in epi. de reliquijs Pelagia

Mat.20.

Psal.80.

cum

cum testificatione loquebatur? Quid vtique, nisi mandata vitæ? Sicut alius Propheta dicit: Audi Israel mandata vitę Psalmista subiungit, & sequitur: Ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: Et hæc esse mandata vitę, in oratione qua discipulos suos patri dominus commendabat, ostendit dicens: Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, et quē misisti Iesum Christum, Post hanc vocationem illud sequitur, quod & vult ad conatus hominum pertinere, & ostendit sine se non posse compleri. Hoc est enim quod dicit Apostolus: Quoniam ab ipso habemus velle & perficere, pro bona voluntate. Ab ipso enim habemus velle quia vocat & illuminat: ab ipso perficere, quoniam ad nos pertinet conari bona, quæ & velle donauit. Nec incaute ab Apostolo cum dixisset, Quia ab ipso habemus & velle & perficere: additum est, pro bona voluntate: vt etiam atque etiam videant, vbi habeant a dei iustitia liberum de quo gloriantur, arbitrium, Sed illum ordinem quo misericordias diuersa dominus temporum dispensatione distribuit, sicut Moysen dixisse sensit Apostolus, etiam in continuata Psalmi huius oratione videamus. Quid enim ait, postquam vocatos docuerat dicens: Ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti? Dilata, inquit, os tuum, & ego adimpleho illud Hic aliquid rursus apparet homini fuisse seruatum, quod per liberum facere debeat arbitrium. Dilatare enim iubetur os suum, sed deus se implere promittit. Sicut etiam discipulis suis in Euangelio dixerat: Nolite cogitare, quo modo aut quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Hoc solum ad illos retulit, vt omnem tribulationis necessitatem libenter pro veritate susciperent, penes se aūt promisit effectum. Libero ergo qui locutus seruatur arbitrio, vt sine dei adiutorio ad explendum quid valuerit rationali dignitate fuffulta, sibijpsi non sufficiat humana natura, continuo Psalmista ostendit: Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi. Quid dixerat cum vocaret, Audi populе meus & loquar, Israel & testificabor tibi. Quid testificans commendauerat mentibus audientium? Dominus deus tuus ego sum. Quid etiam ab ipsis fieri iusserat, quos de terra Ægypti & ignorantiæ tenebris liberatos, in luce mandatorum suorum splendore vocationis eduxerat? Dilata, inquit, os tuum. Statimque quasi diceret, si dilatare te deserente me volueris, nihil proderit, ira addidit, & implebo illud. Quid ergo qui vocauerat, & vocatos docuerat, querula de hisdem voce subiungit: Et non audiuit, inquit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi?

Ioan.17.

Philip.2.

Quomō a deo velle & pficere ap bona volūta te, sz clarius ī de gra & lib.ar. ad Val.c.17.in.7. To.& in.2.To. horū opuscul.

Matth.10.

Pfal.80.

Matth.10.

Pfal.80.

mihi? Exeat nunc liberi contra dei gratiam defensor arbitrij, audiat dicentem Apostolum, cum de bonis suis loboribus loqueretur: Non ego autem, sed gratia dei mecum. Audiat dei vocem in Psalmo, de his quos deseruerat dicentem: Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in voluntatibus suis. Audiat vnum eundemque Apostolum, de vitæ suæ varijs temporibus sibi tantum mala, gratiæ autem dei bona omnia tribuentem: Qui prius fui blasphemus, inquit, & persecutor. Et alio loco: Gratia dei sum id quod sum. Cum diceret: Qui prius fui blasphemus & persecutor, nulla gratię mentio iniquo operi copulabatur: quia sufficit sibi, sicut dictum est, ad nequitiam natura libertatis humanæ. Cum vero de præsentis vitæ beatitudine loqueretur: Gratia, inquit, dei sum id quod sum. Et illum ordinem quo miseretur Deus vocando, miseretur deinceps incœptis conatibus adiuuando, sicut serie Psalmi narratum atque digestum est, beatus etiam Apostolus Paulus continua narratione seruauit. Si enim in ordine quem posuit, excepta testimonia relegantur, ita loquitur: Gratia dei, inquit, sum id quod sum. Hæc est prima misericordia, quam liberæ voluntatis opera cōsequuntur. Sed vt Apostoli Pauli vocationem bona opera sequerentur, quid ait: Et gratia eius in me vacua non fuit. Quid enim secisti? Plus, inquit, omnibus laboraui. Ne multum superbias o liberi defensor arbitrij, audiens Paulum de suis laboribus gloriantem, attende quod sequitur: Non ego autem, sed gratia dei mecum. Puto sane quod nullus de his qui contra dei gratiam exaltato ante ruinam, sicut scriptum est, corde blasphemant, tantum arrogantiæ impudendis assumat, vt beati Prophetæ Dauid meritis aut æquandum se, aut etiam existimet præferendum. Cuius, vt de illa prima remuneratione, quam'nullus non fateatur vt indebitam, delati scilicet regni interim taceam, orationum & confessionum eius intentiones, affectusque pensemus. Ipse siquidem definit in Psalmo: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de legetua docueris eum. Sed videamus vtrū ipsi iam erudito, & omni legis scientia secundum instructionem Iudaicam sufficienter instructo, ad beatitudinem res hæc sola suffecerit. Cur ergo rursus idem clamauit ad Dominum: Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo? Parum erat quod ad scrutandam legem poposcerat intellectum, nisi etiam ad custodiendam necessarium significaret auxilium, dicens. Et custodiam illam in toto corde meo: quasi diceret, Tunc custodiam illam in toto

1.Cor.15.

Pfal.80.

1.Tim.1.

1.Cor.15.

1.Cor.15.

Pfal.93.

Pfal.118.

corde

corde meo, si tu dederis intellectum.

CAP. XII. ADHVC superbus illæ propriæ voluntatis defensor ad ista respondeat, quod Propheta ad intelligendum tantum mandata diuina, quæ tamen propria virtute impletu rus fuerat, opem diuini postulauerit auxilij. Quæ si ita sunt, a te paululum libet beati Dauid, sensuum tuorum occulta perquirere. Vnde ergo rogo te, pugna carnis & spiritus? Vnde Apostolicum sicut ipse fateris certamen? Etiam vtique illuminatus atque eruditus intelligentiæ munere, quâ diuinitus postulaueras, clamas & dicis Auer te oculos meos ne videant vanitatem, Nam intellectu cer te discernendę uanitatis a veritate, sicut poscebas accepto, cur oculos tuos a vanitate quæ displicet, non auertis? Si auaritiam reprehendis, cur non ab ea proprio separatus arbitrio, cor tuum ad mandata salutis inclinas, sed tanquam infirmus in omnibus clamas ad deum: Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam, nisi quia suggerit auaritiam in membris nata lex peccati? Et adhuc vult oculos suos, nec per se potest vir sanctus auertere: ac sic caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: ex qua lite non liberat, nisi gratia, quæ per dominum nostrum Iesum Christum partuis magnisque donatur, Velle enim adiacet, perficere autem non inuenio: quanuis & ipsum velle non ex nobis sed dei donum est, quoniam ab ipso habemus & velle et perficere, pro bona voluntate. Beatus ergo es, quoniam cum apostolis Christi, & doctrinæ, & pugnę æqualitate concordas: ga & in scriptis tuis Apostolorū bella cognoscimus, & tua certamina in Apostolicis literis iuenimus.

Psal.118.

Hal.5.

Roma.7.

Philip..3

CAP. XIII. VNDE ista in vno eodemque homine, qui ex anima & corpore constat, rerum voluntatumque diuersitas, nisi quia dei iudicia contenens, homo deum, creatura creatorem, infimus summum, intra semetipsum inobedientiæ pœnas & contumaciam inferioris inuenit? Qua enim iustitia, quanuis meliori deterior, creaturæ tamen creatura seruiret, si ipsi qualiscũque creatura seruire noluit creatori? Sed ne hoc quidem sufficit ad pœnam, vt pars illa deterior melioribus repugnaret cordis affectibus, nisi etiam plerunque superaret, in captiuitatem duceret, possideret, non solum vel natos in Adam homines, sed lex ipsa peccati ad motus sui ministerium vindicaret, nisi etiam renatos in Christo, manente suggestione pulsaret: quia reuera per id regenerationis munus reatus dimissus est, non soluta conditio gratię est: veterum delens chirographa debitorum, non a passione carnali iam separans adhuc hominem in carne uiuentem, vt omnis homo futuro tempore diuinum per singulos imploret auxilium. Et quoniam lex non tam aufere potuit, quam monstrare peccatum

Col.2.

tum, quod peccatum in se nascentes passim sibi homines vendicabat, & concupiscentię consensione possessos in æternum mergebat interitum: dominus noster Iesus Christus filius dei, verbum patris, æquale & coæternum patri, semetipsum exinanuit, formam serui accipiens: & cum peccatum ipse nõ esset, factus assumpta carne peccatum, vt peccato carnis homine sanato, peccatum damnaret in carne, venit quęrere quod perierat, sanare quod ægrotabat, erigere quod iacebat, potestatem habens dimittendi peccata, quod non debebat donare, quod et debebatur dimittere, deletisque omnibus veteris culpæ maculis quam fecerat, reparare naturam. De his quibus pœnam seueritas iusta decreuerat, secundum inefabilem dispositionis occultę misericordiam, elegit vasa quæ faceret in honorem, & alios a ventura ira dono gratuitæ vocationis absoluit: alios derelinquens ad equalitatis iudicium reseruauit, nulli tamen agnoscendę veritatis abstulit facultatem: & ita plenitudo diuinæ prescientię in alios manante iustitia, in alios gratia profluente complesta est: vt pereuntibus quos prescierat deus esse perituros & saluatis quos in illa secreta electione præscierat esse saluandos, toto orbe diffusa multiplicaretur Ecclesia.

Phili.2.

Luc.19.

Dãnatur q̃s destituit facultatem: & ita plenitudo diuinæ prescientię in alios manante iustitia, in alios gratia profluente complesta est: vt pereuntibus quos prescierat deus esse perituros & saluatis quos in illa secreta electione præscierat esse saluandos, toto orbe diffusa multiplicaretur Ecclesia.

Dãnatur q̃s dest. facultatem.

Pscíuit dãnãdos, & saluãtur q̃s in sua electione præscierat saluãdos.

GRATVLARE igitur o quicunque illuminatus es, & gratiam quam non meruisti agnosce: geme quicũque induratus es, & iustitiam confitere. Dic quicũque ab originali contagio, lauacro gratiæ te gratularis ablutũ: Misericors & miserator dominus patiẽs & multę miseri cordiæ. Non secundum peccata nostra fecit nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Dic quicũque damnaris: Iustus es domine in omnibus quę feciſti nobis, & omnia iudicia vera quia in veritate & iudicio superinduxisti omnia hęc, propter peccata nostra: & noli iniustitię dei culpam tuę indurationis ascribere: quia omnes vię domini misericordia & veritas, vt nec hi qui misericordiam fuerint consecuti a deo, iudicio veritatis de meritis suis aliquid glorientur: nec hi qui indurati atque damnati sunt, excusationem culpæ ex hoc habere posse se credant, quod nullam qua conuerterentur, sint misericordiam consecuti. Hanc ergo Pharao misericordiã non accepit, & ideo eiad pereundum, liberum suffecit arbitrium, quem quidem nullus ita ignarus diuinarum scripturarum erit, qui audeat dicere illa omnia iniuste esse perpessum. An forte si pie de deo sicut expedit sentiamus etiam Pharaoni datam misericordiam reperimus? Patientia enim dei valere ei debuit ad salutem, qua differens iuitum meritumque supplicium, miraculorum verba crebra denabat. Nunquid non potuit, sicut flagellis cædẽs expulit populum, ita miraculis credens, deum tantæ virtutis

CAP. XIIII.

Psal.144.

Psal.102.

Patiẽtia dei Pharaõi debuit valere ad salutem.

tutis agnoscere?

CAP. XV.

SI dicitur iam, Pharaonem non potuisse mutari, quia eum præscierat deus non esse mutandum: Respondetur dei præscientiam non cogere hominem vt talis sit, qualem præsciuit deus: sed præscire talem futurum, qualis futurus est, quanuis eum non sic fecerit deus. Quem si cogeret esse, hoc vtique cogeret quod non est. Porro si hoc præscierat futurum esse quod non est, præscientia non est. Quod de deo quam impie dicatur, aduertit quisque qui peccatis suis inde blanditur, quod deus eum peccatorem futurum esse præscierit. Existere nihilominus fortasse aliquem reor qui dicat, minus idoneam ad salutem viam, si nulla intrinsecus vocatione pulsatus, tamen quispiam flagellet ur. Vnde Nabuchodonosor pœnitētiā meruit fructuosam? Nonne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat rursus accepit? Pharao autem ipsis flagellis est durior effectus & perijt. Hic mihi rationem reddat, qui diuinum consilium nimium altum sapienti corde dijudicat, cur medicamentum vnius medici confectum, alij ad interitum, alij valuerit ad salutem, nisi quia Christi bonus odor, alijs est odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem? Quantum ad naturam, ambo homines erant, quātum ad dignitatem, ambo reges: quantum ad cauſam, ambo captiuum populum dei possidentes, quantum ad pœnam, ambo flagellis clemēter admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus mum dei sentiens, in recordatione proprię iniquitatis ingemuit: alter libero contra dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio? Hic quicunque respondet, illi vt mutaretur affuisse diuinū, huic vt induraretur defuisse præsidium, & hoc contendit iniustum, propter quod rerum ipsarum fines in dei voluntate constituens, dixit Apostolus: Cuius vult miseretur, & quem vult indurat dicente domino: Sine me nihil potestis facere: intelligat illa omnia, vel adiuuante domino perfici, vel deserente permitti, vt nouerit tamen, nolente domino nihil prorsus admitti.

Præscietia dei nō cogit homines.

Daniel.4.

Exodi.14.

De Pharaōe igt li. de grā. & li ar. ad Val.13. indu. Pharaō p̄ li. ar. in To.7. & in.2 To. horū opusc.

Roma.9.

Ioan.15.

CAP. XVI.

SED Reditur ad paruulos, reditur ad geminos, parum est, quod dixi, reditur ad necdum natos, qui & eodem concubitu seminati, & eodem momento in lucem fuerant proferendi. Eis discrepans diuersumque iudicium diuinæ voluntatis apparens, sensus hominum de volūtate dei fugbę nimiū disputātes, magnitudo q̄stionis obturbat. Exalta iam viribus Vocem tuam o iniuste accusator iusti, & dic mihi, quid ille mali commisit, quid boni ille meruit? Et respondet tibi, non ego, sed Paulus Apostolus, nihil quidem ambo meruerunt: sed habet potestatem

Roma.9.

statem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud quidem in contumeliam. Dicturus es, quare? Quæ est iudicij huius tam confusa diuersitas? Rursus hanc præsumptionem ille confutet & dicat: O homo tu quis es, qui respondeas deo? maxime, quia ad illam humanorum actuum comparationem rursus intentio conuersa respondet, iniustitiæ non posse argui creditorem, qui duobus debitoribus tale voluerit habere iudicium, vt vni donet, ab alio exigat, quod ab vtrisque debetur. Et certe in omnibus humanę conuersationis actibus atque contractibus ad discernendum aliquid, ad dijudicandum hanc, qua videmur aliquam probare iusti tiam, ex ineffabili diuinę iustitiæ plenitudine in humilitatis nostrę corda manere manifestum est, beato Ioanne hoc in Euangelio suo confirmante: Quoniam omnes de plenitudine eius accepimus. Quod si ita est, qua tandem impudentia homo de deo, lutum de figulo iudicabit, non solum dicens, quid me fecisti sic: sed etiam de alijs damnabili curiositate perscrutans & dicens, quare de eadem massa fecisti, alium quidem sic, alium vero sic? Si humanum genus quod creatum primitus constat ex nihilo nō cum debita mortis & peccati origine nasceretur, & tamen ex eis creator omnipotens in æternum nonnullos damnare vellet interitum, quis omnipotēti creatori diceret, quare fecisti sic? Qui enim cum non essent, esse donauerat, quo fine essent habuit potestātem: nec dicerent ceteri, cur paribus omnium meritis diuinum discreparet arbitrium quia potestatem habet figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. Nunc autem cum damnatis pœna iusta reddatur, saluatis autem gratia donetur indebita: quis vsque adeo humanę conditionis oblitus, diuini sensus arcana discutiat, vt cum ipse pœnam merito fuerit consecutus, quærat cur alius gratiam quę non debebatur ei acceperit? Hanc itaque diuinam electionem, non meritis reddi, sed sola voluntatis munificentia donari hominibus, Moyses cum iam tunc quanuis carnalem populum doceret, ostendit. Sic enim euidenter in Deuteronomio dicit ad populum: Ecce domini dei tui cœlum est, & cœlum cœli, terra & omnia quæ sunt in ea? Veruntamen patres vestros elegit dominus diligere eos, & elegit semen eorum post ipsos, Vos præ omnibus gentibus. Et adiecit Circumcidimini ergo a duritia cordis vestri, & ceruicem vestram ne indurētis amplius. Sed hanc in eis manifestę duritiam cordis, sicut supra iā diximus, beatus Stephanus cum Iudæos increparet, ostendit: In actibus enim Apostolorum sicut ipse dicit: Dura cervice & incircuncisi corde & auribus, vos semper spiritui sancto

Idē sup. c. 2. & i epi. 105. in. 2 T. & in. 2. To. horum opuscul.

Ioan. 1.

Roma. 9.

Deut. 10.

Acto. 7.

sancto restitutis: Vnde dura ceruix in illo populo, qui ex omni mundo electus est, qui de seruitute decem miraculis meruit liberari, cui lex data est, cuius saluti ora prophetarum omnium militarunt, ex quo factus secundum carnem & ad quos missus est Christus: nisi quia cæcitas ex parte in Israel facta est, donec Israel adoptatus ex plenitudine gentium intraret in regnum, & conclusit in incredulitate omnes dominus, vt omnes indigerent misericordia saluatoris? Cuius diuini consilij sacramenta perstrigens, & maiestatis mysterium, quę quanuis magnitudine reuelationum nouerat, tamen pro humana infirmitate succumbens, etiam ille qui pro persecutionibus & blasphemijs vas electionis meruit nominari, miratus exclamat: O altitudo diuitiarum sapientię & scientiæ dei: & inscrutabiles vias eius, & inscrutabilia confitens dei iudicta. Cum illo ergo quando de talibus quæritur, admiremur, & manente sententia, quod nõsit iniquitas apud deum, si quid est illud quod quęritur, quod modum nostri sensus excesserit, & intellectus nostri non dignatur angustias, in illa iustitię, misericordiæ pręscientięque diuinæ plenitudine permanere in concussa æquitate fateamur: ne de superioribus diuinę voluntatis arcanis aliter quam modus conditionis nostrę patitur disputantes, dei iustitiam relinquamus, & nostram statuere cupientes, in imam contumacię voraginem dedicamus.

Rom. 11.

Rom. 9.

Rom. 10.

Libri de prædestinatione & gratia Finis.

PROSPERI EPI.

STOLA AD AVGVSTINVM

DE RELIQVIIS PELAGIANÆ HÆRESEOS.

DOMINO Beatissimo Papæ, ineffabiliter mirabili, incomparabiliter honorando prestantissimo patrono, Augustino Prosper. Ignotus quidem tibi facie, sed iam aliquatenus si reminiscaris, animo ac sermone compertus, nam per sanctũ fratrem meum Leontium diaconum missi Epistolas & recepi: nunc quoque beatitudini tuæ scribere audeo, non solum saluatoris vt tunc studio, sed etiam fidei, quæ Ecclesię vigilantissima industria tua, & aduersus hęreticarum doctrinarum insidias Veritatis virtute pugnante, nullo modo mihi verendum putaui, ne onerosus tibi, aut importunus essem in eo, quod ad multorum salutem, ac perinde ad pietatem tuam pertinet: cum potius reum futurum esse me crederem, si ea quæ valde perniciosa intelligo, vel ad specialem patronum fidei non referrem. Multi ergo seruorum Christi qui in Massilensi vrbe consistunt, in sanctitatis tuæ scriptis quæ aduersus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant patrum opinioni & Ecclesiastico sensui, quicquid in eis de vocatione electorum secundum dei propositum disputasti. Et cum aliquandiu tarditatem suam culpare maluerint, quam non intellecta reprehendere, quidamq; eorum lucidiorem super hoc atque apertiorem beatitudinis tuæ expositionem voluerint postulare: enenit ex dispositione misericordiæ dei, vt cum quosdam intra, Aphricam similia mouissent, librum De correctione & gratia, plenum diuinæ authoritatis emitteres, Quo in notitiam nostram insperata opportunitate delato, putauimus omnes querelas resistentium sopiendas: quia vniuersis quæstionibus, de quibus consulenda erat sanctitas tua, tam plene illic absoluteque responsum est, quasi hoc specialiter studueris, vt quæ apud nos erant turbata componeres. Recensito autem hoc beatitudinis tuæ libro, sicut qui sanctam atque Apostolicam doctrinæ tuæ authoritatem antea sequebantur, intelligentiores multo instructioresque sunt facti: ita qui persuasionis suæ impediebantur obscuro, auersiores quam fuerant recesserunt. Quorum tam abrupta dissensio primum propter ipsos metuenda est, netam claris tamque egregijs in omnium virtutum studio viris spiritus Pelagianæ impietatis illudat: ne simpliciores quique apud quos horum magna est de probitatis contemplatione reuerentia, hoc tutissimum sibi æstiment, quod audiunt eos quorum authoritatem sine iudicio sequuntur asserere. Hæc enim ipsorum definitio ac professio est: omnem quidem hominem Adam peccante, peccasse, & neminem per opera sua, sed per dei gratiam regeneratione saluari: vniuersis tamen hominibus propiciationem quæ est in sacramento sanguinis Christi, sine exceptione esse propositam, vt quicunq; ad fidem & ad baptismum accedere voluerint, salui esse possint, Qui autem crediturí sunt, qui ve in ea fide quæ deinceps per dei gratiam sit iuuanda, mansuri sunt, præscisse ante mundi constitutionem deum, & eos prædestinasse in regnum suum, quos gratis vocatos, dignos futuros electiõe, & de hac vita bono fine excessuros esse prę uiderit, Ideoque omnem hominem ad credendum & ad

Omnes ꝑ Adam peccarũt & dei gratia saluant.

An mũdi initiũ placuit deo, alijs vasa facere i honorẽ, alia vero in cõtumeliã.

operandum diuinis institutionibus admoneri, vt de apprehendenda vitæterna nemo desperet, cum voluntariæ deuotioni remuneratio sit parata. Hoc autem propositum vocationis dei quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani, eligendorum & reijcendorum dicitur facta discretio, vt secundum quod placuit creatori, alij vasa honoris, alij vasa contumeliæ sint creati, & lapsis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem temporis afferre: eo quod in vtramque partem superfluus labor sit, si neque reiectus vlla industria possit intrare, neque electus vlla negligentia possit excidere. Quo quo enim modo se egerint, non posse aliud erga eos quã deus definiuit accidere, & sub incerta spe cursum non posse esse constantem: cum si aliud habeat prædestinantis electio, causa sit annitentis intentio. Remoueri itaque omnem industriam, tollique virtutes, si dei constitutio humanas præueniat voluntates: & sub hoc prædestinationis nomine, fatalem quandam induci necessitatem: aut diuersarum naturarum dici dominum conditorem, si nemo aliud possit esse, quam factus sit. Atque vt breuius ac plenius quod opinantur exponam: quicquid in libro hoc ex contradicentium sensu, sanctitas tua sibi obposuit, quicquid etiam in libris cõtra Iulianum ab ipso sub hac quæstione obiectum potenissime debellasti, hoc totum ab istis sanctis intentionis sime conclamatur, Et cum contra eos scripta beatitudinis tuæ, validissimis & innumeris testimonijs diuinarum scripturarum instructa proferimus, ac secundum formam disputationum tuarum, aliquid etiam ipsi quo concludantur astruimus, obstinationem suam vetustate defendunt: vt ea, quæ de Epistola Apostoli Pauli Romanis scribentis, ad manifestationem diuinæ gratiæ præuenientis electorum merita proferuntur, a nullo vnquam Ecclesiasticorum ita esse intellecta vt nunc sentiuntur, affirment. Cumque vt ipsi ea exponant, secundum quorum velint sensa deposcimus, nihil se profitentur inuenisse quod placeat, & de his taceri exigunt, quorum altitudinem nullus attigerit. Eo postremo peruicacia tota descendit, vt fidem nostram ædificationi audientium contraria esse definiant, ac sic etiam si vera sit, non promendam: quia & pernicioſe non recipienda tradantur, & nullo periculo quæ intelligi nequeant, contineantur. Quidam vero horum intantum a Pelagianis se mitis non declinant, vt cum ad confitendam eam Christi gratiam, quę omnia pręueniat merita humana, cogantur, ne si meritis redditur, frustra gratia nominetur: ad conditionem hanc velint vniuscuiusque hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia nec existentem liberi arbitrij, & rationalis gratia creatoris instituat, vt per discretionem

discretionem boni & mali, & ad cognitionem dei, & ad obedientiam mandatorum eius possit suam dirigere voluntatem: atque ad hanc gratiam qua in Christo renasci mur, peruenire per naturalem scilicet facultatem, petendo, quærendo, pulsando: vt ideo accipiat, ideo inueniat, ideo introeat, quia bono naturæ bene vsus, vt ad istam saluantem gratiam, initialis gratiæ ope meruerit peruenire. Propositum autem vocantis gratiæ in hoc omnino definiunt, quod deus constituerit nullum in regnum suum, nisi per sacramentum regenerationis assumere, & ad hoc saluris donum omnes homines vniuersaliter, siue per naturalem, siue per scriptam legem, siue per Euangelicam prædicationem vocari. Vt & qui voluerint fiant filij dei, & inexcusabiles sint qui fideles esse noluerint: quia iustitia dei in eo sit, vt qui non crediderint pereant: boni tas in eo appareat, si neminem repellet a vita, sed indifferenter vniuersos velit saluos fieri, & in agnitionem veri tatis venire. Iam hic proferunt testimonia, quibus diuinarum scripturarum cohortatio ad obediendum incitat hominum voluntates, qui ex libero arbitrio, aut faciant quæ iubentur, aut negligant: & consequens putant, vt quia preuaricator ideo dicitur non obedisse, quia noluit, fidelis quoque non dubitetur ob hoc deuotus fuisse, quia voluit: & quantum quisque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum: parique momento animum se vel ad vitia, vel virtutes mouere quem bona appetentem, gratia dei foueat, mala sectantem damnatio iusta suscipiat. Cumque inter hæc innumerabilium illis multitudo obijcitur paruulorum qui vtique excepto originali peccato, sub quo omnes homines similiter in primi hominis damnatione nascuntur, nullas adhuc habentes voluntates, nullas proprias actiones, non sine dei iudicio secernuntur: vt ante discretionem boni ac mali de vsu vitæ istius auferendi, alij per regenerationem inter cœlestis regni assumantur hæredes: alij sine baptismo inter mortis perpetuæ transeunt debitores: tales aiunt perdi, talesque saluari, quales futuros illos in annis maioribus si ad actiuã seruarentur ætatem, scientia diuina prævideris. Nec considerant se gratiam dei, quam comitem, non præuiam humanorum volunt esse meritorum, etiam illis voluntatibus subdere, quas ab ea secundum suam phantasiam, non negant esse prævenias. Sed in tantum quibuscunque commentitijs meritis electionem dei subijciunt, vt quia præterita quæ non extant, futura quæ non sint futura confingant, nouoque apud illos abiurditatis genere, & non agenda præcita sint, & præscita non acta sint. Hinc sane de humanis meritis prescientiam dei, secundum quã gratia vocantis operẽ, multo sibi rationabilius videntur

Nullus regnum christi ingredit nisi p regeneratiõis sacrãẽtũ siue ad naturæ, vel ad scriptam, aut ad euãgelicã legẽ spectet.

1. Thi. 2.

tur astruere, cum ad earum nationum contemplationem
venitur, quæ vel in præteritis seculis dimissæ sunt ingredi vias suas, vel nunc quoque adhuc in veteris ignorantiæ impietate depereunt, nec Vita eis aut legis aut Euangelij illuminatio coruscauit: cum tamen inquantum prædicatoribus ostium apertum est, & via facta est, gentium
Luc.1. populus qui sedebat in tenebris & in vmbra mortis, lucem viderit magnam: & qui quondam non populus, nūc
Rom.9. autem populus dei sit, & quorum aliquando non misertus est, nunc autem misereatur, præuisos inquiunt ad-
dominō creditur os: & ad vnamquanque gentem ita dispen-
1.Thi.2. sata tempora ac ministeria magistrorum, vt exortura erat bonarum credulitas voluntatum. Nec vacillare illud, quod deus omnes homines velit saluos fieri, & in agnitione veritatis venire: quandoquidem inexcusabiles sint, qui & ad vnius veri dei cultum potuerint instrui intelligentia naturali, & Euangelium ideo non audierint, quia nec fuerant recepturi. Pro vniuerso autem humano genere mortuum esse, dominum nostrum Iesum Christum, & neminem prorsus a redemptione sanguinis eius exceptum, etiam si omnem hanc vitam alienissima ab eo mente pertranseat: quia ad omnes homines pertineat diuinæ misericordiæ sacramentum: quo ideo pluri-
mi non renouentur, quia quod nec renouari vtile habe-
Aliq̄ baptismū nō renouant q̄ eis talis renouatio nō est vtilis, ant prænoscantur. Itaque quātum ad deum pertinet, omnibus paratam vitam æternam: quantum autem ad arbitrij libertatem, ab his eam apprehendi, qui deo sponte crediderint, & auxilium gratiæ merito credulitatis acceperint. In istam vero talis gratiæ prædicationem hi, quorum contradictione offendimur, cum prius meliora sentirent, ideo se vel maxime contulerunt: quia si profiterentur ab ea omnia bona merita præueniri, & ab ipsa vt possint esse donari, necessitate concederent deum secundum propositum, & consilium voluntatis suæ, occulto iudicio, & opere manifesto, aliud vas condere in honorem, aliud in contumeliam: quia nemo nisi per gratiam iustificetur, & nemo nisi in præuaricatione nascatur. Sed refugiunt istud fateri, diuinoque ascribere operi sanctorum merita formidant, nec aquiescunt prædestinatum electorum numerum, nec augeri posse, nec minui: ne locum apud infideles ac negligentes cohortantium incitamenta non habeant: ac superflua sit industriæ ac laboris indictio, cuius studium cessante electione frustrandum sit. Ita demum enim posse vnumquenque ad correctionem, aut ad profectum vocari, si se sciat sua diligentia bonum esse posse, & libertatem suam ob hoc dei auxilio iuuandam, si quod deus mandat, elegerit. Ac sic cum in his qui temnam

nam operentur salutem, dei scilicet gratia, & hominis obedientia: priorem volunt obedientiam esse, quam gratiam, vt initium salutis ex eo qui saluatur, non ex eo credendum sit stare qui saluat: & voluntas hominis diuinæ gratiæ sibi pariat opem, non gratia sibi humanam subiiciat voluntatem. Quod cum peruersissimum esse reuelante dei misericordia, & instruente nos tua beatitudine nouerimus, possumus quidem ad non credendum esse constantes, sed ad authoritatem talia sentientium non sumus pares: quia multum nos & vitæ meritis antecellūt, & aliqui eorum adepto nuper summo sacerdotij honore supereminent: nec facile quisquam præter paucos perfectæ gratiæ intrepidos amatores, tantis superiorum disputationibus ausus est contraire. Ex quo non solum his qui eos audiunt, verum etiam ipsis qui audiuntur, cum dignitatibus creuit periculum: dum & multos reuerentia eorum, aut inutili cohibet silentio, aut incurioso ducit assensu: & saluberrimum ipsis videtur, quod pene nullius contradictione reprehenditur. Vnde quia in istis Pelagianæ prauitatis reliquijs non mediocris virulentiæ fibra nutritur, si principium salutis male in homine collocatur: si diuinæ voluntati impie voluntas humana præfertur, vt ideo quis adiuuetur quia voluit, non ideo quia adiuuatur velit: si originaliter malus receptionem boni non a summo bono, sed a semetipso inchoare male creditur: si aliunde deo placetur, nisi ex eo quod ipse donauerit: tribue nobis in hac causa Papa beatissime, pater optime, quantum donante domino potes diligentiam pietatis tuæ ob secro, vt quæ in istis quæstionibus obscuriora, & ad percipiendum difficiliora sunt, quam lucidissimis expositionibus digneris aperire. Ac primum, quia plerique non putant Christianam fidem hac dissensione violari, quantum periculi sit in eorum persuasione patefacias. Deinde quomodo per istam præoperantem & cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium. Tum vtrum præscientia dei ita secundum propositum maneat, vt ea ipsa quæ sunt proposita, sint accipienda præscita: an per genera causarum, & species personarum ista varientur: vt quia diuersæ sunt vocationes, in his qui nihil operaturi saluantur, quasi solum dei propositum videatur existere: in his autem qui aliquid boni acturi sunt, per præscientiam posse stare propositum: an vero vniformiter, licet diuidi præscientia a proposito temporali distinctione non possit, præscientia tamen quodam ordine sit subnixa proposito: & sicut nihil sit quorumcunque negociorum, quod non scientia diuina præuenerit: ita nihil sit boni, quod in nostram participationem non deo authore defluxerit. Postremo quemadmodum

Pelagiāi obediē tiā gratię prepo-nebant.

Idē a papa inno cētio in Epist. 25 in. 2. T. cōcil. & i. 2. To. ho. op.

Gra prœperās & coēpans ab Au. dr prima & sēda gra, i d pd. & gra cap. 9, in To. 7. & in isto. 3. Tom. opus.

per hanc prædicationem propositi dei, quo fideles fiunt qui præordinati sunt ad vitam æternam, nemo eorum qui cohortandi sunt impediatur, nec occasionem negligentiæ habeant, si se prædestinatos esse desperent. Illud etiam qualiter diluatur, quæsumus patienter insipientiam nostram ferendo demonstres, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, pene omnium par inuenitur & vna sententia, qua propositum & prædestinationem dei secundum præscientiam receperunt: vt ob hoc deus alios vasa honoris, alios contumeliæ fecerit, quia finem vniuscuiusque præuiderit, & sub ipso gratiæ adiutorio in qua futurus esset voluntate & actione præscierit. Quibus omnibus enodatis, & multis insuper quæ altiore intuitu ad causam hanc pertinentia magis potes videre discussis: credimus & speramus non solum tenuitatem nostram disputationum tuarum præsidio roborandam, sed etiam ipsos quos meritis atque honoribus clatos caligo istius opinionis obscurat, defecatissimum lumen gratiæ recepturos. Nam vnum eorum præcipuæ authoritati & spiritalium studiorum virum, sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum, sciat beatitudo tua admiratorem sectatoremque in alijs omnibus tuę esse doctrinę: & de hoc: quod in querelam trahit, iampridem apud sanctitatem tuam sensum suum per literas velle conferre. Sed quia vtrum hoc facturus, aut quo fine sit facturus incertum est, & omnium nostrum fatigatio prouidente hoc præsenti seculo dei gratia, in tuę charitatis & scientię vigore sperat, adde eruditionem humilibus, adde increpationem superbis. Necessarium & vtile est etiam quę scripta sunt scripta, ne leue existimetur quod non frequenter arguitur. Sanum enim putant esse quod non doler, nec vulnus superducta cute sentiunt: sed intelligant peruenturum ad sectionem, quod habuerit perseuerantem tumorem. Gratia dei & pax domini nostri coronet te in omni tempore, & ambulantem de virtute in virtutem glorificet in æternum domine Papa beatissime, ineffabiliter mirabilis, incomparabiliter honorande, præstantissime patrone.

FINIS.

HILARIVS ARELATENSIS AVGVSTINO DE EADEM MATERIA

DOMINO beatissimo ac toto affectu desiderãdo, & multum in Christo suscipiendo patri Augustino Hilarius. Si cessantibus contradicentium quęstionibus gratę sunt plerũque studiosorum inquisitiones, vt etiam illa quę absque periculo ignorarentur, ediscant arbitror gratiorem fore sedulitatem nostrę relationis, quę dum indicat secundum quorundam prosecutiones quędam aduersantia veritati, non tam sibi quam illis qui turbantur & turbant, per consilium sanctitatis tuę satagit prouideri, domine beatissime ac toto affectu desiderande, & multum in Christo suscipiende pater. Hęc sunt itaque quę Massilię, vel alijs etiam locis in Gallia ventilantur. Nouum & inutile esse prędicationi, quod quidam secundum propositum eligendi dicantur, vt id nec arripere valeant nec tenere, nisi quod credendi voluntate donata, excludi putant, omnem prędicandi vigorem, si nihil quod per eum excitetur, in hominibus remansisse dicatur. Consentiunt omnem hominem in Adam perisse, nec inde quenquam posse proprio arbitrio liberari: sed id conueniens asserunt veritati, vel congruum prędicationi, vt cum prostratis, & nunquam surgentibus viribus surrecturis annunciatur obtinendę salutis occasio, eo merito quo voluerint & crediderint, a suo morbo se posse sanari, & ipsius fidei augmentum, & totius sanctitatis suæ consequantur effectum, Cęterum ad nullũ opus vel incipiendum, nedum perficiendum, quenquam sibi sufficere posse consentiunt: neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant, exterita supplicij voluntate vnumqueque ęgrotũ velle sanari. Quod n. dicitur, Crede & saluus eris: vnum horũ exigi asserunt, aliud offerri, vt propter id quod exigitur si redditum fuerit, id quod offertur deinceps tribuatur. Vnde non consequens putant, exigendam ab eo fidem, cuius naturæ id voluntate conditoris concessum est: & nullam ita deprauatam vel extinctam putant, vt non debeat, vel possit se velle sanari. Propter quod vt sanet quis a sua, vel si noluerit cum sua ægritudine puniatur. Nec negari

gratiam si præcedere dicatur talis voluntas, quæ tantum medicum quærat: non autem quicquam ipsa iam valeat; nam illa testimonia vt est illud: Sicut vnicuique partitus est mensuram fidei: & similia, ad id volunt valere, vt adiuuetur qui cœperit velle, non vt etiam donetur vt velit. Reiectis ab hoc dono alijs pariter reis, & qui possent similiter liberari, si ea quæ pariter indignis præstatur credendi voluntas, etiam ipsis similiter præstaretur. Si autem aiunt, dicatur vel talem omnibus remansisse, qua vel contemnere quis valeat, vel obedire: de compendio putant rationem reddi electorum vel reiectorum, in eo quod vnicuique meritum propriæ voluntatis adiungitur. Cum autem dicitur eis, quare alijs vel alicubi prædicetur, vel non prædicetur: vel nunc prædicetur quod aliquando pene omnibus, sicut nunc aliquibus gentibus non prædicatum sit: dicunt id præscientiæ esse diuinæ, vt eo tempore, & ibi, & illis veritas annunciaretur, vel annuncietur, quando & vbi prænunciabatur esse credenda: & hoc non solum aliorum catholicorum testimonijs, sed etiam sanctitatis tuæ disputatione antiquiore, se probare testantur. Vbi tamen eandem gratiam non minore veritatis perspicuitate docueris, vt est illud quod dixit sanctitas tua in quæstione contra Porphyrium, de tempore Christianæ religionis: tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat & vbi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri. Vel illud de libero in epistola ad Romanos: Dicis itaque mihi, quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Cui sane inquisitioni, inquis, sic respondet, vt intelligamus spiritalibus viris, etiam nō secundum terrenum hominem viuentibus patere posse prima merita fidei & impietatis, quomodo deus præscientia eligat credituros, & damnet incredulos: nec illos ex operibus eligens, nec istos ex operibus damnās: sed & illorum fidei præstans, vt bene operentur, & istorum impietatem deserendo obdurans, vt male operentur. Et iterū in eodem libro superius: Aequales omnes sunt ante meritum, nec potest in rebus omnimodo æqualibus electio nominari, quoniam spiritus sanctus non datur nisi credentibus. Non quidem deus elegit opera quæ ipse largitur, cū dat spiritum sanctum, vt per charitatem bona operemur: sed tamen elegit fidem, quia nisi quis credat, & in accipiē di voluntate permaneat, non accipit donum dei, id est spiritum sanctum, per quem infusa charitate bonum possit operari. Non ergo eligit deus opera cuiusquam in præscientia, quæ ipse donaturus est: sed fidem eligit in præsentia, vt quem crediturum esse præsciuit, ipsum elegerit, cui spiritum sanctum daret, vt bona operando etiam æternam vitam

Roma. 12.

Christus voluit apparere & p̄dicari doctrinam suam qñ, & vbi sciebat eē q̄ in eum fuerāt crediturī. Ro. 9

Augu. in expo. quarūdā. ppositionū Epist. ad Rōa. in T. 4. & in isto. 3. T. opu. sed retract. c. 1. lib. retract. c. 23. in To. 2. & i isto 3. T. op. i de p̄d. sanctorū. 3. in T. 7. & in isto. 3. Tom. opus.

tam consequeretur. Dicit enim Apostolus: Idem deus qui operatur omnia in omnibus. Nusquam autem dictum est, deus credit omnia in omnibus. Quod enim credimus nostrum est, quod autem operamur, illius: & cętera in eodem opere, quę se acceptare & probare testantur, tanquā conuenientia Euangelicæ veritati. Cæterum præscientiā & prædestinationem, vel propositum ad id valere contē dunt, vt eos præscierit, vel prædestinauerit, vel proposuerit eligere qui fuerant crediturī. Nec de hac fide posse dici: Quid habes quod non accepisti? cum in eadem natura remanserit, licet vitiata, quę prius sana ac perfecta donata sit. Quod autem dicit sanctitas tua, neminem perseuerare nisi perseuerandi virtute præcepta, hactenus accipiant, vt quibus datur inerti licet, præcedenti tamen proprio arbitrio tribuatur: quod ad hoc tantum liberum asserunt, vt velit vel nolit admittere medicinam. Cęterum & ipsos abominarise & damnare testantur, si quis quicquam virium in aliquo remansisse quod ad sanitatem pgredi possit, existimet. Nolunt autem ita hanc perseuerantiam prędicari, vt non vel suppliciter emereri, vel amitti contumaciter possit. Nec ad incertum voluntatis dei deducise volunt, vbi eis quantum putant ad obtinendum vel amittendum, euidens est qualacunque sit initium Voluntatis. Illud etiam testimonium quod posuisti: Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: tanquam non canonicum definiunt omittendum. Vnde illam præscientiā sic accipiunt, vt propter fidem futuram intelligendi sint præsciti: nec cuiquam talem dari perseuerantiam a qua non permittitur præuaricari, sed a qua possit sua voluntate deficere & infirmari. Asserunt in vtilem exhortandi consuetudinem, si nihil in homine remansisse dicatur quod correctio valeat excitare: quod quidem ineſſe naturæ sic se dicere confitentur, vt hoc ipso quod ignoranti veritas prædicatur, ad beneficium præsentis gratiæ referendum sit. Nam si sic prædestinati sunt, inquiunt, ad vtranque partem, vt de alijs ad alios nullus possit accedere, quo pertinet tanta extrinsecus correctionis instantia? Si ab homine, & si non fides integra, saltē vel dolor compunctæ infirmitatis exoritur, aut periculum demonstratæ mortis horretur. Nam si non potest timere quis vnde terretur, nisi ea voluntate quæ sumitur, non ex eo cupiendus quod nunc non vult, sed in eo & cum eo, qui sic aliquando noluit vt eam damnationem cum suis posteris mereretur incurrere, vt nunquam recta, semper autem praua vellet appetere. Si autem est qualiscunque dolor qui ad exortationem corripientis oriatur, hanc ipsam dicūt causam propter quā vel reiiciatur alius, vel alius assumatur: atque ita non opus esse partes constitui

1. Cor. 12.

2. sent. dist. 18.

1. Cor. 4.

Sap. 4.

quibus

quibus nec adijciendum sit aliquid, nec detrahendum. Deinde moleste ferunt, ita diuidi gratiam, quæ vel tunc primo homini data est, vel nunc omnibus detur, vt ille acceperit perseuerantiam, non qua fieret vt perseueraret, sed ne hac per liberum arbitrium perseuerare non posset: nunc vero sanctis in regnum per gratiam prædestinatis non tale adiutorium perseuerantiæ detur, sed tale vt eis perseuerantia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono perseuerantes esse non possint, verum etiam vt per hoc donum non nisi perseuerantes sint. His verbis sanctitatis tuæ ita mouentur, vt dicant quandam disperationem hominibus exhiberi. Si enim aiunt, ita Adam adiutus est vt & stare posset iniustitia, & a iustitia declinare: & nunc ita sancti iuuantur, vt declinare non possint: siquidem eâ acceperunt volendi perseuerantiam, vt aliud velle non possint: vel sic quidam deseruntur, vt aut nec accedant, aut si accesserint & recedant, ad illam voluntatem pertinuisse dicunt exhortationis, vel comminationis vtilitatem, quæ & præsistendi & desistendi, obtineat liberam potestatem: non ad hanc, cui nolle iustitiam ineuitabili necessitate coniunctum est: præter illos qui sic concreati sunt his, qui cum vniuersa massa damnati sunt, vt excitarentur per gratiam liberandi. Vnde in hoc solo voluntas primo homine omnium distare naturam, vt illum integris viribus voluntatis iuuaret gratia volentem, sine qua perseuerare non poterat: hos autem amissis & perditis viribus credentes tantum, non solum erigat postratos, verum etiam suffulciat ambulantes. Cæterum quicquid libet donatum sit prædestinatis, id posse & amittere & retinere propria voluntate contendunt. Quod tunc falsum esset, si verum putarent eam quo sdam perseuerantiam percepisse, vt nisi perseuerantes esse non possint. Inde est quod & illud pariter non accipiunt, Vt eligendorum reiiciendorumque esse definitum numerum velint: atque illius sententiæ expositionem, non eam quæ a te est deprompta suscipiant: id est, vt non nisi omnes homines saluos fieri velit, & non eos tantum qui ad sanctorum numerum pertinebunt, sed omnes omnino, vt nullus habeatur exceptus. Nec hoc timêdum, quod quidam eo inuito perire dicantur. Sed quomodo aiunt, non vult a quoquã peccari vel deseri iustitiam, & tamẽ iugiter illa de eritur contra eius voluntatem committunturque peccata: ita cum saluare velle omnes homines, nec tamen omnes homines velle saluari? Testimonia etiam scripturæ quæ de Saule vel de Dauid posuisti, non pertinere putant ad quæstionem, quæ de exhortatione versatur. Alij autem ad id referuntur, vt ex his eam gratiam accipiant commendari, qua vnusquisque post voluntatem iuuatur: vel ad ipsam

Perseuerãtię donum ex deo.

1. Thi. 2.

ad ipsam vocationem, quæ præstatur indignis. Hoc enim & illis locis tuorum opusculorum & aliorum quæ persequi longum est se domonstrare testantur. Paruulorum autem causam ad exemplum maiorum non patiuntur asferri. Quam & tuam sanctitatem dicunt eatenus attigisse vt incertum esse voluerís, ac potius de eorum pœnis malueris dubitari. Quod in libro tertio De libero arbitrio ita posuisse meministi, vt hanc eis occasionem potuerit exibere. Hoc etiam de aliorum libris quorum est in Ecclesia authoritas, faciunt quod perspicit sanctitas tua nõ parum posse iuuare contradictores, nisi maiora, aut certe vel paria proferantur a nobis. Non enim ignorat prudentissima pietas tua, quanto plurès sint in Ecclesia, qui authoritate nominum in sententia teneantur, aut ad sententiam transferantur. Ad summum fatigatis omnibus nobis, ad id prosecutio eorum, vel potius quærela conuertitur, consentientibus etiam his qui hãc definitionem improbare non audent, vt dicant: Quid opus fuit huiusce modi disputationis incerto tot minus intelligentium corda turbari? Neque enim minus vtiliter sine hac definitione aiunt tot annis a tot tractatoribus, tot præcedentibus libris & tuis & aliorum, cum contra alios, tum maxime contra Pelagianos, catholicam fidẽ fuisse defensam. Hæc mi pater & alia interminabiliter plura, si vt summa mea vota cõfitear, per me deferre maluissem, vel quia hoc nõ merui, saltem prolixiore tempore omnia, quibus mouentur, collecta dirigere: vt quicquid de hac re contradicitur quatenus refelli, vel si id non potest, tolerari deberent audirem. Sed quia neutrum ex voto prouenit, malui quomodo potui hæc comprehensa dirigere, quam penitus de tanta quorundam contradictione reticere. Sunt ex parte tales personę, vt his consuetudine Ecclesiastica laicos summam reuerentiam necesse sit exibere. Quod quidem ita curauimus deo iuuante seruare, vt cum opus fuit non taceremus, quę ad quæstionis huius assertionem exiguitas nostrarum virium suggerebat. Sed nunc summatim quantum festinatio perlatoris admisit, hæc velut commonendo suggessi. Tuę sanctę prudentiæ est dispicere quid facto opus sit, vt talium & tantorum superetur vel temperetur intentio. Cui ego iam parum prodesse existimo te reddere rationem, nisi & addatur authoritas, quam transgredi infatigabiliter contentiosa corda non possint. Sed plane illud tacere non debeo, quod se dicant tuam sanctitatem hoc excepto, in factis & dictis omnibus admirari. Tuum erit decernere, quomodo sit in hoc eorum contradictio toleranda. Nec mireris quod aliter vel aliqua in hac epistola addidi, quantum puto quæ in superiore non dixeram. Talis enim est nunc eorũ

definitio

definitio, præter illa quę per festinationem aut obliuionē fortasse præterij. Libros cum ædidifuerint, quos de vniuerso opere moliris, quęso habere mereamur, maxime vt per eorum authoritatem, si qua tibi in tuis displicent, a dignitate tui nominis iam non trepidi sequestremus. Librū etiam de gratia & libero arbitrio non habemus: superest vt eum quia vtilem quęstioni confidimus, mereamur accipere, Nolo autē sanctitas tua sic me arbitretur hæc scribere, quasi de ijs quæ nunc ædidisti, ego dubitem. Sufficiat mihi pœna mea, quod a præsentię tuæ delitijs exulatus, vbi salubribus tuis vberibus nutriebar, non solum absentia tua crucior, verum etiam peruicatia quorundam qui non tantum: manifesta respuunt, sed etiam non intellecta reprehendunt. Cęterum hac suspitione intantum careo, vt potius infirmitatem meam qua tales parum patiēter fero, notabilem putem. Qualiter autem ad hæc consulendum iudices, vt dixi, tuæ sapientię derelinquo. Nam ad me hoc pertinere credidi, pro ea quam Christo vel tibi debeo charitate, vt quæ in quæstionem veniunt non tacerem. Quicquid pro ea gratia quam in te pusilli cum magnis miramur, volueris aut valueris, gratissime accipientis tanquam a nobis charissima & reuerendissima authoritate decretum. Sane quia vrgente perlatore, timui me vel non omnia, vel hæc ipsa minus digne conscius mearum virium posse dirigere, egi cum viro, tum moribus, tum eloquio & studio claro, vt quāta posset collecta suis literis intimaret, quas coniunctas his destinare curaui. Est enim talis qui etiam præter hanc necessitatem dignus tuę sanctitatis notitia iudicetur. Sanctus Leontius diaconus cultor tuus, cum meis parentibus multū te salutat. Me morem mei paternitatem tuam dominus Iesus Ecclesię suæ annis pluribus donare dignetur domine pater. Et infra: Sciat sanctitas tua, fratrem meum cuius maxime causa hinc discessimus, cum matrona sua ex cō sensu perfectam deo continentiam deuouisse. Vnde rogamus sanctitatem tuam, vt orare digneris, quo hoc ipsum in eis dominus confirmare & custodire dignetur.

FINIS.

D. AVRELII
AVGVSTINI HIPONENSIS EPISCOPI, DE PRAEDESTINATIONE sanctorum Liber Primus.

DIXISSE quidem Apostolum scimus in epistola ad Philippenses: Eadem scribere vobis, mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum est. Idem tamen scribēs ad Galatas cum se satis apud eos egisse perspiceret, quod illis per ministerium sermonis sui necessarium esse cernebat: De cętero, inquit, laborē mihi nemo præstet: vel sicut in plerisque codicibus legitur: Nemo mihi molestus sit. Ego autem quanuis me molestę ferre confitear, quod diuinis eloquijs quibus dei gratia prædicatur, quæ omnino nulla est, si secundum merita nostra datur, tam multis manifestisque non creditur: vestrum tamen studium, fraternamque dilectionem filij charissimi Prosper & Hilari, qua eos qui tales sunt, ita non vultis errare, vt post tot libros de ac re atque epistolas meas, adhuc me desideretis hinc scribere: tantum amo, quantum non possum dicere: & tantum me amare quantum debeo, non audeo dicere. Quapropter ecce rescribo vobis, & licet iam non vobiscum, tamen etiam pro vos adhuc ago, quod me satis egisse credebam. Considerans enim literis vestris videre mihi videor eos fratres pro quibus geritis piam curam, ne teneant poeticam sententiam qua dictum est: Spes sibi quisque: & in illud incurrant quod non poetice, sed prophetice dictum est: Maledictus omnis qui spem habet in homine: eo modo esse tractādos, quo tractauit Apostolus quibus ait: Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis deus reuelabit. Adhuc quippe in quæstione caligant de prædestinatione sanctorum. Sed habent vnde si quid aliter in ea sapiūt, hoc quoque illis reuelet deus, si in eo ambulent in quod peruenerunt. Propter quod Apostolus cum dixisset: Si quid aliter sapitis hoc quoque vobis deus reuelabit: veruntamē inquit, in quod peruenimus, in eo ambulemus. Peruenerant autem isti fratres nostri, pro quibus solicita est pia charitas vestra, vt credant cum ecclesia Christi, peccato primi

CAP. I.

Philip. 3.

Gal. 6.

Gratia nulla est si secundū merita datur.

Here. 87.

Philip. 3.

primi hominis obnoxium nasci genus humanū, nec ab isto malo nisi per iustitiam secundi hominis aliquem liberari. Peruenerunt etiam, vt præuenire voluntates hominum dei gratia fateantur, atque vt ad nullum opus bonū vel incipiendum vel perficiendum sibi quenquam sufficere posse consentiant. Retenta ergo ista in quę peruenerūt plurimum eos a Pelagianorum errore discernunt. Proinde si in eis ambulent & orent eum qui dat intellectum, si quid de prędestinatione aliter sapiūt, ipse illis hoc quoque reuelabit: tamen etiam nos impendamus eis dilectionis affectum ministeriumque sermonis, sicut donat ille quem rogamus, vt in his literis ea quę illis essent apta & vtilia diceremus. Vnde enim scimus, ne forte deus noster id per hanc nostram velit efficere seruitutem, qua eis in Christi libera charitate seruimus?

Roma.5. Pctō primi hoīs obnoxium nasci genus humanū, & tātū p iustitiā secūdi hoīs liberatur.

CAP. II.

Fides donū dei cōtra Pelagiānos idē de gra er li. ar. ad Val. c. 6. & 7. & S. in. To. 7. et in. 2. T. ho. op.

PRIVS itaque fidem qua Christiani sumus, donum dei esse debemus ostendere, si tamen diligentius id facere possumus, quam in voluminibus tot tantisque iam fecimus. Sed nunc eis respondendum esse video, qui diuina testimonia quędę hac re adhibuimus, ad hoc dicunt valere, vt nouerimus ex nobis quidem nos habere ipsam fidem, sed incrementum eius ex deo: tanquam fides nō ab ipso donetur nobis, sed ab ipso tamen augeatur in nobis eo merito, quo cœpit a nobis. Non ergo receditur ab ea sententia, quam Pelagius ipse in Episcopali iudicio Palæstino, sicut eadem gesta testantur damnare compulsus est, gratiam dei secundum merita nostra dari: quasi non pertineat ad dei gratiam, quod credere cœpimus, sed illud potius quod propter hoc nobis additur, vt plenius perfectiusque credamus: ac per hoc initium fidei nostrę priores damus deo, ut retribuatur nobis & supplementū eius & si quid aliud fideliter poscimus. Sed contra hæc cur non potius audimus: Quis prior dedit illi & retribuetur ei? quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Et ipsum igitur initium fidei nostrę, ex quo nisi ex ipso est? Neque enim hoc excepto ex ipso sunt cętera, sed ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quis autem dicat eum qui iam cœpit credere, ab illo in quem credidit nihil mereri? Vnde fit, vt iam merenti cętera dicantur addi retributione diuina, ac per hoc gratiam dei secūdum merita nostra dari. Quod obiectum sibi Pelagius ne damnaretur, ipse damnauit. Quisquis igitur hanc damnabilem vult ex omni parte vitare sententiam, veraciter intelligat dictum quod Apostolus ait: Vobis donatum est pro Christo, non solum vt credaris in eum, verum etiam vt patiamini pro eo, Vtrunque enim ostendit dei donum quia vtrunque dixit esse donatum. Nec ait vt plenius & perfectius credatis in eum: sed, vt credatis in eum. Nec

Roma.11.

Philip.1.

ipsum misericordiam consecutum dixit vt fidelior, sed vt fidelis esset: quia sciebat non se initium fidei suę priorem dedisse deo, & retributum sibi ab alio eius augmentum, sed ab eo se factum fidelem, a quo & Apostolus factus est: Nam scripta sunt etiam fidei eius initia, suntque Ecclesiastica celebri lectione notissima. Auersus quippe a fide quam vastabat, eique vehementer aduersus, repente est ad illam gratia potentiore conuersus: conuertente illo, cui hoc ipsum facturo per Prophetam dictum est: Tu conuertens viuificabis nos: vt non solum ex nolente fieret volens credere, verum etiam ex persecutore persecutionem in eius fidei, quam persequebatur, defensione pateretur. Donatum quippe illi erat a Christo, non solum vt crederet in eum, verum etiam vt pateretur pro eo. Et ideo commendans istam gratiam, quę non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: Non quia idonei sumus, inquit, cogitare aliquid, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Attendant hic, verba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cœptum, & ex deo esse fidei supplementum. Quis enim non videat, prius esse cogitare quam credere Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Quanuis enim raptim, quanuis celerrime credendi voluntatem quædam cogitationes antecedent, moxque illa ita sequatur, vt quasi coniunctissime comite tur, necesse est tamen vt omnia quæ creduntur, præueniente cogitatione credantur: quanquam & ipsum credere, nihil aliud est quam cum assensione cogitare. Non enim omnis qui cogitat, credit: cum ideo cogitent plerique, ne credant: sed cogitat omnis qui credit, & credendo cogitat, & cogitando credit. Quod ergo pertinet ad religionem atque pietatem, de qua loquebatur Apostolus: si non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est: profecto non sumus idonei credere aliquid quasi ex nobismetipsis, quod sine cogitatione non possumus, sed sufficientia nostra, qua credere incipimus, ex deo est. Quocirca sicut nemo sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcunque opus bonum, quod iam isti fratres sicut vestra scripta indicant, verum esse consentiunt, vnde in omni opere bono, & incipiendo & perficiendo sufficientia nostra ex deo est: ita nemo sibi sufficit vel ad incipiēdam vel ad perficiendam fidem, sed sufficientia nostra ex deo est: quoniam fides si non cogitetur, nulla est, & non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Cauēdū est fratres dilecti a deo, ne hō se extollat aduersus deū, cū se dicit facere quod promisit deus. Nōne fides

Gr̄anō dar̄ secū dū merita, ꝛ̄ facit merita

2. Cor. 3.

idē in p̄s. psal. 31. in To. 8. & in. 1 Tom. horū opu.

Credere nihil ali ud ē cogitare, idē ad Val. 27. ī To. 7. & in. 2. T. ho. op. & in de doc. chr. li. 3. c. 35. vbi loquit in To. 3. & 1. 1. T. ho. op.

2. Cor. 3.

gentium promissa est Abrahę, & ille dans gloriã deo plenissime credidit: Quoniam qui promisit potens est & facere. Ipse ergo fidem gentium facit, qui potens est facere quod promisit. Porro si operatur deus fidem nostram, mirro modo agens in cordibus nostris vt credamus: nunqd metuendum est, ne totum facere non possit: & ideo homo sibi primas eius vendicat partes, vt nouissimas ab illo accipere mereatur? Videte si aliud agitur isto modo, nisi vt gratia dei secundum merita nostra detur quodlibet modo, ac sic gratia iam non sit gratia. Redditur nanque hoc pacto debita, non donatur gratis: debetur enim credenti, vt a domino ipsa fides augeatur, & sit merces fidei cœptæ, fides auctæ nec attenditur cum hoc dicitur, non secundum gratiam, sed secundum debitum istam mercedem credentibus imputari. Cur autem non totum tribuatur homini, vt qui sibi potuit instituere quod non habebat, ipse quod instituit augeat, omnino non video: nisi quia resisti non potest diuinis manifestissimis testimonijs quibus & fides, vnde pietas exordium sumit, donum dei esse monstratur. Quale est illud, quod vnicuique deus partitus est mensuram fidei. Et illud: Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre & domino Iesu Christo: & cætera talia. Noles ergo his tam claris testimonijs repugnare, & tamen volens a seipso sibi esse quod credidit homo: quasi componat cum deo, vt partem fidei sibi vendicet, atque illi partem relinquat: & quod est elatius, primã tollit ipse, sequẽtem dat illi: & in eo quod dicit esse ambo rum, priorem se facit, posteriorem deum.

Roma.12. Roma.1.

CAP. III.

NON sic pius atque humilis doctor ille sapiebat, Cyprianum beatissimum loquor, qui dixit in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit. Quod vt ostenderet, adhibuit Apostolum testem dicentem: Quid autem habes qđ non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi nõ

1. Cor. 4.

Aut. errorẽ suũ fatet, q̃ credidit fidẽ eẽ ex nobis mus, non esse donum dei, sed a nobis esse in nobis, & p optari ãt ex deo illam nos impetrare dei dona, quibus temperanter, & iuq̃ i errorẽ postea ste, & pie viuamus in hoc seculo. Neque enim fidem pu retractauit, vt tabam dei gratia præueniri, vt per illam nobis daretur hic inferius pa- quod posceremus vtiliter nisi quia credere nõ possemus rẽt, &. 1. retracta si non præcederet præconium veritatis. Vt autem prædi tionũ. c. 23. i T. 1 cato nobis Euangelio consentiremus, nostrum esse pro & in isto. 3. To. prium, & nobis ex nobis esse arbitrabar. Quem meum opuscul. &. 3. de errorem nonnulla opuscula mea satis indicant, ante Epi doct. christiana scopatum meum scripta. In quibus est illud quod comme cap. 33. in Tomo morastis in literis vestris, vbi est expositio quarundam ad petrum ca. 32 q. & in de fide propositionum ex Epistola quæ est ad Romanos. Denique cum mea cuncta opuscula retractarem, eamq; retractionem

stationem stilo prosequerer, cuius operis iam duos absolueram libros, antequam scripta vestra prolixiora sumpsissem, cum ad hunc librum retractandum in primo Volumine peruenissem, sic inde locutus sum. Item disputans, quid, inquam, elegerit deus in nondum nato, cui dixit seruiturum esse maiorem: & quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobauerit: de quibus propter hoc commemoratur, quanuis longe postea prolatum sit propheti cum testimonium; Iacob dilexi Esau autem odio habui: ad hoc perduxi raciocinationem, vt dicerem: Non ergo elegit deus opera cuiusquam in præscientia quæ ipse daturus est: sed fidem elegit in præscientia, vt quem sibi creditiurum esse præsciuit, ipsum elegerit, cui spiritum sanctũ daret, vt bona operando, etiam æternam vitam consequeretur. Nondum diligentius quæsueram, nec adhuc inuenram qualis sit electio gratiæ: de qua idẽ dicit Apostolus: Reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Quę vtique non est gratia, si eam vlla merita præcedunt: ne iam quod datur non secundum gratiam, sed secundum debitum, reddatur potius meritis quam donetur. Proinde qđ continuo dixi: Dicit enim idem Apostolus: Idem deus qui operatur omnia in omnibus: nusquam autem dictum est, deus credit omnia in omnibus: ac deinde subiunxi: Quod enim credimus, nostrum est: quod autem operamur bonum, illius est, qui credentibus dat spiritum sanctum: profecto non dicerem, nisi iam scirem etiam ipsam fidem inter dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrunque ergo nostrum est, propter arbitrium voluntatis, & vtrunque tamen datum est per spiritum fidei: & charitatis. Neque enim sola charitatis, sed sicut scriptum est. Charitas cum fide a deo patre, & domino Iesu Christo. Et quod paulo post dixi: Nostrum est enim credere & velle: illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris: verum est quidem. sed eadem regula, & vtrunque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem: & vtrunque nostrum quia non fit nisi volentibus nobis. Ac per hoc quod etiam postea dixi: Quia neque velle possumus, nisi vocemur: & cũ post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra, & cursus noster, nisi deus & vires currentibus præbeat, & perducat quo vocat. Ac deinde subiunxi: Manifestum est ergo non volentis neque currentis, sed miserentis dei esse quod bene operamur: omnino verissimum est. Sed parum de ipsa vocatione disserui, quæ fit secundum propositum dei. Non enim omnium qui vocantur talis est, sed tantum electorum. Itaque quod paulo post dixi: Sicut enim in his quos elegit deus non opera, sed fides inchoat

in To. 3. & in. 1. Tom. ho. opu.

Rom. 9.

Idẽ i expo. quarũdã propositiõ nũ Pauli ad Ro. i T. 4. & in 3. T ho. op. sed retra ctat. 1. retract.

Mala. 1

ca. 23. in To. 1. & in isto. 3. To. opusculorum.

Roma. 11.

1. Cor. 12.

Ephes. 6.

Roma. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meritum, vt per munus dei operentur: sic in his quos damnat, infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritum, vt per ipsam pœnam etiam male operentur: Verissime dixi. sed fidei meritum etiam ipsum esse donum dei, nec putani quærendum esse nec dixi. Et alio loco: Cuius enim miseretur, inquam, facit eum bene operari: & quem obdurat relinquit eum vt mala operetur. Sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obdurtio præcedenti iniquitati. Quod quidem verum est, sed ad huc quærendum erat, vtrum & meritum fidei misericordiam dei præueniat: id est, vtrum ista misericordia ideo tantum modo fiat in homine, quia fidelis est: an etiam facta fuerit vt fidelis esset. Legimus enim dicente Apostolo: Misericordiam consecutus sum, vt fidelis essem: non ait, quia fidelis eram. Fideli ergo datur quidem, sed data est etiam vt esset fidelis. Rectissime itaque alio loco in eo dem libro dixi: Quoniam si non ex operibus, sed misericordia dei & vocamur vt credamus, & credentibus præstatur vt bene operemur, non est gentibus ista inuidenda misericordia: quanuis minus ibi diligẽter de illa, quę per dei propositum fit vocatione tractauerim.

1. Tim. 1.

Fideli datꝰ fides, sed data est vt esset fidelis.

CAP. IIII.

VIDETIS Certe quid tunc de fide atque operibus sentiebam, quanuis de commendanda dei gratia laborarem: in qua sententia istos fratres nostros esse nũc video: quia non sicut legere libros meos, ita etiam in eis curauerunt proficere mecum. Nam si curassent inuenissent istã quæstionem secundum veritatem diuinarum scripturarũ solutam, in primo libro duorum quos ad beatæ memoriæ Simplicianum scripsi Episcopum Mediolanensis Ecclesiæ, sancti Ambrosij successorem, in ipso exordio Episcopatus mei: nisi forte non eos nouerunt. Quod si ita est facite vt nouerint. De hoc primo duorum illorum librorum in secundo retractationum primum locutus sum, qui sermo meus ita se habet: Librorum, inquam, quos elaborauit Episcopus, primi duo sunt ad Simplicianum Ecclesiæ Mediolanensis antistitem, qui beatissimo successit Ambrosio, de diuersis quæstionibus: quarum duas ex Epistola Pauli ad Romanos in primum librum contuli. Harum prior est de eo quod scriptum est: Quid ergo dicemus, lex peccatum est? Absit, vsque ad illud vbi ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei p Iesum Christum dominum nostrum. In qua illa Apostoli verba: Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum: & cætera quibus carro cõtra spiritum confligere ostenditur, eo modo expositi tanquam homo describatur adhuc sub lege, nondum sub gratia constitutus. Longe enim postea etiam spiritalis hominis, & hoc probabilius, esse posse illa verba cognoui. Posterior in hoc libro quæstio est ab eo loco vbi ait: Nõ

Roma. 7.

Rom. 9.

solum autem, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri: vsque ad illud vbi ait: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. In cuius quæstionis solutione elaboratum est pro libero arbitrio voluntatis humanæ, sed vicit dei gratia. Nec nisi ad illud potuit peruenire, vt liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus: Quis enim te discernit: Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti quid gloriaris, quasi non acceperis? Quod volens etiam martyr Cyprianus ostendere, hoc totum ipso titulo definiuit, dicens in nullo gloriandum, quando nihil nostrum est. Ecce quare dixi superius, hoc Apostolico præcipue testimonio etiam meipsum fuisse conuictum: cum de hac re aliter saperẽ quã mihi deus in hac quæstione soluenda, cum ad Episcopum Simplicianum sicur dixi, scriberem, reuelauit. Hoc igitur Apostoli testimonium, vbi ad reprimendam hominis inflationem dixit: Quid enim habes quod non acccepisti? non sinit quemquam fidelium dicere, habeo fidem quam non accepi: reprimiturq; omnino his Apostolicis verbis tota huius responsionis elatio. Sed ne hoc quidem potest dici: quanuis non habeam perfectam fidem, habeo tamẽ eius initium quo in Christũ primitus credidi: quia & hic respondetur: Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis?

1. Cor. 4.

Cap. 3.

CAP. V.

ILLVD vero quod putant de hac fide ideo non posse dici: Quid enim habes quod non accepisti: quia in eadẽ natura remanet, licet vitiata, quæ prius sana ac perfecta donata sit, nihil ad id quod volunt valere intelligitur, si cur hoc Apostolus dixerit cogitetur: agebat enim, ne qs quam gloriaretur in homine, quoniam dissensiones exortæ fuerant inter Corinthios Christianos, ita vt vnusquisque diceret: Ego quidem sum Pauli: alius autẽ, ego Apollo: alius vero, ego Cephæ: & inde vẽtum est, vt diceret: Stulta mũdi elegit deus, vt cõfundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, vt cõfundat fortia: & ignobilia mũdi & contemptibilia elegit deus: & ea quæ non sunt tanquã sint, vt quæ sunt euacuet, vt nõ glorietur coram deo omnis caro. Hic certe cõtra humanã superbiã satis clara est Apostoli intentio: ne in homine quisquam glorietur, ac P hoc nec in seipso, Denicq; cum dixisset: vt non glorietur coram deo omnis caro: vt ostẽderet in quo debeat homo gloriari, mox addidit: Ex ipso aũt, inqt, vos estis in Christo Iesu, q factus est nobis sapiẽtia a deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio: vt quemadmodum scriptum est: Qui gloriaꝛ, in domino glorietur. inde peruenit ista eius intẽtio, vt postea increpãs dicat: Adhuc n. carnales estis. eũ enim sint inter vos æmulatio & cõtentio, nõne carnales

1. Cor. 1.

Hiere. 9.

1. Cor. 3.

le estis, & secũdum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat: ego quidem sum Pauli: alius autem, ego Apollo: nonne homines estis? Quid ergo est Apollo, quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis: & vnicuique sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Videtis ne nihil agere Apostolum, nisi vt humilietur homo, & exaltetur deus solus? Quandoquidem in eis qui plantantur, & qui rigantur, nec ipsum plantatorem & rigatorem dicit esse aliquid, sed qui incrementum dat deus: quanuis & hoc ipsum quod ille plantat, hic rigat, non ipsis, sed domino tribuat dicens. Vnicuique sicut dominus dedit: ego plantaui, Apollo rigauit. Hinc ergo in eadem intentione persistens, ad hoc venit vt diceret: Itaque nemo glorietur in homine. Iam enim dixerat: Qui gloriatur, in domino glorietur. Post hæc & alia nonnulla quæ his connectuntur, perducitur illuc eadem ipsa eius intentio vt dicat: Hæc autem fratres trãsfiguraui in me, & Apollo propter vos: vt in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, vnus pro altero infletur aduersus alterum. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? In hac Apostoli euidentissima intentione, qua contra humanam superbiam loquitur, ne quisquam in homine, sed in domino glorietur: dona dei naturalia suspicari, siue ipsam totam perfectamque naturam qualis in prima conditione donata est, siue vitiatæ naturæ qualescunque reliquias, nimis quantum existimo absurdum est. Nunquid enim per hæc dona, quæ omnibus communia sunt hominibus, discernuntur homines ab hominibus? Hic autem prius dixit: Quis.n, te discernit? & deinde addidit. Quid autem habes quod non accepisti? Posset quippe dicere homo inflatus aduersus alterum: discernit me fides mea, iustitia mea, vel si quid aliud. Talibus occurrens cogitationibus bonus doctor: Quid autem habes, inquit, quod non accepisti? A quo nisi ab illo qui te discernit ab alio, cui non donauit, quod donauit tibi. Si autem & accepisti ait: quid gloriaris quasi non acceperis? Nunquid quæso agit aliud, nisi vt qui gloriatur in domino glorietur? Nihil autem huic sensui tam contrarium est, quam de suis meritis sic quemquam gloriari, tanquam ipse sibi ea fecerit, non gratia dei: sed gratia quæ bonos discernit a malis, non quæ communis est & bonis & malis. Sit ergo gratia naturæ attributa, qua sumus animantia rationalia, discernimurque a pecoribus; sit etiam gratia naturę attributa, qua in ipsis hominibus a deformibus pulchri, vel ingeniosi discernuntur a tardis, ac si quid eiusmodi est. Sed non

Nihil ẽrit Apostolus nisi vt humiliet homo, & exaltetur deus.

βιαίον

non se ille quem coercebat Apostolus aduersus pecus inflabat, nec aduersus hominem alterum, de aliquo naturali munere quod ineesse posset & pessimo, sed aliquod bonum quod pertineret ad vitam bonam, sibi non deo tribuens inflabatur, quando audire meruerit: Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Vt.n. sit naturæ fidem posse habere, nunquid & habere? Non enim omnium est fides, cum fidem posse habere sit omnium. Non autem ait Apostolus, quid autem potes habere quod non accepisti vt posses habere? sed ait: Quid autem habes quod accepisti? Proinde posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum: habere autem fidem quemadmodum habere charitatem, gratiæ est fidelium. Illa itaque natura in qua nobis data est possibilitas habendi fidem, non discernit ab homine hominem, ipsa vero fides discernit ab infideli fidelem. Ac per hoc vbi dicitur: Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? quisquis audet dicere habeo ex meipso fidem, non ergo accepi: profecto contradicit huic apertissime veritati: non quia credere vel non credere, non est in arbitrio voluntatis humanæ, sed in electis præparatur voluntas a domino. Ideo ad ipsam quoque fidem, quę in voluntate est pertinet. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?

Nõ oẽs hñt fidẽ & si oẽs hre posse nt qa posse habere ẽ hominũ, habere autẽ est gratia dei. 2. The. 3.

Credere vel nõ credere, nõ ẽ in arbitrio volũtatis humanę, sed ī electis p̃paratur volũtas a dño.

MVLTI audiunt verbum veritatis: sed alij credunt, alij contradicunt. Volunt ergo isti credere: nolunt autem illi. Quis hoc ignoret? quis hoc neget? Sed cum alijs præparetur, alijs non præparetur voluntas a domino, discernendum est vtique quid veniat de misericordia eius, quid de iudicio. Quod quærebat Israel, ait Apostolus, hoc nõ est consecutus, electio autem consecuta est: cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est: Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem: Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum in laqueum & venationem & in scandalũ & in retributionem illis: obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Ecce misericordia & iudicium: misericordia in electione quę cõsecuta est iustitiam dei: iudicium vero in cęteros qui excęcati sunt: & tamen illi quia noluerunt, crediderunt: illi quia noluerunt, non crediderunt. Misericordia igitur & iudicium in ipsis voluntatibus facta sunt. Electio quippe ista gratię est, non vtique meritorum. Superius enim dixerat: Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Gratis ergo consecuta est, quod consecuta est electio: non præcesserit eorum aliquid quod priores darent, & retribueret illis: pro nihilo enim

In alijs p̃parat, in alijs nõ præparatur volũtas a domino. Rom. 11. Bſa. 6. Pſal. 68. Rom. 10. Roma. 11.

saluos fecit eos. Cæteris autem qui excæcati sunt, sicut ibi non tacitum est, in retributione factum est. Vniuersę viæ domini misericordia & veritas. Inuestigabiles sunt autem viæ eius. Inuestigabiles igitur sunt, & misericordia qua gratis liberat, & veritas qua iuste iudicat.

CAP. VII.

SED forsitan dicunt, ab operibus fidem distinguit Apostolus: gratiam vero non ex operibus esse dicit: non autem dicit, quod non sit ex fide. Ita vero est: sed ipsam quoque fidem opus dei dicit esse Iesus, & hanc vt operemur iubet: Dixerunt enim ad eum Iudæi: Quid faciemus vt operemur opera dei? Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei vt credatis in eum quem misit ille. Sic ergo distinguit Apostolus ab operibus fidem, quemadmodum in duobus regnis Hebræorum distinguitur Iudas ab Israel, cum & ipse Iudas sit Israel. Ex fide autem ideo dicit iustificari hominem, non ex operibus: quia ipsa prima datur, ex qua impetrentur cætera, quæ propie opera nuncupãtur, in quibus iuste viuitur. Nam dicit etiam ipse: Gratia salui est s facti per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est: id est, & quod dixi per fidem, non ex vobis, sed dei donum est. Et iam fides non ex operibus, inquit, ne forte quis extollatur: solet enim dici, ideo credere meruit, quia vir bonus erat & antequam crederet: Quod de Cornelio dici potest, cuius acceptę sunt eleemosynæ exauditæ orationes antequam credidisset in Christum: nec tamen sine aliqua fide donabat & orabat. Nam & quomodo inuocabat in quem non crediderat? Sed si posset sine fide Christi esse saluus, non ad eum ædificandum mitteretur architectus Apostolus Petrus: quanuis nisi dominus ædificauerit domum inuanum laborauerunt ædificãtes eam. Et dicitur a vobis, fides est a nobis, cætera a domino ad opera iustitiæ pertinentia: quasi ad ædificium nõ pertineat fides, quasi ad ędificium, inquam, non pertineat fundamentum. Quod si in primis & maxime pertinet, in vanum laborat prædicando ædificans fidem, nisi eam dominus miserando intus ædificet. Quicquid igitur & antequam in Christum crederet, & cum crederet, & cum credidisset, bene operatus est Cornelius, totum deo dandum est, ne forte quis extollatur. Proinde ipse vnus magister & dominus cum dixisset quæ supra commemorauí: Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille: ille in eodem ipso sermone suo paulopost, ait: Dixi vobis, quia & vidistis me & non credidistis: Omne quod dat mihi pater, ad me veniet.

Iohn. 6.

Fides ab opibus vt Israel a Iuda distiguit. Nã ex fide opa, vt ex Israel Iudæi.

Ephe. 2.

Act. 10.

Rom. 10.

Psal. 126.

Fides fũdamẽtũ christiãi ędificij.

Opa Cornelij añ fidẽ & post deo tribuẽda sunt.

CAP. VIII.

QVID est, ad me veniet: nisi, vt credet in me? Sed vt fiat, pater dat. Item paulopost: Nolite, inquit, murmurare inuicem: nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum: & ego eũ resuscitabo in nouissimo die.

Iohn. 6.

Est

Est scriptum in Prophetis: Et erũt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre & didicit, venit ad me. Quid est omnis qui audiuit a patre & didicit, venit ad me: nisi, nullus est qui audiat & discat a patre, & non veniat ad me? Si enim omnis qui audiuit a patre & didicit, venit: profecto omnis qui non venit, non audiuit a patre, nec didicit: nam si audisset & didicisset, veniret. Neque enim vllus audiuit ac didicit & non venit: sed omnis, vt ait veritas, qui audiuit a patre & didicit, venit. Valde remota est a sensibus carnis hæc schola, in qua pater auditur, & docet vt veniatur ad filium. Ibi est & ipse filius, quia ipse est verbum eius per quod sic docet, nec agit cum carnis aure, sed cordis. Simul est & ibi spiritus patris & filij: neque enim ipse non docet, aut separatim docet: inseparabilia quippe dicimus esse opera trinitatis. Et ipse est vtiq; spiritus sanctus, de quo Apostolus dicit: Habentes autem eundem spiritum fidei. Sed ideo patri hoc potissimum est attributum, quia de ipso est genitus vnigenitus, & de ipso procedit spiritus sanctus: vnde longum est enucleatius disputare, & de trinitate, quæ deus est, laborem nostrum in quindecim libris ad vos iam existimo peruenisse. Vale, inquam, remota est a sensibus carnis hæc schola, in qua deus auditur & docet. Multos venire videmus ad filium, quia multos credere videmus in Christum, sed vbi & quomodo a patre audierint hoc & didicerint, non videmus. Nimium gratia ista secreta est, gratiam vero esse quis ambigit? Hęc itaque gratia quę occulte humanis cordibus diuina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur. Quando ergo pater intus auditur, & docet vt veniatur ad filium, aufert cor lapideum, & dat cor carneum, sicut Prophęta prædicante promisit. Sic quippe facit filios promissionis & vasa misericordię, quæ præparauit in gloriam. Cur ergo non omnes docet, vt veniant ad Christum, nisi quia omnes quos docet, misericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet: quoniã cuius vult miseretur, & quem vult obdurat: sed misertur, bonum tribuens: obdurat, dignare tribuens. Aut si & ista, ut quidam distinguere maluerunt, uerba sunt eius cui Apostolus ait: Dicis itaque mihi, vt ipse dixisse accipiatur: ergo cuius vult miseretur, & quem vult obdurat, & quæ sequuntur, id est, Quid adhuc conqueritur: nam voluntati eius quis resistit? Nunquid responsum est ab Apostolo: O homo, falsum est quod dixisti? Non. Sed responsum est: O homo, tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem facere massa, & sequentia quæ optime nostis: Et tamen secun-

Hier. 31.

Esa. 54.

Ephe. 2.

Deus aufert cor lapideũ, & dat cor carneum.

Roma. 9.

dum quendam modum, omnes pater docet venire ad suum filium. Non enim frustra scriptum est in Prophetis: Et erunt omnes docibiles dei. Quod testimonium cum præmisisset, tunc subdidit: Omnis qui audiuit a patre & didicit, venit ad me. Sicut ergo integre loquimur cum de aliquo literarum magistro, qui in ciuitate solus est, dicimus: omnes iste hic literas docet: non quia omnes discūt sed quia nemo nisi ab illo discit, quicunque ibi literas discit: ita recte dicimus, omnes deus docet venire ad Christum: non quia omnes veniunt, sed quia nemo aliter venit. Cur autem non omnes doceat, aperuit Apostolus quantum aperiendum iudicauit: quia volens ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, & vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Hinc est quod verbum crucis pereuntibus stultitia est: his autem qui salui fiunt virtus dei est. Hos omnes docet venire ad Christum deus, hos omnes vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Nam & si illos quibus stultitia est verbum crucis, vt ad Christum venirent docere voluisset, proculdubio venirent & ipsi. Non enim fallit aut fallitur quisquam: Omnis qui audiuit a patre & didicit, venit ad me. Absit ergo vt quisquam non veniat, quia patre audiuit & didicit. Quare, inquiunt, non omnes docet? Si dixerimus, quia nolūt discere quos non docet, respondebitur nobis: Et vbi est quod ei dicitur? Domine tu conuertens viuificabis nos: Aut si non facit volentes ex nolentibus deus, quid orat Ecclesia secnndum præceptum domini pro persecutoribus suis? Nam sic etiam voluit intelligi sanctus Cyprianus quod dicimus: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: hoc est, sicut in eis qui iam crediderunt & tanquam cœlum sunt, ita & in eis qui non credunt, & ob hoc adhuc terra sunt. Quid ergo oramus pro nolentibus credere, nisi vt deus in illis operetur & velle? De Iudæis certe Apostolus ait: Fratres, bona voluntas quidē cordis mei, & deprecatio ad deum pro illis fit in salutem, Orat pro non credentibus, quid, nisi vt credant? Non enim aliter consequuntur salutem. Si ergo fides orantium dei præuenit gratiam: nunquid eorum fides pro quibus oratur vt credant, dei præuenit gratiam? Quandoquidem hoc pro eis oratur, vt non credentibus, id est fidem non habentibus, fides ipsa donetur. Cum igitur Euangelium prædicatur, quidam credunt, quidā non credunt: sed qui crediūt predicatore forinsecus sonante, intus a patre audiunt atque discunt: qui autem non credunt, foris audiunt, intus nō audiunt, neque discunt: hoc est, illis datur vt credāt, illis nō datur: quia nemo, inquit, venit ad me nisi pater qui misit

Joan.6.
Idē in d correp. & grā.14.in T. 7.& in 2.T.ho. op.et in ench.c. 102.& a Mag.ſē. dist.46.primiſē tētia.& ifra,c.8.

1.Cor. 1.

1.Tim.2.

Psal.84.
Deus ex nolēti bus uolētes facit ī d bono pſe ueaantię c.3.&13 in T.7.& ī 3.T. ho.opu.& in de grā & li. ar.14.17. 7.& i.2.T.op.

Mat.6.

Ro.10

Qui crediūt,illis dat vt credāt,q̄ vo nō crediūt,il lis nō dat vt credāt,d hoc fusius i d grā, & li.ar.

misit me, traxerit eum: quod apertius postea dicitur. Nā post aliquantum cum de carne sua manducanda & bibē do sanguine suo loqueretur, & dicerent etiam quidam discipulorum eius: Durus est hic sermo, quis potest eū audire? Sciens Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Et paulo post: Verba, inquit, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt: sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Et mox Euangelista: Sciebat, inquit, ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ergo trahi a patre ad Christum, & audite ac discere a patre, vt veniat ad Christum, nihil aliud est, quam donum accipere a patre, quo credat in Christum. Neque enim audientes Euangelium a non audientibus sed credentes a non credentibus discernebat qui dicebat Nemo venit ad me nisi fuerit ei datum a patre meo.

c.4.in To.7. & in.2.To. ho.op. & in de bono p seuerātię.c.15.in To.7.& ī isto. 3.To, opuscul.

CAP. IX.

Fides īchoata & perfecta est donum dei.

FIDES Igitur & inchoata & perfecta, donum dei est: & hoc donū q̄busdā dari, q̄busdā nō dari oīno nō dubitet q̄ non vult manifestissimis sacris literis repugnare. Cur aūt nō omnibus detur, fidelem mouere non dubitet qui credit ex vno omnes isse in condemnationem, sine dubitatione iustissimam: ita & nulla dei esset iusta reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur. Vnde constat magnam esse gratiam, quod plurimi liberantur, & quid sibi deberetur, in eis qui non liberantur agnoscunt: vt qui gloriantur non in suis meritis, quæ paria vident esse damnatis, sed in domino glorientur. Cur autem istum potius quam illum liberet, inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles Viæ eius. Melius enim & hic audimus aut dicimus: O hō, tu quis es qui respondeas deo: quā dicere audeamus quasi nouerimus quod occultum esse voluit: qui tamen aliquid iniustum velle non potuit. Illud autem q̄d in opusculo meo quodam contra Porphyrium sub titulo: De tempore christianę religionis, me dixisse recolitis ita dixi, vt hanc diligentiorem & operosiorem disputationem de gratia præterirem, non sane omissa significatione quod eam loco illo explicare noluissem, quæ posset alias vel ab alijs explicari. Nam ita locutus sum inter cætera respondens propositæ quæstioni: cur Christus post tam longa tempora venerit. Proinde, inquam, cum Christo non obijciant quod eius doctrinam non omnes sequuntur: sentiunt enim & ipsi, nescio quamquam hoc recte obijci posse, vel sapientię philosophorum, vel etiam numini deorum suorum: quid respondebunt si exceptatilla altitudine sapientiæ & scientię dei, vbi fortasis aliud diuinum consilium longe secretius latet, sine prejudicio etiam aliarū

Hiere.9.

1.Co.1.
Roma.11.
Roma.9.

forte

Cqare Christus forte causarum, quæ a prudentibus inuestigari queunt
post tot tempora hoc solum eis breuitatis gratia, in huius quæstionis di-
uidem in carne sputatione dicamus: tunc voluisse hominibus apparere
apparuerit, Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quan-
do sciebat & vbi sciebat esse, qui in eum fuerant creditu
ri. His enim temporibus & his locis quibus Euangelium
eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatio
ne futuros esse præsciebat: quales non quidem omnes, sed
tamen multi in eius corporali præsentia fuerunt, q̃ in eũ
nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. Quales
etiam nunc multos videmus, cum tanta manifestatione
de illo compleantur prœconia Prophetarum, nolle adhuc
credere, & malle humana astutia resistere, quam tam cla-
ræ atque perspicuæ tamque sublimi & sublimiter diffa-
matæ, diuinæ credere authoritati. Quandiu paruus & in-
firmus est intellectus hominis, diuinæ accedere veritati
non poterit. Quid ergo mirum, si tam infidelibus plenũ
orbem terrarum Christus prioribus seculis nouerat, vt
eis apparere vel prædicari merito nollet, quos nec ver-
bis, nec miraculis suis credituros esse præsciebat? Nec
enim incredibile est tales tunc fuisse omnes quales ab
eius aduentu vsque ad hoc tempus tam multos fuisse
atque esse miramur: & tamen ab initio generis humani
alias occultius, alias euidentius, sicut congruere tempori
bus diuinitus visum est, nec prophetari destitit, nec qui
in eum crederent defuerunt: & ab Adam vsque ad Moy
sen, & in ipso populo Israel, quæ speciali quodam myste
rio gens prophetica fuit: & in alijs gentibus antequam
venisset in carne. Cum enim nonnulli commemoren-
tur in sanctis Hebraicis libris, iam ex tempore Abrahæ
nec de stirpe carnis eius, nec ex populo Israel, nec aduen
titia societate in populo Israel, qui tamen huius sacramẽ
ti participes fuerunt: cur non credamus etiam in cæteris
hac atque illac gentibus alios fuisse, quanuis eos comme
moratos in eisdem authoritatibus non legamus? Ita sa-
lus religionis huius per quam solam veram, salus vera
veraciterque promittitur nulli vnquam defuit, qui di-
gnus fuit, & cui defuit dignus non fuit. Et ab exordio ꝓ
pagationis humanæ vsque in finem, quibusdam ad præ-
mium, quibusdam ad iudicium prædicatur: ac per hoc &
quibus omnino annunciata non est, non credituri præ-
sciebantur: & quibus non credituris tamen annunciata
est, in illorum exemplum demonstrantur. Quibus autẽ
credituris annunciatur, in regno cœlorum & sanctorum
angelorum societati præparantur. Cernitis ne me sine prę
iudicio latentis consilij dei aliarumque causarum, hoc de
præscientia Christi dicere voluisse, quod conuincendę
Paganorum infidelitati qui hanc obiecerant quæstionẽ
sufficere

sufficere videretur? Quid enim est verius quam præscisse
Christum, qui & q̃n & quibus locis in eum fuerant cre- In Epi. Hilarij.
dituri? Sed vtrum prædicato sibi Christo a seipsis habi-
turi essent fidem, an deo donante sumpturi: id est, vtrum
tantummodo eos præscierit, an etiã prædestinauerit deus
quærere ac differere tunc necessarium non putaui. Proin
de quod dixi, tunc voluisse hominibus apparere Christũ
& apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat
& vbi sciebat esse qui in eum fuerant credituri: posset
etiam sic dici, tunc voluisse hominibus apparere Christũ
& apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat
& vbi sciebat esse, qui electi fuerant in ipso, ante mundi
constitutionẽ. Sed q̃n si ita diceretur, lectorem faceret in
tentum ad ea requirenda, quę nunc ex admonitione Pe
lagiani erroris necesse est copiosius & laboriosius dispu
tari: visum mihi est quod tunc satis erat, breuiter esse di-
cendum, excepta vt dixi altitudine sapiẽtię & sciẽtię dei
& sine præiudicio aliarum causarum, de quibus nõ tunc
sed alias opportunius disputandum putaui.

CAP. X.

ITEM quod dixi salutem religionis huius nulli vn- Quid iter sit iter
quam defuisse qui dignus fuit, & dignum non fuisse cui prędestinationẽ
defuit: si discutiatur & quæratur, vnde quisque sit dignus & gratiam.
non desunt qui dicant, voluntate humana: nos autem di Ephe. 2.
cimus, gratia vel prædestinatione diuina. Inter gratiam Prędestinatio est
porro & prædestinationem hoc tantũ interest, quod præ gr̃ę p̃paratio, nã
destinatio est gratię præparatio: gratia vero iã ipsa dona- dus gratuita sua
tio. Quod itaq; ait Apostolus: Nõ ex operibus ne forte bonitate vt re-
q̃s extollat: ipsius. n. sumus figmẽtũ, creati in Christo Ie- gno suo digni si-
su in operibus bonis: gr̃a est. Quod aũt sequit: Quę præ- mus nos ab eter
parauit deus, vt in illis ambulemus, p̃destinatio est, q̃si sine no, sua ele
prœscięntia nõ p̃t esse: p̃t aũt esse sine prędestinatiõe prę- Ro. 2 ctione ad
scięntia. Prędestinatiõe q̃ppe deus ea prœsciuit, quę fuerat nocationẽ, iusti-
ipse facturus. Vnde dictũ est: Fecit, q̃ futura sunt. Præsci- ficationẽ, & glo
re aũt potẽs est etiã quę ipse nõ facit, sicut quæcunq; pec riã prœparauit in
cata: q̃a & si sunt quędã q̃ ita peccata sunt, vt pœnę etiã de fide ad petrũ
sint peccatorũ, vnde dictũ est, Tradidit illos deus in re- c. 3. et. 35. in. T. 3
probam mentẽ, vt faciãt quę non cõueniũt: nõ ibi pcm & 1. 1. T. ho. op.
dei est, sed iudicii. Quocirca prędestinatio dei quę in bo Gen. 17.
no est, gr̃ę est, vt dixi, p̃paratio: gr̃a vero est ipsius præde Roma. 4.
stinationis effectus. Quando ergo promisit deus Abra- Deus promisit
hæ in semine eius fidem gentium, dicens: Patrem mul- q̃ ipse facturus
tarum gentium posui te: Vnde dicit Apostolus: Ideo est ei ipse facit ut
ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio om- faciamus idẽ su-
ni semini, non de nostræ voluntatis potestate, sed de pra. c. 3. &. 8. &
ni semini, non de nostræ voluntatis potestate, sed de
sua prędestinatione promisit. Promisit enim quod ip-
se facturus fuerat, nõ quod homines: quia etsi faciunt ho
mines bona quæ pertinent ad colendum deum, ipse fa-
cit vt illi faciant quæ præcepit: nõ illi faciũt, vt ipse faciat
quod

Bono p̄ceuerã quod promisit: alioquin vt dei promissa compleantur, nõ tig. 13. in T. 7. & in dei, sed in hominum est potestate, & quod a domino in isto. 3. T. in de promissum est, ab ipsis redditur Abrahæ. Non autem sic corr. & grã. 12. i credidit Abrahã, sed credidit dans gloriã deo, qm̃ q̃ pro To. 7. & i. 2. T. misit potẽs est & facere nõ ait, prędicere nõ ait præscire horum opuscul. nam & aliena facta potest prædicere atque præscire: sed ait, potens est & facere: ac per hoc facta non aliena, sed sua. An forte opera bona gentium deus promisit Abrahę in semine ipsius, vt hoc promitteret quod ipse facit? Non autem promisit fidem gentium, quam sibi homines faciunt, sed vt promitteret quod ipse facit, illam præsciit homines esse facturos. Non quidem loquitur sic Apostolus: Filios quippe promisit deus Abrahæ, qui fidei eius vestigia sectarentur: quod apertissime dicit. Sed si opera gentium promisit, non fidem, profecto quoniam nõ sunt bona opera nisi ex fide. Iustus enim ex fide viuit: & omne quod non est ex fide, peccatum est: & sine fide impossibile est placere deo: nihilominus vt impleatur quod promisit deus, in hominum est potestate. Nisi enim homo faciat quod deo non donante ad hominem pertinet, non faciet ipse quod donet, hoc est nisi habeat homo fidem ex seipso, non implet deus quod promisit, vt opera iustitiæ dentur ex deo. Ac per hoc vt promissa sua deus possit implere, non est in dei, sed in hominis potestate. Quod si veritas & pietas nos credere vetat: credamus cum Abraham, quoniam quæ promisit, potẽs est & facere. Promisit autem filios Abrahę, quod esse non possunt, si non habeant fidem. Ergo ipse donat & fidem.

Habac. 2. Rom. 14. Hebr. 11.

Rom. 4.

CAP. XI.

SANE cum Apostolus dicat, Ideo ex fide, vt secundum gratiã firma sit promissio: miror homines, infirmiti suę se malle committere, quam firmitati promissionis dei. Sed incerta est mihi, inquit, de meipso voluntas dei. Quid ergo? Tua ne tibi voluntas de te ipso certa est, nec times? Qui videtur stare, videat ne cadat. Cũ igitur vtraque incerta sit, cur non homo firmiori quam infirmiori fidem suam, spem charitatemque committit? Sed cum dicitur, inquiunt, Si crediderit saluus eris: vnum horum exigitur, alterum offertur. Quod exigitur in hominis, quod offertur in dei est potestate. Cur non vtrunque in dei est, & quod iubet, & quod offertur? Rogatur enim vt det quod iubet, rogant credentes, vt sibi augeatur fides: rogant credentes, vt sibi augeatur fides: rogant pro non credentibus, vt eis donetur fides, vt & in suis incrementis, & in suis initijs dei donum sit fides. Sic autem dicitur: Si crediderit, saluus eris: quemadmodũ dicitur Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Nã & hic ex his duobus vnum exigitur, alterum offertur. Si spiritu, inquit, facta carnis mortificaueritis, viuetis. Vt ergo spiritu

1. Cor. 10.

Rom. 8.

spiritu facta carnis mortificemus, exigitur: vt autem viuamus offertur. Non igitur placet, vt facta carnis mortificare non donum dei esse dicamus, neque id donum dei esse fateamur: quoniam exigi audinimus a nobis præmio vitę si hoc fecerimus oblato? Absit vt hoc placeat participibus & defensoribus gratię. Pelagianorum est error iste damnabilis: quorum mox Apostolus ora obstruxit, adiungens: Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei, ne facta mortificare nos carnis, non per dei sed per nostrum spiritum crederemus. De quo dei spiritu etiam ibi loquebatur vbi ait: Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. Inter quæ omnia sicut scitis, nominauit & fidem. Sicut ergo quanuis donum dei sit, facta carnis mortificare, exigitur tamen a nobis proposito præmio vitę: ita donum dei est & fides, quanuis & ipsa cum dicitur: Si crediderit saluus eris: ppposito premio salutis exigatur a nobis. Ideo enim hęc & nobis pręcipiunt, vt dona dei esse monstrantur, vt intelligatur quod & nos ea faciamus, & deus facit vt illa faciamus: sicut per Prophetam Ezechielem apertissime dicit: quid enim apertius quam vbi dicit: Ego faciam vt faciatis? Locum ipsum scripturæ fratres charissimi attendite, & videbitis illa deum promittere, facturum se vt faciant, quæ iubet vt fiant. Non sane ibi tacet etiam merita eorum, sed mala, quibus se ostendit reddere pro malis bona: hoc ipso quod eos facit habere deinceps opera bona, cum ipse facit, vt faciant diuina mandata.

1. Cor. 12.

Quare fides sit dei donũ a bis exigitur.

Ezech. 36.

Deus p̄cipit diuina mãdata & facit vt illa faciamus.

SED omnis hęc ratio qua defendimus gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum, vere esse gratiam, id est, non secundum merita nostra dari, quanuis euidentissime diuinorum eloquiorum testimonijs asseratur: tamẽ apud eos, qui nisi aliquid sibi assignent, quod priores dẽt vt retribuatur eis, ab omni studio pietatis reprimi se putant, laboratur aliquando in ætate maiorum, iam vtentium voluntatis arbitrio: sed vbi venitur ad paruulos, et ad ipsum mediatorem dei & hominum, hominem Christum Iesum, omnis deficit prędecedentium gratiã dei humanorum assertio meritorum: quia nec illi vllis bonis prędecedẽtibus meritis discernũtur a ceteris, vt pertineant ad liberatorem hominum: nec ille vllis humanis præcedentibus meritis, cum & ipse sit homo, liberator factus est hominum. Quis enim audiat quod dicuntur paruuli pro suis futuris meritis in ipsa infantili ætate baptizati exire de hac vita: & ideo alij non baptizati in eadem ætate mori: quia & ipsorum prescita sunt merita futura, sed mala, non eorum vitam bonam vel malam deo remunerante vel damnante? Sed nullum Apostolus quidem limitem fixit,

CAP. XII.

1. Tim.

Christus hõ liberator factus est hominum.

fixit, quem transgredi non debeat hominis, vt mitius loquar, incauta suspitio. Ait enim: Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Gessit, inquit, non adiunxit, vel gesturus fuit. Sed vnde hoc talibus viris in mentem venerit nescio, vt futura quę non sunt futura, puniantur, vt honorentur merita paruulorum. Cur autem dictum est, secundum ea quæ per corpus gessit homines iudicandum, cum gerantur multa solo animo, nō per corpus, nec per vllum corporis membrum, & plerūque tam magna, vt talibus cogitationibus pœna iustissima debeatur: sicuti est, vt aliatraceam, quod dixit insipiēs in corde suo, non est deus? Quid est ergo, secundum ea quæ per corpus gessit: nisi secundum ea quę gessit eo tēpore quo in corpore fuit, Vt per corpus intelligamus corporis tempus? Post corpus autem nemo erit in corpore, nisi resurrectione nouissima, non ad vlla merita comparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis præmia, vel pro malis iuēda supplicia. Hoc autem medio tempore inter depositionem & receptionem corporis, secundum ea quę gesserunt per corporis tempus, siue cruciantur animæ, siue requiescunt. Ad quod tempus corporis pertinet etiam quod Pelagiani negant, sed Christi Ecclesia constetur, originale peccatum: quo siue soluto per dei gratiā siue per dei iudicium non soluto, cum moriuntur infantes: aut merito regenerationis transeunt ex malis ad bona, aut merito originis transeunt ex malis ad mala. Hoc catholica fides nouit, in hoc etiam nonnulli hęretici sine vlla contradictione consentiunt. Iudicari autem quenquā non solum secundum merita quæ habuit quandiu fuit in corpore, sed secundum merita quę fuerat habiturus si diutius fuisset in corpore, vnde opinari potuerint homines, quorum ingenia non esse contemptibilia vestræ indicant literæ, mirans & stupens reperire non possum: nec credere auderem, nisi vobis non credere non auderem: sed spero affuturum deum, vt commoniti cito videant, ea quę dicuntur futura fuisse peccata, si per dei iudicium in non baptizatis possunt iure puniri, etiam per dei gratiam baptizatus posse dimitti. Quicunque enim dicit puniri tantum posse, deo iudicante futura peccata, dimitti autem deo miserante non posse, cogitare debet quantam deo faciat gratieque eius iniuriam; quasi futurum peccatum prœnosci possit, nec possit ignosci. Quod si absurdum est, magis ergo futuris si diu viuerent peccatoribus, cum in parua ętate moriūtur, lauacro quo peccata diluuntur debuit subueniri.

Roma.14.

Phil.13.

CAP. XIII.

QVOD si forsitan dicunt, pœnitentibus peccata dimitti; & ideo istos non baptizari in paruula ætate moriētes, quia præscitis sunt, pœnitentiam si viuerent non acturos: eos autem qui baptizantur, & paruuli de corporibus exeunt, deum præscisse acturos pœnitentiam fuisse si viuerent: Attendant & videant si ita est, non iam in paruulis sine baptismate morientibus peccata originalia vindicari, sed sua cuiusque futura si viueret. Item baptizatis non originalia dilui, sed sua futura si viuerent, quoniam non possent nisi in maiore ætate peccare: sed alios acturos pœnitentiam, alios non acturos fuisse prœuisos: ideoque alios baptizatos, alios sine baptismo exisse de hac vita. Hoc si audirent Pelagiani, non iam laborarent negando originale peccatum, & quærere paruulis extra regnum dei nescio cuius sue felicitatis locum: maxime quā do conuincuntur non eos habere posse vitam ęternam, qui non manducauerunt carnem, nec biberunt sanguinem Christi: & quia in eis qui nullum habent omnino peccatum, falsus est baptismus qui in remissionem traditur peccatorum. Dicerent enim prorsus nullum esse originale peccatum, sed pro suis futuris si viuerent meritis vel baptizari vel non baptizari eos, qui de corpore soluuntur infantes: & pro suis futuris meritis eos vel accipere vel non accipere corpus & sanguinem Christi, sine quo vitam prorsus habere non possunt: & in vera remissione peccatorum baptizari, quanuis nullum ex Adam traherent: quoniam remittuntur eis futura peccata, de quibus illos deus pœnitentiam prescisuit acturos. Ita facillime agerēt atque obtinerēt causam suam qua negāt esse originalep eccatum, & gratiam dei non dari nisi secūdum merita nostra contendunt. Sed quia hominum futura quę non sunt futura, proculdubio nulla sunt merita, & hoc videre facillimum est: ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerūt, & multo magis necisti dicere debuerunt. Dici.n.nō potest q̄ molestę ferā, q̄d viderunt Pelagiani esse falsissimum & absurdissimum, hoc non vidisse istos, qui nobiscum errorem illorum hęreticorum catholica auctoritate condemnant.

Joan.6.

CAP. XIIII.

SCRIPSIT librum de mortalitate Cyprianus, multis ac pene omnibus qui Ecclesiasticas literas amant laudabiliter notū: in quo propterea dicit nō solū nō esse fidelibus inutilem mortē, verū etiā vtilē reperiri, quoniam peccandi periculis hominē subtrahit, & in nō peccandi securitatem constituit. Sed q̄d prodest si etiam futura quę commissa non sunt, peccata puniunt? Ait tamen ille copiosissime atque optime, peccandi pericula nec deesse in ista vita, nec superesse post istam. Vbi & illud testimonium ponit de libro sapientię: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Quod a me quoque positum, fratres istos ita respuisse dixistis, tanquā nō de libro canonico

Sap.4.

Raptus ē ne malitia immutaret

intellectũ eius secundũ pericula huius vitę, & nõ scḋm præscitiã dei est dictum.

nonico adhibitem: quasi & excepta huius libri attestatione res ipsa non clara sit, quam volumus hinc doceri. Quis enim audet negare Christianus, iustum si morte præoccupatus fuerit in refrigerio futurum? Quilibet hoc dixerit, quis homo sanæ fidei resistendum putabit? Item si dixerit, iustum si a sua iustitia recesserit in qua diu vixit, & in ea fuerit impietate defunctus, in qua non dico vnum annum, sed vnum diem duxerit, in pœnas iniquis debitas hinc iturum, nihil sibi præteritam suam iustitiam profuturam: huic perspicuę veritati, quis fidelium contradicit: Porro si quæratur a nobis, vtrũ si tunc esset mortuus quando erat iustus, pœnas esse inuenturus an requiem, nunquid requiem respondere dubitamus? Hæc est tota causa cur dictum est: a quocunque sit dictum: Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Dictum est enim secundum pericula vitę huius, non secundum præscientiam dei: qui hoc præsciuit quod futurum erat, non quod futurum non erat: id est, quod ei mortem immaturã fuerat largiturus, vt tentationum subtraheretur incerto non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset. De hac quippe vita legitur in libro Iob: Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Sed quare alijs concedatur, vt ex huius vitę periculis dum iusti sunt auferantur: alij vero iusti donec a iustitia cadant in eisdem periculis vita productiore teneantur: quis cognouit sensum domini? Et tamen hinc intelligi datur, etiã illis iustis qui bonos piosque mores vsque ad senectutis maturitatem, & diem vitę huius vltimum seruant, non in suis meritis, sed in domino esse gloriandum: quoniam qui vitæ breuitate rapuit iustum ne malitia mutaret intellectum eius, ipse in quantacunque vitæ longitudine custodit iustum, ne malitia mutet intellectum eius. Cur autem hic tenuerit casurum iustum, quem priusquã caderet hinc posset auferre, iustissima omnino, sed inscrutabilia sunt iudicia eius. Quæ cum ita sint, non debuit repudiari sententia libri sapientię: qui meruit in Ecclesia Christi, de gradu lectorum Ecclesię Christi tam lõga annositate recitari, & ab omnibus Christianis, ab Episcopis, vsque ad extremos laicos fideles, pœnitentes, catechumenos, cum veneratione diuinæ authoritatis audiri. Certe enim si de diuinarum scripturarum tractatoribus qui fuerunt ante nos, proferrem defensionem huius sententiæ, quam nunc solito diligentius atque copiosius cõtra nouum Pelagianorum defendere vrgemur errorem hoc est, gratiam dei non secundum merita nostra dari, & gratis dari cui datur: quia neque volentis neque currentis sed miserentis est dei: iusto autem iudicio nõ dari cui nõ datur, quia nõ est iniquitas apud deum: Si huius erg sententiæ

Iob. 7.

Roma 11.

1. Cor. 1.

Roma. 9.

sententiæ defensionem ex diuinorum eloquiorum nos præcedentibus catholicis tractatoribus promerem, profecto hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerent: hoc enim significastis literis vestris. Quid agitur opus est, vt eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad soluendum quæstione versari, quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur? Vnde factum est, vt de gratia dei quid sentirent, breuiter quibusdam scriptorum suorum locis & transeunter attingerent: immorarentur vero in eis, quæ aduersus alios inimicos Ecclesiæ disputabant, & in exhortationibus ad quasque virtutes, quibus deo viuo & vero pro adipiscenda vita æterna & vera felicitate seruitur: frequentationibus aut orationibus simpliciter apparebat dei gratia quid valeret: Non enim poscerentur a deo quæ præcepit fieri, nisi ab illo donaretur vt fierent. Sed qui sententijs tractatorum instrui volunt, oportet vt istum librum Sapientiæ vbi legitur: Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: omnibus tractatoribus anteponant: quoniam sibi eum antepositum fuerunt etiam temporibus proximi Apostolorum egregij tractatores, qui eum testem adhibentes, nihil se adhibere nisi diuinum testimonium crediderunt. Et certe beatissimum Cyprianum disputasse constat vt celerioris mortis beneficium commendaret, a peccatorum periculis eos eripi, qui hanc vitam finiunt in qua peccari potest. In eodẽ libro ait inter cætera: Cur non cum Christo futurus, & de dominj pollicitatione securus, quod ad Christum vocaris, amplecteris, & quod diabolo careas gratularis? Et alio loco: Pueri, inquit, periculum lubricę ætatis euadũt. Itemque alio loco: Quid non, inquit, properamus & currimus, vt patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorũ numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa turba desyderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute solicita. His atque huiusmodi doctor ille sententijs in catholicæ fidei luce clarissima, satis aperteque testatur, vsque ad huius corporis depositionem peccandi pericula tentationesque metuendas, deinceps nulla ratia quenquam esse passurum. Quod & si non testaretur, quando de hac re Christianus qualiscunque dubitaret? Quomodo igitur homini lapso, & in eodem lapsu istam vitam misere finienti, atque ad pœnas eunti talibus debitas: quomodo, inquam, huic non plurimum summeque prodesset, si ex hoc tentationum loco priusquam laberetur, morte raperetur? Ac per hoc si absit nimis in cõfederata contentio, tota quæstio ista finita est de illo, qui raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Nec idea

Nõ opus est vt scrutemur opuscula illorũ q añ cḋ esset hæresis Pelagiana scripserũt, quia illã non nouerunt.

Sap. 4.

Cyprianus lib. de mortalitate.

liber Sapientiæ, qui tanta numerositate annorum legi meruit in Ecclesia Christi, in quo & hoc legitur, pati debet iniuriam: quoniam resistit eis qui pro eis meritis hominum falluntur, vt veniant contra dei manifestissimam gratiam, quæ maxime apparet in paruulis: quorum cum alij baptizati, alij non baptizati vitæ huius terminum sumunt, satis indicant misericordiam & iudicium: misericordiam quidem gratuitam, iudicium debitum: Si enim iudicarentur homines pro meritis suæ vitæ, quæ non haberent morte præueniente, sed habituri essent, si viuerent: nihil prodesset ei, qui raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, nihil prodesset eis qui lapsi moriuntur, si ante morerentur: quod nullus dicere Christianus audebit. Quocirca non debent fratres nostri, qui nobiscum pro catholica fide pernicie Pelagiani erroris impugnant, huic Pelagianæ intantum fauere opinioni, qua opinantur gratiam dei secundum merita nostra dari: vt quod illi audire non possunt, sententiam veram plane, & antiquitus Christianam: Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: destruere moliantur, & id astruere quod non dico crediturum, sed somniaturum neminem putaremus: secundum ea scilicet iudicari quemquam mortuorum, quæ gesturus fuerat si tempore prolixiore vixisset. Ita quippe claret inuictum esse, quod dicimus: Gratiam dei non secundum merita nostra dari, vt huic veritati contra dicentes ingenioſi homines hæc ab omnium auribus & cogitationibus abigenda dicere cogerentur.

Misericordia est gratuita & iudiciũ est debitum.

CAP. XV.

1. Thi. 2. Iesus Xps hõ hoĩum ĩ lumẽ p̃ destinatiõis, ga nõ ex opibus p̃ cedẽtibus ẽ p̃de stinatus, sed ex sola gr̃a dei idẽ & fusius sup Euã gelĩũ Ioan. trac. 105. in To. 9.

EST Etiam præclarissimum lumen prædestinationis & gratiæ, ipse saluator, ipse mediator dei & hominum, homo Christus Iesus: qui vt hoc esset, quibus tandem suis vel operum vel fidei præcedentibus meritis natura humana quæ in illo est, comparauit? Respondeatur quæso, ille homo vt a verbo patri coæterno in vnitatem personæ assumptus, filius dei vnigenitus esset vnde hoc meruerit? Quod eius bonum qualecunque præcesserit? Quid egit ante, quid credidit, quid petiuit, vt ad hanc ineffabilem excellentiam peruenire? Nonne faciente ac suscipiente verbo, ipse homo ex quo esse cœpit, filius dei vnicus esse cœpit? Nonne filium dei vnicum fœmina illa gratia plena concepit? Nonne de spiritu sancto & virgine Maria dei filius vnicus natus est, non carnis cupidine sed singulari dei munere? Nunquid meruendum fuit, ne accedente ætate homo ille libero peccare arbitrio? An ideo in illo non libera voluntas erat, ac non tanto magis erat, quanto magis peccato seruire non poterat? Nempe ista omnia singulariter admiranda, & alia si qua eius propria verissime dici possunt, singulariter in illo accepit humana, hoc est nostra natura, nullis suis

Tãto magis in Christo lib. uolũtas, quanto minus peccato seruire poterat,

præcedentibus meritis. Respondeat hic homo deo si audet, & dicat: Cur non & ego? Et si audierit, O homo, tu quis es qui respondeas deo: nec sic cohibeat, sed augeat impudentiam & dicat: Quomodo audio? Tu quis es o homo? cum sim quod audio, id est, homo quod est & ille de quo ago, cur non sim quod & ille? At enim gratia ille talis ac tantus est. Cur diuersa est gratia, vbi natura cõmunis est? Certe non est acceptio personarum apud deum: Quis non dico Christianus, sed insanus hæc dicat? Appareat itaque nobis in nostro capite ipse fons gratiæ, vnde secundum vniuscuiusque mensuram se per cuncta eius membra diffundit. Ea gratia fit ab initio fidei suæ homo quicunque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus: de ipso spiritu & hic renatus, de quo est ille natus: eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorum: quo spiritu factum est vt nullum haberet ille peccatum. Hæc se deus esse facturum profecto præscivit. Ipsa est igitur prædestinatio sanctorum quæ in sancto sanctorum maxime claruit, quam negare quis potest re-

Rom. 9.

Christianus ex gra fit, qua caput eius Christus factus est.

cte intelligentium eloquia veritatis? Nam & ipsum dominum gloriæ inquantum homo factus est dei filius, prædestinatum esse didicimus: Clamat doctor gentium in capite Epistolarum suarum: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium dei, quod ante promiserat per Propheras suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Prædestinatus est ergo Iesus, vt qui futurus erat secundum carnem filius Dauid, esset tamen in virtute filius dei secundum spiritum sanctificationis, quia natus est de spiritu sancto & virgine Maria. Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis a deo verbo suscepto singularis, vt filius dei & filius hominis simul, & filius hominis propter susceptum hominem, & filius dei propter suscipientem vnigenitum deum Veraciter & proprie diceretur, ne non trinitas, sed quaternitas crederetur. Prædestinata est ista naturæ humanæ tanta & tam celsa & summa subuectio, vt quo attoleretur altius, non haberet: sicut pro nobis ipsa diuinitas quousque se deponeret humilius, nõ habuit, quam suscepit a natura hominis, cum infirmitate carnis vsque ad mortem crucis. Sicut ergo prædestinatus est ille vnus, vt caput nostrum esset ita multi prædestinatus ẽt et nos sumus, vt membra eius essemus. Humana hic merita set caput nr̃m, cõticescant, quę perierunt per Adam: & regnet quæ re-

Rom. 1.

Sicut Christus p̃ destinatus ẽt et nos sumus,

ita nos vt eius gnat dei gratia per Iesum Christum dominũ nostrum, vni mẽbra essemus, cũ dei filium dominum nostrũ. Quisquis in capite nostro ob id cõticescãt prę cedẽtia merita singularis illius generationis inuenerit, humana merita

ipse in nobis membris eius præcedentia merita multiplicatæ regenerationis inquirat. Neq; enim retributa est Christo illa generatio, sed tributa, vt alienus ab omni obligatione peccati, de spiritu & virgine nasceretur. Sic & nobis vt ex aqua & spiritu renasceremur, non retributum est pro aliquo meritis, sed gratis tributum si nos ad lauacrum regenerationis fides duxit, non ideo putare debemus, priores nos dedisse aliquid, vt retribueretur nobis regeneratio salutaris. Ille quippe nos fecit credere in Christum, qui nobis fecit in quem credimus Christum: ille facit in hominibus principium fidei & perfectionē in Iesu, qui fecit hominem principem fidei & perfectorem Iesum: sic enim est appellatus, vt sciti s, in Epistola quę est ad Hebręos.

Christo nō ritributa, sed tributa fuit illa sācta generatio ita grā, nos renascimur do, ille nos facit credere in Christū. q fecit ī quē credimus Xp̄m.

CAP. XVI.

VOCAT Enim deus prędestinatos multos filios suos, vt eos facit membra prædestinati vnici filij sui, non ea vocatione qua vocati sunt qui noluerunt venire ad nuptias: illa quippe vocatione & Iudei vocati sunt, quibus Christus crucifixus scandalum est: gentes, quibus Christus crucifixus stultitia est: sed ea vocatione prædestinatos vocat, quam distinxit Apostolus dicens ipsis vocatis Iudæis & Græcis prædicare se Christum dei virtutem & dei sapientiam. Sic enim ait; Ipsis autem vocatis: vt illos ostenderet non vocatos, sciens esse quandam certam vocationem eorum qui secundum propositum vocati sunt, quos præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filij sui. Quam vocationem significans, ait: Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia maior seruiet minori. Nunquid dixit, non ex operibus, sed ex credentes? Prorsus etiam hoc abstulit homini, vt totū daret deo. Dixit ergo, sed ex vocante, non quacunque vocatione, sed qua vocatione fit credens. Hanc etiam intuebatur, cū diceret: Sine penitentia sunt dona & vocatio dei. Nam & ibi quid agebatur paulisper aduertite. Cum enim dixisset: Nolo enim vos ignorare fratres sacramentum hoc, vt non sitis vobis sapientes: quia cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Mox addidit quod diligenter intelligendum est: Secundum Euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti, propter patres. Quid est secundum Euangelium quidem inimici propter vos: nisi, quod eorum inimicitia qua occiderunt Christum, Euangelio facut videmus sine dubitatione proficit? Et hoc ostendit ex dei dispositione venisse, qui bene vti nouit etiam malis, nō vt ei prosint vasa irę: sed vt ipso illis bene vtēte, prosint

vocatio duplex

1. Cor. 1.

Roma. 9.

Rom. 11.

Esa. 59

int vasis misericordiæ. Quid enim apertius dici potuit, quam id quod dictum est, Secundum Euangelium inimici propter vos? Est ergo in malorum potestate peccare. Vt autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed dei diuidentis tenebras & ordinantis eas, vt hinc etiam quod faciunt contra voluntatem dei, non impleatur nisi voluntas dei. Legimus in actibus Apostolorum, cum dimissi a Iudæis Apostoli venissent ad suos, & indicassent quanta eis sacerdotes & seniores dixissent leuauerunt illi vocem vnanimes omnes ad dominum, & dixerunt: Domine tu es qui fecisti cœlum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, qui per os patris nostri Dauid, sancti pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterūt reges terræ & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim in veritate in ciuitate ista, aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem vnxisti, Herodes & Pilatus & populus Israel, facere quanta manus tua & consilium prædestinauit fieri. Ecce quod dictum est, secundum Euangelium quidem inimici propter vos. Tanta quippe ab inimicis Iudæis manus dei & consilium prædestinauit fieri, quanta necessaria fuerant Euangelio propter nos. Sed quid est quod sequitur: Secundum electionē autem dilecti propter patres? Nunquid illi inimici qui in suis inimicitijs perierunt, & aduersantes Christo de gente ipsa adhuc pereunt, ipsi sunt electi atque dilecti? Absit. Quis hoc vel stultissimus dixerit? Sed vtrunque licet sit inter se contrarium, id est, inimici & dilecti, quanuis non in eosdem homines, tamen in eandem gentem conuenit Iudæorum, & ad idem carnale semen Israel, alijs eorum ad claudicationē, alijs adbenedictionem Israel ipsius pertinentibus. Hunc enim sensum apertius superius explicauit, vbi ait: Quod quærebat Israel hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt, in vtrisque tamē idem ipse Israel. Vbi ergo audimus, Israel non est consecutus, vel cæteri excæcati sunt: ibi intelligendi sunt, inimici propter vos: vbi audiuimus, electio autem cōsecuta est, ibi intelligendi sunt, dilecti propter patres: quibus patribus vtique ista promissa sunt. Abrahæ quippe dicte sunt promissiones & semini eius. Vnde & in ista oliua oleaster inseritur gentium. Iam porro electio quam dicit, quia secundum gratiam, non secundum debitum, debet vtiq; occurrere, quoniam reliquię per electionē gratię factę sunt. Hęc electio consecuta est, cæteris excęcatis. Secundum hanc electionem Israelitæ dilecti propter patres. Non enim vocatione illa vocatisunt, de qua dictū est, Multi vocati: sed illa, qua vocantur electi. Vnde & hic postea-

Est i malorū ptā te peccare sī pec cādo facere hoc vel illud, nō ē in prāte illorū sed dei diuidētis tenebras & ordinantis eas.

Act. 4.

Psal. 2.

Roma. 11.

Alij ad claudicæ tionē alij ỳo ad bñdictionē pti nēt Israel, idē ab Augu. sup psal. 44. in Tom. 8.

Rom. 4.

Mat. 28.

quam dixit: secundum electionem autem dilecti propter patres: continuo subiecit, vnde agimus: sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio dei: id est, sine mutatione stabiliter fixa sunt. Ad hanc vocationem qui pertinent, omnes sunt docibiles dei, nec potest eorum quisquã dicere, credidi vt sic vocarer: præuenit eum quippe misericordia dei, quia sic vocatus est vt crederet. Omnes enim docibiles dei veniunt ad filium, quoniam audierunt & didicerunt a patre per filium, qui euidentissime dicit: Omnis qui audiuit a patre & didicit, venit ad me. Istorum autem nemo perit, quia omne quod dedit ei pater, non perdet ex eo quicquam. Quisquis ergo inde est, omnino non perit: nec erit inde qui pereat. Propter quod dictum est: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, manssissent vtique nobiscum.

Q. nemo ẽ numero p̃dest. pereat, pbat rõnẽ, & authoritatibus Au. ĩ de correp. & gra. 7. & 13. ĩ T. 7. & 12. 1. Io. 2. T. ho. op. Et ĩ solilo q̃s. c. 129. & sup ps. 55. ĩ T. 9.

Elegimur nõ qa credimus, sed vt credamus, Ioan. 15.

CAP. XVII.

INTELLIGAMVS ergo vocationem qua fiunt electi, non qui eliguntur quia crediderunt, sed qui eliguntur vt credant. Hanc enim & dominus ipse satis aperit, vbi dicit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Nam si propterea electi erant, quoniam crediderant, ipsi eum prius vtique elegerant credendo in eum, vt eligi mererentur. Ausert autem hoc omnino, qui dicit: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Et ipsi quidem procul dubio elegerunt eum, quando crediderunt in eum. Vnde non ob aliud dicit: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: nisi quia non elegerunt eum vt eligeret eos, sed vt eligerent eum elegit eos: quia misericordia eius præuenit eos secundum gratiam, non secundum debitum. Elegit ergo eos de mundo cum hic ageret in carne, sed tam electos in seipso, ante mundi constitutionem. Hæc est immobilis veritas prædestinationis & gratiæ. Nam quid est quod ait Apostolus: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem? Quod profecto si propterea dictum est, quia præscijt deus credituros, non quia facturus fuerat ipse credẽtes, contra istam prescientiam loquitur filius, dicens: Nõ vos me elegistis, sed ego vos elegi: cum hoc potius prescierit deus quod ipsi eum fuerãt electuri, vt ab illo mererentur eligi. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea prædestinatione, in qua deus sua futura facta præscijt: electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua deus id quod prædestinauit, impleuit. Quos enim prædestinauit, ipsos & vocauit, illa scilicet vocatione secundum propositum: non ergo alios, sed quos prædestinauit, ipsos & vocauit: nec alios sed quos ita vocauit, ipsos & iustificauit: nec alios, sed quos prædestinauit, vocauit, iustificauit, ipsos & glorificauit, illo vtique fine qui nõ habet finem. Elegit ergo deus

Immobilis veritas p̃destiatiõis & gr̃æ, qũ elegit nos deus vt illũ eligeremus, idẽ ĩfra in. c. 20. & ĩ de gra. & li. ar. ad va. Ie. c. 18. ĩ Tom. 7. & in 2. To. horũ op. Roma. 8. Eph. 1.

deus fideles, sed vt sint, non quia iam erant. Apostolus Iacobus dicit: Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Eligendo ergo facit diuites in fide, sicut hæredes regni. Recte quippe in eis hoc eligere dicitur, quod vt in eis faciat, eos elegit. Rogo quis audiat dominum dicentem: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: & audeat dicere, credere homines vt eligantur, cum potius eligantur vt credant, ne contra sententiam veritatis priores inueniantur elegisse Christum, quibus dicit Christus: Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos? Ioan. 15.

CAP. XVIII.

QVIS audiat Apostolum dicentem: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, in cœlestibus in Christo sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum placitum voluntatis suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet nobis mysterium voluntatis suæ, secundum bonam voluntatem suam, quam proposuit in illo, in dispositione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quę in cœlis sunt & quæ in terris in ipso: in quo etiam sortem consecuti sumus, prædestinati, secundum propositum eius, qui vniuersa operatur secundum consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ. Quis, inquam, hæc audiat diligenter & intelligenter, & audeat de hac quam defendimus, tam clara veritate dubitare? Elegit deus in Christo ante constitutionem mundi membra eius: & quo modo eligeret eos qui nondum erant, nisi prædestinando? Elegit ergo prædestinans nos: nunquid eligeret impios & immundos? Nam si quæstio proponatur, vtrum hos eligat, an potius sanctos & immaculatos, quid horum respondeat qui requiratur, ac non statim ferat pro sanctis immaculatisq; sententiam? Prescibat ergo, ait Pelagianus, q futuri essent sancti & immaculati p liberę voluntatis arbitriũ, & ideo eos ante mũdi cõstitutionẽ in ipsa sua prescientia, qua tales futuros esse prescijt, elegit. Elegit ergo, inquit, antequam essent, prædestinans filios, quos futuros sanctos immaculatosq; prescijt: vtiq; ipse isto errore fuit nõ fecit, nec se facturũ, sed illos futuros esse preuidit: Intueamur ergo verba Apostoli, atq; videamus vtrũ propterea nos elegerit ante mundi cõstitutionem, quia sancti & immaculati futuri eramus, an vt essemus? Benedictus, inquit, deus & pater domini nostri Iesu Christi, q nos bñ-

Pelagiãus dicit qđ ds illos elegit q̃s p liberum volũtatis arbitrium pscijt, tales futuros eẽ & in Aug ĩ ult. c. de p̃dest. dei, & ĩ ex põne quarũdã. p positionũ Paul ad Ro. in To. 4.

& in.2.To.ho. opu.& illū retra ctauit sup.c.3.et i.1.retract.c.23. in To.1.& in.3 To.ho.opus.

dixit in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati. Non ergo quia futuri eramus, sed vt essemus. Nempe certum est, nempe manifestum est: ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipse, prædestinans vt tales per gratiam eius essemus. Ita ergo nos benedixit benedictione spiritali in cœlestibus i Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. Deinde quid adiungat, attendite: Secundum placitum, inquit, voluntatis suæ, ne in tanto beneficio gratiæ dei, placito gloriaremur voluntatis nostræ: In qua gratificauit nos, inquit, in dilecto filio suo: in qua vtique voluntate sua gratificauit nos. Sic dictum est gratificauit a gratia, sicut iustificauit dicitur a iustitia. In quo habemus, inquit, redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet nobis mysterium voluntatis suę, secundum bonam voluntatem suam. In hoc mysterio voluntatis suæ posuit diuitias gratiæ suæ. secundum bonam voluntatem suam, non secundum nostram: quæ bona esse non posset, nisi ipse secundum bonam voluntatem suã vt bona fieret subueniret. Cum autem dixisset: Secũdum bonam voluntatem suam, subiecit, Quam proposuit in Iesu, id est in dilecto filio suo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis sunt & quæ in terris in ipso: in quo etiam & sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur secundum consilium voluntatis suę, vt simus in laudem gloriæ eius. Nimis longum est de singulis disputare. Cernitis autem proculdubio cernitis quanta manifestatione Apostolici eloquij defendatur hæc gratia, contra quam merita extolluntur humana, tanquã homo aliquid prior det, vt retribuatur ei. Elegit ergo nos deus in Christo ante mundi constitutionem, prædestinãs nos in adoptionem filiorum, non quia per nos sancti & immaculati futuri eramus, sed elegit prædestinauitque vt essemus. Fecit autem hoc secundum placitum voluntatis suæ, vt nemo de sua, sed de illius erga se voluntate glorietur: fecit hoc secundum diuitias gratiæ suæ, secundum bonam voluntatem suã, quam proposuit in dilecto filio suo in quo sortem cõsecuti sumus, prædestinati secundum propositum non nostrum, sed eius qui vniuersa operatur, vsque adeo vt ipse in nobis operetur & velle. Operatur autem secundum consilium voluntatis suę, vt simus in laudẽ glorię eius. Hinc est autẽ quod clamamus, vt nemo de gloriet in

homine, ac per hoc ne in seipso: sed qui gloriatur, in domino glorietur, vt simus in laudem gloriæ eius. Ipse qp pe operatur secundum propositũ suum, vt simus in laudem glorię eius, vtique sancti & immaculati, propter qđ nos vocauit prædestinans ante mũdi cõstitutionem. Ex hoc proposito eius est illa electorum propria vocatio, quibus omnia cooperantur in bonum? quia secundum propositum vocati sunt sancti, & sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei. 1.Cor.1. Roma.11.

SED hi nostri de quibus vel pro quibus nunc agimus forsitan dicunt, Pelagianos hoc Apostolico testimonio refutari, vbi dicit ideo nos electos in Christo, & prædestinatos ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Ipsi enim putant, acceptis præceptis iam per nos ipsos fieri liberę voluntatis arbitrio sanctos & immaculatos, i cõspectu eius in charitate: quod futurum deus quoniam præsciuit, inquiũt, ideo nos ante mundi constitutionem elegit & prędestinauit in Christo: cum dicat Apostolus: Non quia futuros tales nos esse præsciuit, sed vt essemus tales per ipsam electionem gratię suæ, qua gratificauit nos in dilecto filio suo: cum ergo nos prædestinauit, opus suum præscisuit, qui nos sanctos & immaculatos facit. Vnde recte hoc testimonio Pelagianus error arguitur. Nos autem dicimus, inquiunt, nostrum deum non præscisse nisi fidem, qua credere incipimus, & ideo nos elegisse ante mundi constitutionem ac prædestinasse, vt iam sancti & immaculati per gratia atque opere eius essemus. Sed audiant & ipsi in hoc testimonio, vbi dicit: Sortem consecuti sumus, prędestinati secundum propositum, qui vniuersa operatur, Ipse ergo vt credere incipiamus operatur, qui vniuersa operatur: vocationem quippe illam de qua dictum est: Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei: & de qua dictum est: Non ex operibus, sed ex vocante: cum esset dicere, sed ex credente: & electionem quã significauit dominus, dicens: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi: nec fides ipsa præcedit. Non enim quia credidimus, sed vt credamus elegit nos, ne priores eum elegisse dicamur, falsumque sit, quod absit: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Nec quia credidimus, sed vt credamus vocamur, atque illa vocatione quę sine pœnitentia est, id prosus agitur & peragitur, vt credamus. Nec omnia replicanda sunt, de hac re tam multa quæ diximus. Deniq; & in huius testimonij consequentibus, deo gratias ait Apostolus pro his qui crediderunt, non vtique quia eis annunciatum est Euangelium, sed quoniam crediderunt. Ait. n. In quo & vos audientes verbũ veritatis Euangeliũ salutis vestrę, in quo credentes signati estis spiritu promissio Rom.11. Ioan.15. Non qa credidimus nos elegit, sed vt credamus, idẽ sup.c.17.& i de grã.et li.ar.c. 18.in To.7. & i 2.To.ho.opus. Ephe.1.

nis

nis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redẽptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius: propter hoc & ego audita fide vestra in Christo Iesu & in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis. Noua erat & recens eorum fides prædicato sibi Euangelio, qua fide audita, gratias deo pro eis agit Apostolus. Si homini gratias ageret pro eo, quod illum vel putaret non præstitisse vel nosset, adulatio vel irrisio verius quam gratiarum actio diceretur: Non erremus, deus non irridetur: donũ enim eius est etiam incipiens fides, ne Apostoli falsa vel falsarum gloriarum gratiarum actio merito iudicetur. Quid illud? Nonne initium fidei apparet Thessalonicensium, de quo tamen idem Apostolus deo gratias agit, dicens: Propterea & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum percepissetis a nobis verbum auditus dei, excepistis non vt verbum hominum, sed sicut est vere verbũ dei, quod operatur in vobis, cui credidistis. Quid est quod hinc deo gratias agit? Nempe vanum est atque inane, si cui gratias agit de hoc, quod ipse non fecit. Sed quia hoc vanum & inane non est, profecto deus cui de hoc opere gratias agit, ipse fecit: Vt cum percepissent ab Apostolo verbum auditus dei, exciperent illud non vt verbum hominum, sed sicut est vere verbũ dei. Deus igitur operatur in cordibus hominum, vocatione illa secundum propositum suum, de qua multum locuti sumus, vt non inaniter audiant Euangelium, sed eo audito conuertantur & credant, excipientes non vt verbum hominum, sed sicut est vere verbum dei.

Gal.6.

Thes.2.

CAP. X X.

Col.4.

ILLVD Etiam initium fidei hominum donum dei esse nos admonet, cum hoc significet Apostolus in Epistola ad Colossenses: Orationi instate, vigilantes in illa in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium verbi sui ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam vinctus sum, vt manifestem illud ita vt oportet me loqui. Quomodo aperitur ostium verbi, nisi cum sensus aperitur audientis vt credat, & intentio fidei facto, ea quæ ad ædificandam salubrem doctrinam prædicantur & disputantur, admittat, ne per infidelitatem corde clauso ea quę dicũtur, improbet ac repellat? Vnde & ad Corinthios ait: Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecosten: ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi. Quid hic aliud potest intelligi, nisi prædicato ibi per eum primitus Euangelio credidisse multos, & multos eiusdẽ fidei aduersarios extitisse, secundum illud domini: Nemo ad me venit, nisi sicut datum fuerit a patre meo: Et, Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, illis autem non est datum? Ostium ergo apertum est in eis quibus datũ est: aduersarij autem

1.Cor.6.

Quomodo deus aperit ostiũ ẏbi, Ioan.6. Luc.8.

rij autem multi ex eis, quibus non est datum. Itemque ad eosdem in secunda Epistola, idem Apostolus: Cum venissem, inquit, in Troadem in Euangelio Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non inueni Titum fratrem meum, sed vale illis faciens, exij in Macedoniam. Quibus vale fecit, nisi eis qui crediderant, in quorum scilicet cordibus Euangelizanti apertum est ostium? Quid autem adiungat attendite, Deo autem, inquit, gratias qui semper triũphare nos facit in Christo, & odorem notitiæ suę per nos manifestat in omni loco: quia Christi bonus odor sumus deo, in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt: quibusdam quidem odor mortis in mortem, quibusdam autem odor vitæ in vitam. Ecce vnde gratias agit miles accerrimus & defensor inuictissimus gratiæ: ecce vnde gratias agit, quia Christi bonus odor sunt Apostoli deo, & in his qui salui fiunt gratia eius, & in his qui pereunt iudicio eius. Sed vt minus succenseatur ab hæc parum intelligentibus, ipse admonet, cum adiungit & dicit: Et ad hæc quis idoneus? Veruntamen redeamus ad ostij apertionem, qua initium fidei audientium significauit Apostolus. Quid est enim, Orãtes simul & ꝓ nobis, vt deus aperiat nobis ostium verbi: nisi apertissima demostratio, etiam ipsum initium fidei esse donum dei? Non enim orãdo peteretur ab eo, nisi ab ipso tribui crederetur. Hoc donum cœlestis gratiæ in illam purpurariam descenderat, cui sicut scriptura dicit in Actibus Apostolorum, deus aperuerat sensum eius & intendebat in ea quæ a Paulo dicebantur: sic enim vocabatur, vt crederet. Agit quippe deus quod vult in cordibus hominum, vel adiuuando, vel iudicando, vt etiam per eos impleatur quod manus eius & consilium prędestinauit fieri. Fruſtra itaq; etiam illud, quod Regnorum & Paralipomenon scriptura testes probauimus, cum deus vult fieri quod non nisi volentibus hominibus oportet fieri, inclinari eorum corda vt hoc velint, eo scilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo & ineffabili operatur & velle, ad causam de qua disserimus, nõ pertinere dixerũt. Quid.n. est aliud nihil dicere, & tamen cõtradicere nisi forte cur eius hoc visum sit rationẽ vobis aliquam reddiderunt, quam vos in literis vestris tacere maluistis? Sed quę illa esse possit ignoro. An forte quia ostendimus hoc deũ egisse in cordibus hominũ, & ad hoc perduxisse quoruum ei placuit Voluntates, vt rex cõstitueret Saul siue Dauid? Ideo hæc exẽpla causæ huic conuenire non putant, quoniam non hoc est tẽporaliter regnare in hoc seculo, qđ est inęternũ regnare cum deo: ac per hoc existimant ad regna terrena facienda deum inclinare iad regnũm vero cœleste obtinendum

2.Cor.2.

Per apertionem ostij intelligẽdũ initium fidei.

Act.16.

Quomõ corda nra inclinat deus vt velimus i Enchi.c.98.in T.3. & i.1.T. ho.op. & in de bono ꝑseuerãtię.c.11.& 20.in To.7.& i 3.To.horũ opu.

tinendum deum non inclinare quorum voluerit voluntates? Sed puto propter regnum cœlorum, non propter regnum terrenum esse dictum: Inclina cor meum in testimonia tua: Vel, A domino gressus hominis diriguntur et viam eius volet: Vel, Paratur voluntas a domino: Vel, Fiat dominus noster nobiscum, sicut erat cum patribus nostris: non derelinquat nos, nec auertat nos a se: inclinet corda nostra ad se, vt eamus in omnibus vijs eius: Vel, Dabo eis cor cognoscēdi me, & aures audiētes: Vel Dabo eis cor aliud, & spiritum nouum dabo eis. Audiāt etiam illud: Spiritum meum dabo in vobis, & faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Audiant: A domino diriguntur gressus viri, mortalis autem quomodo intelliget vias suas? Audiant: Omnis vir videtur sibimetipsi iustus, dirigit autem corda dominus. Audiant: Crediderūt quotquot erāt ordinati in vitam æternam. Audiant hæc & alia quæcunque non dixi, quibus ostenditur deus ad regnum etiam cœlorum, & ad vitam æternam parare & conuertere hominum volūtates. Cogitate autem quale sit, vt credamus ad constituenda regna terrena hominum voluntates operari deum, & ad capessendum regnum cœlorum homines operari voluntates suas. Multa diximus, & fortasse iam dudum potuimus persuadere quę volumus, & adhuc tam bonis ingenijs sic loquimur quasi obtusis, quibus & quod nimium est non est satis.

Pſal.118.

Pſal.36.

2.Reg.8.

Ezech.36.

CAP. XXI.

SED dent veniam, noua enim quæstio ad hoc nos cōpulit: quia cum in prioribus opusculis nostris, satis idoneis testimonijs egissemus donum dei esse etiam fidem, inuentum est quod contradiceretur, & ad hoc valere illa testimonia, vt ostendant dei donum esse incrementum fidei; initium vero fidei quo in Christum primitus creditur, ab homine ipso esse, nec esse donum dei: sed hoc exigere deum, vt cum id præcesserit, cætera tāquam hoc merito consequantur quę dei dona sunt, nec vllum eorū dari gratis, cum in eis dei gratia: quæ non nisi gratuita est, prædicetur. Quod videtis quam sit absurdum, propter quod instituimus quantum potuimus, vt etiam ipsum initium fidei donum dei esse ostenderemus. Quod & si diutius fecimus, quam forsitan vellent hi propter quos fecimus, hinc ab eis reprehendi parati sumus: dum tamen & si multo diutius quam vellent, & si cum fastidio ac tedio intelligentium, fateantur nos fecisse quod fecimus, id est etiam initium fidei, sicut continentiam, patientiam, iustitiam, pietatem, & cætera de quibus cum his nulla contentio est, donum dei esse docuisse. Hic ergo sit huius voluminis terminus, ne offendat vnius nimia longitudo.

Error Pelagianorū est qđ initium fidei ex nobis, incrementū vero ex deo.

Libri primi Finis.

D. AVRELII
AVGVSTINI HIPONENSIS EPISCOPI, DE BONO PERSEVERANTIAE
Liber Secundus.

CAP. I.

AM de perseuerantia diligentius disputandum est. Nam & in priore libro cum ageremus de initio fidei, etiam de hac aliqua diximus. Asserimus ergo donum dei esse perseuerantiam qua vsque in finem perseueratur in Christo: finem autem dico quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est ne cadatur. Itaque vtrum quisque hoc munus acceperit, quandiu hanc vitam ducit, incertum est. Si enim priusquam moriatur cadat non perseuerasse vtique dicitur, & verissime dicitur. Quomodo ergo perseuerantiam qui nō perseuerauerit, accepisse vel habuisse dicendus est? Nam si habeat aliquis continentiam, & ab ea decidat atque incontinens fiat, si iustitiam, similiter si patientiam, si ipsam fidem, recte dicitur habuisse & non habere. Continens. n. fuit vel iustus fuit, vel patiens vel fidelis fuit, quandiu fuit. Cum vero esse desistit, non est quod fuit: qui vero nō perseuerauerit, quomodo perseuerans fuit, cum perseuerando quisque ostendat perseuerantem, quod iste non fecit? Sed ne quisquam reluctetur & dicat, si ex quo fidelis quisque factus est, vixit verbi gratia, decem annos, & eorum medio tempore a fide lapsus est, nonne quinque annos perseuerauit? Non contendo de verbis, si & illa perseuerantia putatur esse dicenda tanquam temporis sui, hanc certe de qua nunc agimus perseuerantiam qua in Christo perseueratur vsque in finem, nullomodo habuisse dicendus est, qui non perseuerauerit, vsque in finem: potiusque hanc habuit vnius anni fidelis, & quantum infra cogitari potest, si donec moreretur fideliter vixit: q̄ multorum annorum, si exiguum temporis ante mortem a fidei stabilitate defecit.

Perſeuerātia qđ & quod eſt donum dei.

CAP. II.

QVO constituto videamus vtrum hæc perseuerantia, de qua dictum est: Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit: donum sit dei. Quod si non sit, quomodo verum est quod Apostolus ait: Vobis donatum est pro Christo, non solū vt credatis in eum, verū etiam vt patiamini pro eo? Horum quippe vnum pertinet ad initiū, alterum

Matt.10.

Phil.1.

alterum ad finem: vtrunque tamen est dei donum, quia vtrunque dictum est esse donatum, sicut & superius iam diximus. Quid enim est initium verius Christiano, quam credere in Christum? Quis finis melior est quam pati pro Christo? Sed quod ad id pertinet vt credatur in Christū, qualiscunque inuenta est contradictio, vt donum dei non initium, sed augmentum fidei diceretur: cui opinioni donante domino satis superque respondimus. Quid autem dici potest, cur perseuerantia vsque in finem non donetur in Christo, cui donatur pati pro Christo: aut vt expressius eloquar, cui donetur mori pro Christo? Nam & Petrus Apostolus donum dei hoc esse demonstrans: Melius est, inquit, benefacientes, si velit voluntas dei, pati quam malefacientes. Cum dicit, si velit voluntas dei: ostendit diuinitus donari, nec omnibus sanctis, vt pro Christo patiantur: neque enim quos non vult deus peruenire ad experientiam gloriamque passionis, non peruenient ad regnum dei, si perseuerauerint in Christo vsque in finem. Sed quis dicat istis non donari perseuerantiam, qui agritudine corporis, vel quocunque casu moriuntur in Christo, cum longe difficilior donetur illis a quibus suscipitur & mors ipsa pro Christo? Multo quippe difficilius perseueratur, vbi hoc agit qui persequitur ne perseueretur, & propterea vsque ad mortem sustinetur, vt perseueretur. Illam proinde difficilius perseuerantiam, istam facilius est habere: sed cui nihil difficile est, facile est vtrancq; donare. Hanc enim promisit deus, dicens: Timorem meū dabo in cor eorum, vt a me non recedant. Quod quid est aliud, quam talis ac tantus erit timor meus quem dabo in cor eorum, vt mihi perseueranter adhæreant? Cur autem perseuerantia ista poscitur a deo, si non datur a deo? An & ista irrisoria petitio est, cum id ab eo petitur quod scitur ipsum non dare, sed ipso non donante esse in hominis potestate: sicut irrisoria est etiam illa actio gratiarū, si ob hoc gratię aguntur deo, quod non donauit ipse nec fecit? Sed quod ibi dixi, hoc & hic dico. Nolite errare, inquit Apostolus, deus non irridetur. O homo non verborum tuorum tantum, verum etiam cogitationū tuarum testis est deus: si aliquid a tanto diuite veraciter ac fideliter poscis, ab illo a quo poscis, te accipere quod poscis. Noli eum labijs honorare, & super eum corde te extollere, credens a te ipso tibi esse, quod ab illo te fingis orare. An ab illo perseuerantia nostra forte nō poscitur? Iam hoc qui dicit, non meis disputationibus refellendus, sed sanctorum orationibus reuocandus est. An vero quisquam eorum est, qui non sibi poscat a deo vt perseueret in eo, cum ipsa oratione quę dominica nuncupatur, quia eandem dominus docuit, quando oratur a sanctis, nihil pene

Hier. 32.

pene aliud quam perseuerantia poscī intelligatur? Legite aliquanto intentius eius expositionem in beati Cypriani martyris libro, quem de hac re condidit, cuius est titulus De dominica oratione: & videte ante quot annos contra ea quæ futura erant Pelagianorum venena, quale sit antidotum præparatum. Nam tria sunt, vt scis, quæ maxime aduersus eos catholica defendit Ecclesia. Quorum est vnum, gratiam dei non secundum merita nostra dari: quoniam dei dona sunt, & dei gratiam etiam conferuntur merita vniuersa iustorum. Alterum est: in quantacunque iustitia sine qualibuscunque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem viuere. Tertium est, obnoxium nasci hominem peccato primi hominis, & vinculo damnationis obstrictum, nisi reatus qui generatione contrahitur, regenerotione soluatur. Horum trium hoc quod loco vltimo posui, solum non tractatur in supradicto glorioſi martyris libro. De duobus vero cæteris tanta illic perspicuitate disseritur, vt supradicti hæretici noui, inimici gratiæ Christi longe ante reperiantur conuicti esse quam nati. In his ergo meritis sanctorum, quę nulla nisi dei dona sunt, etiam perseuerantiam donum dei esse sic loquitur. Dicimus, inquit: Sanctificetur nomen tuum: non quod optemus deo vt sanctificetur orationibus nr̄is, sed qđ petamus ab eo, vt nomē eius sanctificetur in nobis. Cæterum a quo deus sanctificatur, qui ipse Sāctificet nomē sanctificat? Sed quia ipse dixit: sancti estote, quoniam & ego sanctus sum: id petimus & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus, perseueremus. Et paulopost de hac re ipse adhuc disputans & docens nos perseuerantiam petere a domino, quod nullo modo recte & veraciter faceret, nisi eius donum esset: hæc inquit, sanctificatio vt in nobis permaneat oramus, & quia dominus & iudex noster, sanato a se & viuificato comminatur non derelinquere, ne scām Lucā ser. quid ei deterius fiat: hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus & noctibus postulamus, vt Christi sanctificatio & viuificatio quæ de dei gratia sumitur, ipsius protectione seruetur. In sanctificatione igitur perseuerantiam, hoc est, vt in sanctificatiõe perseueremus, ab eo petere iste doctor intelligit, cum sanctificati dicimus: Sanctificetur nomen tuum. Quid est enim petere aliud quod accepimus, nisi vt id quoque nobis præstet, ne habere desinamus? Sicut ergo sanctus, cum deum rogat vt sanctus sit, id vtique rogat vt sanctus esse permaneat: ita vtique & castus, cum rogat vt castus sit: continens, vt continens sit: iustus, vt iustus sit: pius, vt pius sit: & cætera quę cōtra Pelagianos dona dei esse defendimus, hoc sine dubio petunt vt in eis perseuerent

i nobis
Leui. 9
idē i fra
c. 21. & i de cor
rep. & grā. c. 6. i
To. 7. & in isto
To. op. et in de
ÿb. dñi in euāg.
28. in To. 10. &
Athanasius, &
Theophilatus su
p euāg. Mat. in
nomē tuū, hoc ē
facito nos san
ctos noīe tuo.

perseuerarẽt bonis, q̃ se accepisse nouerunt. Quod si accipiunt, profecto & ipsam perseuerantiam magnum dei donum, quo cætera dona eius conseruantur, accipiũt. Quid cum dicimus: Veniat regnum tuũ: num aliud poscimus, nisi vt veniat & nobis, quod esse venturum non dubitamus omnibus sanctis? Ergo & hi qui iã sancti sunt, quid orant, nisi vt in ea sanctitate quæ illis data est, perseuerent? Neque enim aliter eis veniet regnum dei, quod nõ alijs, sed his qui perseuerant vsque in finem, certum est esse venturum.

CAP. III. Matt. 6. Sicut in cœlo, & in terra.

TERTIA petitio est: Fiat voluntas tua in cœlo & in terra: vel quod in plerisque codicibus legitur, magisq; ab orantibus frequẽtatur, sicut in cœlo & in terra. Quod plerique intelligunt, sicut sancti angeli faciunt, & nos faciamus voluntatem tuam. Vult autem ille doctor & martyr cœlum & terram intelligi spiritum & carnem, & hoc nos orare, vt voluntatem dei re vtraque concordante faciamus. Vidit in his verbis & alterum sensum sanissimę fidei congruentem, de quo iam supra locuti sumus: vt scilicet pro infidelibus qui sunt adhuc terra, terrenum tantum hominem prima natiuitate portantes, orare intelligãtur fideles, qui cœlesti homine induti, non immerito cœli nomine nuncupantur. Vbi euidenter ostendit, & initiũ fidei esse donum dei, quando non tantum pro fidelibus vt augeatur in eis vel perseueret fides, verum etiam pro infidelibus vt habere incipiant eam, quam penitus non habebant, & contra quam corda insuper inimica gestabant, sancta orat Ecclesia. Verum nunc non de initio fidei, de quo in superiori libro multa iam diximus: sed de illa quę habenda est vsque in finem perseuerantia disputamus, quam petunt vtique etiam sancti qui faciunt voluntatem dei, dicentes in oratione: Fiat voluntas tua. Cũ enim iam facta sit in eis, cur vt fiat adhuc petunt, nisi vt perseuerent in eo, quod esse cœperunt? Quanuis hic dici possit, non petere sanctos, vt voluntas dei fiat in cœlo, sed vt fiat in terra sicut in cœlo: in terra scilicet, vt imitetur cœlum, id est, vt homo angelum, vel infidelis fidelem ac per hoc id sanctos poscere, vt sit quod nondum est, non vt perseueret quod est. Quantalibet enim homines sanctitate præpolleant, nõdum sunt æquales angelis dei: nondum ergo sicut in cœlo, in eis fit voluntas dei. Quod si ita est, in ea quidem parte qua optamus, vt homines ex infidelibus fiant fideles, non perseuerantia, sed initiũ videtur optari. In ea vero qua optamus, vt homines in facienda voluntate dei æquentur angelis dei, cum hoc orant sancti, perseuerantiam demonstrantur orare: quoniã nemo peruenit ad illam summam quę in regno est, beatitudinem, nisi in ea sanctitate quam sumpsit in terra, perseuerauerit

Matth. 6.

perseuerauerit vsque in finem.

CAP. IIII. Matth. 6. Panẽ nostrum quotidianum.

QVARTA petitio est: Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. Vbi beatus Cyprianus ostendit quomodo & hic intelligatur perseuerantia postulari. Ait quippe inter cætera: Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum absentes & non communicantes a cœlesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur. Hæc verba sancti hominis dei, perseuerantiam prorsus a domino sanctos indicant poscere, quando hac intentione dicunt: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, ne a Christi corpore separentur, sed in ea sanctitate permaneant, qua nullum quo inde separari mereantur, crimen admittant.

CAP. V. Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra.

QVINTO Orationis loco dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: in qua sola petitione non inuenitur posci perseuerãtia. Præterita enim sunt peccata quæ nobis vt dimittantur oramus: perseuerantiam vero quæ in æternum saluos facit, temporis quidem huius vitę, non tamen per acto, sed id quod vsque ad eius finem restat, est necessaria. Operæpreciũ est tamen paulisper intueri, quomodo & in hac petitione iam tunc lingua Cypriani, tanquam telo in ultimæ veritatis longe postea futuri confodiebantur hęretici. Etiam hoc Pelagiani audent dicere, hominem iustum in hac vita nullum habere omnino peccatum: & in talibus hominibus esse iam in præsenti tempore Ecclesiã non habentem maculam neque rugam aut aliquid eiusmodi, quæ vna & sola sponsa sit Christi: tanquam sponsa eius non sit, quæ per vniuersam terram quod ab eo didicit, dicit: Dimitte nobis debita nostra. Sed attendite quo modo istos gloriosissimus Cyprianus interimat. Cum enim locum ipsum dominicæ orationis exponeret, ait inter cætera: Quam necessarie autem, quam prouidenter & salubriter admonemur quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur: Vt dum indulgentia de deo petitur, conscientiæ suæ animus recordetur, ne quis sibi quasi innocens placeat & se extollendo plus pereat instruitur & docetur se peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique & Ioannes in Epistola sua ponens dixit: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est: & cætera quæ hic inferere longum est.

Quod hoĩes sine pecto hic sint dãnatũ ẽ ab ecclesia ĩ cõcil. Ar. cã. 6. et. 7. & ĩ cõci. Aphr. can. 82. & 83. in. 1. T. cõcil. & ĩ de 1. Io. 1. Eccle. dog. c. 22. ĩ To. 3. & in. 1. Tom. horũ opuscu.

CAP. VI. Ne nos iferas ĩ tẽtationẽ, sed libera nos a malo.

IAM Vero cum dicunt sancti: Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo: quid aliud quã vt in sancti tate perseuerent, precantur? Nam profecto concesso sibi isto dei dono, quod esse dei donum, cum ab illo poscirur,

satis aperteque monstratur: isto igitur concesso sibi dono dei, ne inferantur in tentationem, nemo sanctorum est, qui non teneat vsque in finem perseuerantiam sanctitatis: neque enim quisquam in proposito Christianitatis perseuerare desistit, nisi in tentationem primitus inferatur. Si ergo concedatur ei quod erat, vt non inferatur in tentationem, in sanctificatione vtique quam deo donante percepit, deo donante persistit. Sed nolunt, vt scribitis, isti fratres ita hanc perseuerantiam prædicari, vt non vel suppliciter emereri, vel amitti contumaciter possit, vbi quid dicant parum diligenter attendunt: De illa enim perseuerantia loquimur qua perseueratur vsque in finem, quæ si data est, perseueratum est vsque in finem: si autem non est perseueratum vsque in finem, non est data, quod iam & superius satis egimus. Non itaque dicant homines perseuerantiam cuiquam datam vsque in finem, nisi cum ipse venerit finis, & perseuerasse cui data est, repertus fuerit vsque in finem. Dicimus quippe castum quem nouimus castum, siue sit, siue non sit in eadem castitate mansurus: & si quid aliud diuini muneris habeat, quod teneri & amitti potest, dicimus eum habere quandiucunque habet, & si amiserit, dicimus habuisse. Perseuerantiam vero vsque in finem, quoniam non habet quisquam, nisi qui perseuerauerit vsque in finem: multi eam possunt habere, nullus amittere. Neque enim metuendum est, ne forte cum perseuerauerit homo vsque in finem, aliqua in eo mala voluntas oriatur, ne perseueret vsque in finem. Hoc ergo dei donum suppliciter emereri potest, sed cum datum fuerit, amitti contumaciter non potest. Cum enim perseuerauerit quisque vsque in finem, neque hoc donum potest amittere, nec alia quæ poterat ante finem. Quomodo enim potest amitti, per quod fit vt non amittatur etiam quod posset amitti: Sed ne forte dicatur, vsque in finem perseuerantiam non amitti quidem, cum data fuerit, id est, cum perseueratum fuerit vsque in finem: sed tunc amitti quodammodo, quando agit homo per contumaciam, vt ad eam peruenire non possit: sicut dicimus hominem qui non perseuerauerit vsque in finem, amisisse vitam æternam vel regnum dei, non quod iam acceperat & habebat, sed quod acciperet & haberet, si perseuerasset: verborum controuersias auferamus, & nonnulla etiam quæ non habentur, sed haberi sperantur, posse dicamus amitti. Dicat mihi quisquis audet, vtrum deus dare non possit quod a se imperauit? Hoc certe quisquis sapit, non dico delirat, sed insanit. Imperauit autem deus, vt ei sancti eius dicant orantes: Ne inferas nos in tentationem. Quisquis igitur exauditur hoc poscens, non infertur in contumaciæ tentationem, qua possit vel dignus sit perseuerantiam

Si quispiã vsq; in finẽ nõ pseuerat nõ fuit ei datum & contra.

Matth. 6.

seuerantiam sanctitatis amittere. At enim voluntate sua quisque deserit deum, vt merito deseratur a deo. Quis hoc negauerit? Sed ideo petimus, ne inferamur in tentationem, vt hoc non fiat. Et si exauditur, vtique non fit, quia deus non permittit vt fiat. Nihil enim fit nisi quod aut ipse facit, aut fieri ipse permittit. Potens ergo est, & a malo in bonum flectere voluntates, & in lapsum pronas conuertere, ac dirigere in sibi placitum gressum. Cui non frustra dicitur: Deus tu conuertens viuificabis nos. Non frustra dicitur, Ne des ad mouendum pedem meum. Non frustra dicitur, Ne trades me domine a desyderio meo peccatori. Postremo ne multa commemorem, cum nobis plura fortasse occurrant, non frustra dicitur, Ne nos inferas in tentationem. Nam quisquis in tentationem non infertur, profecto nec in tentationem suæ malæ voluntatis infertur. Et qui in tentationem suæ malæ voluntatis non infertur, in nullam prorsus infertur. Vnusquisque enim tentatur vt scriptum est, a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deus autem neminem tentat, tentatione scilicet noxia. Nam est & vtilis, quando non decipimur vel opprimimur, sed probamur, secundum quod dictum est, Proba me domine & tenta me. Illa ergo noxia tentatio est, quam significat Apostolus, dicens: Ne forte tentauerit vos is qui tentat, & inanis sit labor vester. Deus, vt dixi, neminem tentat, hoc est, neminem infert vel inducit in tentationem. Nam tentari & in tentationẽ non inferri non est malum, sed etiam bonum est: hoc est enim probari. Quod itaque dicimus deo, Ne nos inferas in tentationem: quid dicimus, nisi ne nos inferri sinas? Vnde sic orant nonnulli, & legitur in codicibus plurimis, & hoc sic posuit beatus Cyprianus, Ne patiaris nos induci in tentationẽ. In Euangelio tamen græco nusquam inueni, nisi, Ne nos inferas in tentationem. Tutiores igitur viuimus, si totum deo damus. Nõ autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus, quod vidit iste venerabilis martyr. Nam cum eundem locum orationis exponeret, ait post cætera, Quando autẽ rogamus, ne in tentationem veniamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ: dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe arroganterque aliquid assumat, ne quis aut confessionis aut passionis gloriam suam dicat: cum dominus ipse humilitatem docens, dixerit, Vigilate & orate, ne veniatis in tentationem, spiritus quidẽ promptus est, caro autem infirma: vt dum præcedit humilis & submissa confessio, & datur totũ deo quicquid suppliciter cum timore dei petitur, ipsius pietate præstetur.

Psal. 84. Psal. 65. Psal. 139. Psal. 25. 1. The. 3. Tutiores viuimus si totũ deo damus, & nõ illi ex parte, & nobis ex parte committimus. Matth. 26.

SI Ergo alia documẽta non essent, hęc dominica oratio nobis ad causam gratię, q̃ defendimus, sola sufficeret CAP. VII.

quia nihil nobis reliquit, in quo tanquam in nostro gloriemur. Siquidem & vt non discedamus a deo, non ostendit dandum esse nisi a deo, cum poscendum ostendit a deo: Qui enim non infertur in tentationem, non discedit a deo. Non est hoc omnino in viribus liberi arbitrij, quales nunc sunt: fuerat in homine ante quam caderet. Quæ tamen libertas voluntatis in illius primæ conditionis præstantia quantum valuerit, apparuit in angelis, qui diabolo cum suis cadente in veritate steterunt, & ad securitatem perpetuam non cadendi, in qua nunc eos esse certissimi sumus, peruenire meruerunt. Post casum autem hominis, non nisi ad gratiam suam deus voluit pertinere, vt homo accedat ad eum: neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere, vt homo non recedat ab eo. Hanc gratiam posuit in illo, quo sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur: Ac per hoc sicut operatur vt accedamus, sic operatur, ne discedamus. Propter quod ei per Prophetam dictum est, Fiat manus tua super virum dextræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi, & non discedimus a te. Iste certe non est Adam primus, in quo discessimus ab eo: sed Adam nouissimus, super quem fit manus eius, vt non discedamus ab eo. Christus enim totus cum membris suis est propter Ecclesiam, quæ est corpus eius, plenitudo eius. Cum ergo fit super eum manus dei, vt non discedamus a deo, ad nos vtique peruenit opus dei. Hoc est enim manus dei, quoniam opere dei fit vt simus in Christo permanentes cum deo, non sicut in Adam discedentes a deo. In Christo enim sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur. Manus igitur dei est ista, non nostra, ne non discedamus a deo. Manus, inquam, eius est ista, qui dixit, Timorem meum dabo in cor eorum vt a me non recedant. Propter quod & poscia se voluit, ne inferamur in tentationem: quia si non inferamur, nulla ab eo ratione discedimus. Quod poterat nobis etiam non orantibus dari, sed oratione nostra nos voluit admoneri, a quo accipiamus hæc beneficia. A quo enim, nisi ab illo accipimus, a quo iussum est vt petamus? Prorsus in hac re non operosas disputationes expectet Ecclesia, sed attendat quotidianas orationes suas. Orat, vt increduli credant: Deus ergo conuertit eos ad fidem. Orat, vt credentes perseuerent: Deus ergo donat perseuerantiam vsque in finem: hoc deus futurum esse præsciuit. Ipsa est prædestinatio sanctorum, quos elegit in Christo ante constitutionem mundi, vt essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, prædestinans eos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum placitum voluntatis suæ

Ad gratiã dei pertinet qũ hõ accedat ad deũ, & nõ recedat ab eo, nã nõ recedere ab eo nõ ẽ i nr̃o arbi, vti i. 1, hoĩe añquã peccaret idẽ i de corre, et gr̃a. 11. & 12. in To. 7. & in isto 3, To, opuſ,

Hiere, 32.

Sine oratiõe deus potuit nobis donũ pſeuerãtię iferre, ſi3 uoluit vt oremus, ut agnoſcamus a q̃ hæc accipimus beneficia, Ephe, 1.

suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit eos in dilecto filio suo, in quo habent redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in eos in omni sapientia, & prudentia, vt ostenderet eis mysterium voluntatis suæ secundum bonam voluntatem suam, quam proposuit in illa dispositione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo quæ in cœlis sunt, & quæ in terris in ipso, in quo etiam & sortem consecuti sumus prædestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur. Contra istã veritatis tam claram tubam, quis homo sobriæ vigilantisque fidei voces vllas admittat humanas?

CAP. VIII.

SED cur, inquit, gratia dei non secundum merita hominum datur? Respondeo, quoniam deus misericors est. Cur ergo, inquit, non omnibus? Et hic respondeo: Quoniam deus iudex iustus est: Ac per hoc & gratis ab eo datur gratia: & iusto eius in alijs iudicio demõstratur, quid eis quibus datur, conferat gratia. Non itaque simus ingrati, quod secundum placitum voluntatis suę, in laudem gloriæ gratiæ suæ tam multos liberat misericos deus de tam debita perditione, vt si inde neminem liberaret, non esset iniustus. Ex vno quippe omnes in condemnationẽ non iniustam iudicati sunt ire, sed iustam. Qui ergo liberatur, gratiam diligat: qui non liberatur, debitum agnoscat. Si in remittendo debitum bonitas, in exigendo æquitas intelligitur, nusquam esse apud deum iniquitas inuenitur. Sed cur, inquit, non solum in paruulorum, verum etiam in geminorum vna atque eadem causa, tam diuersum iudicium? Nonne similis quæstio est, cur in diuersa causa idem iudicium? Recolamus igitur illos operarios, in vinea qui tota die laborauerunt, & eos qui hora vna, nempe causa diuersa est impensi laboris, & tamen idem iudicium in redditione mercedis. Num quid & hic audierunt murmurantes a patrefamilias, nisi hoc volo? Ira quippe eius erga alios fuit largitas, vt erga alios nulla esset iniquitas. Et isti quidem vtique in bonis sunt; veruntamẽ quãtum ad iustitiam spectat & gratiam, potest & de eo qui liberatur recte dici, volo: potest & de eo qui damnatur: Tolle quod tuum est & vade: huic autem volo quod nõ debetur donare. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Hic ille si dicat, cur non & mihi? merito audiet: O homo tu quis es qui respondeas deo? Quem certe in vno vestrum benignissimum largitorem, in te vero exactorem iustissimum, in nullo tamen cernis iniustum. Cum enim iustus esset, etiam si vtrunque puniret; qui liberatur, habet vnde gratias agat: qui damnatur, non habet quod reprehendat. Sed si iam, inquit, hoc oportebat, vt damnatis

Ephe, 1.

Qui liberat, gratiam diligat.

Roma, 11.

non omnibus, quid omnibus deberetur ostenderet, atque ita gratius suam gratiam in vasis misericordiæ commendaret: cur in eadem causa me potius quam illum puniret, aut illum quam me potius liberabit? Hoc non dico. Si quæris quare, quia fateor me non inuenire quid dicam. Si & hoc quæris quare, quia in hac re sicut iusta est ira eius, sic & magna est misericordia eius, ita inscrutabilia iudicia eius. Adhuc pergat & dicat, cur quibusdam qui eum coluerunt bona fide, perseuerare vsque in finem nō dedit? Cur putas, nisi quia non mentitur qui dicit: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum? Nunquid ergo hominum naturæ duæ sunt? Absit. Si duæ naturæ essent, gratia vlla non esset: nulli enim daretur gratuita liberatio, si naturæ debita redderetur. Hominibus autem videtur, omnes qui boni apparent fideles, perseuerantiam vsque in finem accipere debuisse. Deus autem melius esse iudicauit, miscere quosdam non perseueraturos certo numero sanctorum suorum, vt quibus non expedit in huius vitæ tentatione securitas, non possint esse securi: multos enim a perniciosa elatione reprimit quod ait Apostolus: Quapropter qui videtur stare videat ne cadat. Voluntate autem sua cadit, qui cadit: & voluntate dei stat, qui stat. Potens est enim deus statuere illum: non ergo ipse seipsum, sed deus. Veruntamen bonum est non altum sapere, sed timere. In cogitatione autem sua vel cadit quisque vel stat. Sicut autem Apostolus ait, quod & in libro superiori memorauimus: Nō sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Quem secutus beatus Ambrosius audet & dicit: Non enim in potestate nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes: quod omnis qui humiliter & veraciter pius est, esse verissimum sentit. Hoc autem Ambrosius vt diceret, in eo libro loquebatur quem de fuga seculi scripsit, docens, hoc seculum non corpore, sed corde esse fugiendum, quod nisi auxilio dei fieri non posse disseruit. Ait enim: Frequens nobis de fugiendo seculo isto est sermo, atque vtinam quam facilis sermo, tam cautus & sollicitus affectus: sed quod peius est, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offusio mentem occupat, vt quod studeas euitare, hoc cogites animoque voluas, quod cauere difficile, est homini exuere autem impossibile. Denique voti magis eam esse rem quam effectus, testatur Prophera dicendo: Declina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam: non enim in potestate nostra est cor nostrum & cogitationes nostræ, quæ improuiso offusæ mentem animumque confundunt, atque alio trahunt quam tu proposueris:

Quare deus potius istū, & illū liberat, & istū & illum punit.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 16.

Rom. 11.

2. Cor. 3.

Ambrosius de fuga seculi cap. 1.

Psal. 118.

tis: ad secularia reuocant, mundana inserunt, voluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoque in tempore quo eleuare mentem paramus, insertis inanibus cogitationibus, ad terrena plerunque deijcimur. Non itaque in hominum, sed in dei est potestate, vt habeant homines potestatem filij dei fieri. Ab ipso quippe accipiunt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem, quæ operetur per dilectionem: ad quod bonum sumendum & tenendum, & in eo perseueranter vsque in finem proficiendum, non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est: in cuius est potestate cor nostrum, & cogitationes nostræ. Ex duobus itaque paruulis originali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquatur: & ex duobus ætate iam grandibus impijs, cur iste ita vocetur, vt vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur, vt vocantem sequatur: inscrutabilia sunt iudicia dei. Ex duobus autem pijs, cur huic donetur perseuerantia vsque in finem, illi autem non donetur: inscrutabiliora sunt iudicia dei. Illud tamen fidelibus debet esse certissimum, hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. Nam si fuissent ex nobis, ait vnus prædestinatorum, qui de pectore domini bibebat hoc secretum, mansissent vtique nobiscum. Quid est quæso, non erant ex nobis, nam si fuissent, mansissent vtique nobiscum? Nonne vtrique a deo creati, vtrique ex Adam nati, vtrique de terra facti erant, & ab eo qui dixit: Omnem flatum ego feci: vnius eiusdemque naturæ animas acceperant? Nonne postremo vtrique vocati fuerant, & vocantem secuti, vtrique ex impijs iustificati, & per lauacrum regenerationis vtrique renouati? Sed si hoc auditet ille qui sciebat proculdubio quod dicebat: respondere posset & dicere: vera sunt hæc, secundum hæc omnia ex nobis erant, veruntamen secundum aliam quandam discretionem non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Quæ nam est tandem ista discretio? Patent libri dei, non auertamus aspectum. Clamat scriptura diuina, adhibeamus auditum. Non erant ex eis, quia non erant secundum propositum vocati non erant in Christo electi ante constitutionem mundi: non erant in eo sortem consecuti: non erant prædestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur. Nam si hoc essent, exillis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent. Vt enim non dicam, quam sit possibile deo, auersas & aduersas in fidem suam homines conuertere voluntates, & in eorum cordibus operari, vt nullis aduersitatibus cedant, nec ab ipso aliqua superati tentatione discedant: cum possit & quod ait

1. Ioan. 2.

Esa. 57.

Deus auersas & aduersas hoīum uoluntates cōuertere pōt vt fusius ostēdit Aug. in de grā & lib. ar. ad val. 21. & 22. 2. To. ho. op.

2. Cor. 10. Apostolus facere, vt non eos permittat tentari super id quod possunt.

CAP. IX.

VT ergo id non dicam, certe poterat illos deus præscíens esse lapsuros, antequam id fieret auferre de hac vita. An eo redituri sumus, vt adhuc disputemus, quanta absurditate dicatur iudicare homines mortuos, etiam de his peccatis, quæ præscíuit eos deus perpetraturos fuisse, si viuerent? Quod ita abhorret a sensibus Christianis, aut prorsus humanis, vt id etiam refellere pudeat: Cur enim non dicatur & ipsum Euangelium, cum tanto labore, passionibusque sanctorum frustra esse prædicatum, vel adhuc etiam prædicari, si iudicari poterant homines etiam non audito Euangelio secúdum contumaciam

Luc. 10. vel obedientiam, quam præscíuit deus eos habituros fuisse si audissent? Nec damnarentur Tyrus & Sidon, quanuis remissius, quam illæ ciuitates, in quibus nõ credentibus, a domino Christo admirabilia & signa sunt facta; quoniam si apud illas facta essent, in cinere, & cilicio pœnitentiam egissent: sicut se habent eloquia veritatis, in quibus verbis suis dominus Iesus altius nobis mysteriũ prædestinationis ostendit. Si enim quęratur a nobis, cur apud eos tanta miracula facta sint, qui videntes ea non fuerant credituri: & apud eos facta nõ sint, qui crederent si viderent: quid respondebimus? Nunquid dicturi sumus quod in libro alio dixi, vbi sex quibusdam quæstionibus Paganorum, sine præiudicio tamen aliarum causarũ, quas prudentes possunt inuestigare respondi. Hoc quippe vt scitis, cum Christus quare post tam longa tempora venerit, quæreretur: dixi quod in his temporibus & his locis quibus Euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. Item paulo post in eodem libro, atque in eadem quæstione. Quid mirum, inquam, si tam infidelibus plenum orbem terrarum Christus prioribus seculis nouerat, vt eis prædicari merito nollet, quos nec verbis nec miraculis suis credituros esse præsciebat? Hæc certe de Tyro & Sidone non possumus dicere, & in eis cognoscimus ad eas causas prædestinationis hæc diuina iudicia pertinere, sine quarum causarum latentium præiudicio, tunc ista respondere me dixi. Facile est quippe vt infidelitatem accusemus Iudæorum de libera voluntate venientem, qui factis apud se tam magnis virtutibus credere noluerunt. Quod & dominus increpans arguit & dicit: Væ tibi Corazaim & Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Sed nunquid possumus

Paganis nõ fuit prædicatũ euangelitũ, qa illos christus nõ credituros præscíuit.

Mat. 11.

sumus dicere, etiam Tyrios & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent: cum eis ipse dominus attestetur quod acturi essent magnę humilitatis pœnitentiã, si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum. Et tamen in die iudicij punientur, quanuis minori supplicio quam illę ciuitates, quæ apud se virtutibus factis credere noluerunt. Secutus enim dominus ait: Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij q̃ vobis. Seuerius ergo punientur isti, illi remissius, sed tamen punientur. Porro si etiam secundum facta quæ facturi essent si viuerent, mortui iudicantur, profecto quia fideles futuri erant isti, si eis cum tantis miraculis fuisset Euangelium prædicatum, non sunt vtique puniendi: punientur autem.

Puniendi tirij & sidonij q̃ minus q̃ ille ciuitates, in q̃bus facta fuerunt signa & nõ crediderunt.

CAP. X.

FALSVM Est igitur secundum ea mortuos iudicari, quæ facturi essent si ad viuentes Euangelium peruenirent. Et si hoc falsum, non est cur dicatur de infantibus qui pereunt sine baptismate morientes, hoc in eis eo merito fieri quia præscíuit eos deus si viuerent, prædicatum quę illis fuisset Euangelium, infideliter audituros. Restat igitur vt solo peccato originali teneãtur obstricti, & propter hoc solum eant in damnationẽ: quoniam videmus aliis eandem habentibus causam, non nisi per dei gratuitã gratiã regenerationẽ donari: & eius occulto iusto tñ iudicio, quoniam non est iniquitas apud deum, quosdam etiam post baptismum pessime viuendo perituros, in hac tamen vita quousque pereant detineri: qui non perirent si eis corporis mors lapsum eorum præueniens subueniret: quoniam nullus mortuus iudicatur ex bonis seu maliş, quę fuerat si non mox eretur acturus: alioquin Tyrij et Sidonij, non secundum ea quæ gesserunt pœnas luerent sed potius secundum ea quæ gesturi fuerant, si in eis illæ virtutes Euangelicæ factæ fuissent, per grandem pœnitẽtiam, & per Christi fidem consequerentur salutem. Quidam disputator catholicus non ignobilis hunc Euangelij locum sic exposuit, vt diceret, præscisse dominum Tyrios & Sidonios a fide fuisse postea recessuros, cum factis apud se miraculis credidissent, & misericordia potius non eum illic ista fecisse: quoniam grauiori pœnæ obnoxij fierent si, fidem quam tenuerant, reliquissent, quam si eam nullo tempore tenuissent. In qua sententia docti hominis & admodum acuti, quę sit adhuc merito requirenda, quid me nunc attinet dicere, cum & ipsa nobis ad id quod agimus suffragetur? Si enim miseratione dominus non fecit in istis virtutes, per quas fieri possent fideles, ne grauius punirentur cum postea fierent infideles, quod eos iterum infideles futuros fuisse præscíuit: satis aperteque demonstratur de his peccatis neminem

Matth. 11.

iudica

iudicari mortuorum, quæ præsciuit fuisse facturum, si aliquo modo ei ne illa faciat subuenitur: sicut Tyrijs & Sidonijs, si sententia illa vera est, subuenisse dicitur Christus quos maluit non accedere ad fidem, quam scelere multo grauiore discedere a fide: quod eos si accessisent, præuiderat fuisse facturos. Quanuis si dicatur, cur non factum est vt crederent potius, & hoc eis præstatur, vt antequam fidem relinquerent ex hac vita migrarent: quid responderi possit, ignoro. Quid enim dicit, relicturis fidem beneficium fuisse concessum, ne habere inciperent quod grauiore impietate desererent, satis indicat non iudicari hominem ex eo quod prænoscitur male fuisse facturos, si ei quocunque beneficio vt non faciat, consulatur. Consultum est igitur & illi, qui raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Sed cur non ita consultum fuerit Tyrijs & Sidonijs vt crederent & raperentur, ne malitia mutaret intellectum eorum, forsitan responderet ille, cui placuit isto modo hanc soluere quæstionem. Ego vero quantum ad hoc ago quod attinet, sufficere video, vt secundum istam quoque sententiam, demonstrentur homines non iudicari de his quæ non fecerunt, etiam si facturi fuisse præuisi sunt: Quanquam, vt dixi, hanc opinionem qua puniantur in morientibus vel mortuis vindicari peccata, quæ præsciti sunt facturi esse si viuerent, etiam refellere pudeat, ne videamur, et nos existimasse alicuius esse momenti, quam maluimus disputatione cohibere, quam silentio præterire.

CAP. XI. Roma.9.

PROINDE Sicut Apostolus ait: Non volentis neq; currentis, sed miserentis est dei: qui & paruulis quibus vult, etiam non volentibus neque currentibus subuenit. quos ante constitutionem mundi elegit in Christo, dare rus etiam ei gratiam gratis, hoc est nullis eorum vel fidei vel operũ meritis pcedentibus: & maioribus ẽt his quos præuidit si apud eos facta essent, suis miraculis credituros quibus non vult subuenire, non subuenit, de quibus in sua prædestinatione occulte quidem, sed iuste aliud iudicauit: non enim est iniquitas apud deum, sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: Vniuersæ autem viæ domini misericordia & veritas. Inuestigabilis ergo est misericordia, qua cuius vult miseretur, nullis eius pcedentibus meritis: & inuestigabilis veritas qua quem vult obdurat, eius quidem præcedentibus meritis, sed cum eo cuius miseretur plerunque communibus. Sicut duorum geminorum, quorum vnus assumitur, alius relinquitur, dispar est exitus, merita communia. In quibus tamẽ sic alter magna dei bonitate liberatur, vt alter eius nulla iniquitate dãnetur. Nunquid enim iniquitas est apud deũ? Absit. Sed inuestigabiles sunt viæ ipsius. Itaq;

Xps sua misericordia qb. vult subuenire ẽt no lẽtibus subuenit & iuste qbus nõ vult subueniꝛ, ñ subuenit, idem ī Ench. c. 98. ī T. 3. & in. 1. To. horum opusc.

misericordiam

misericordiam eius in his qui liberantur, & veritatem in his qui puniuntur, sine dubitatione credamus: neque inscrutabilia scrutari, neque inuestigabilia vestigare conemur. Ex ore quippe infantium & lactantium suam perfici laudem: vt quod in his videmus, quorum liberationẽ bona eorum merita nulla pcedunt: & in his quorũ dãnationem vtriusque communia originalia sola præcedũt hoc & in maioribus fieri nequanquam omnino cunctemur, id est, non putantes, vel secundum sua merita gratiã cuiquam dari, vel nisi suis meritis quenquam puniri, siue pares qui liberantur atque puniuntur, siue dispares habeant causas malas: vt qui videtur stare videat ne cadat & q̃ gloriatur, nõ in semetipso, sed in domino glorietur, Cur autem causam paruulorum ad exemplum maiorum, 1. Cor. 1. sicut scribitis, non patiuntur afferri homines, qui contra Pelagianos non dubitabant esse peccatum originale, qđ per vnum hominem intrauit in mundum, & ex Vno om Roma. 5. nes isse in condemnationem? Quod & Manichęi nõ accipiunt; qui non solum oẽs veteris instrumenti scripturas in nulla authoritate nõ habent, verum etiam eas quę ad nouum pertinet testamentum sic accipiunt, vt suo quodã priuilegio, imo sacrilegio quod volunt sumant, quod nolunt reijciant. Contra quos agebam in libris De libero arbitrio, vnde isti nobis præscribendum putãt. Ideo quę stiones operosissimas incidentes enucleate soluere nolui ne nimium longum opus esset, vbi me aduersus tam peruersos testimoniorum diuinorum non adiuuabat authoritas. Et poteram, sicut feci, quodlibet horum verum esse quæ non definite interponebam certa tamen ratione cõcludere in omnibus deum esse laudandum, sine vlla necessitate credendi duas, sicut illi volunt, coæternas boni & mali permixtas esse substantias. Denicp in primo Retractationum libro, quod opus meum nondum legistis, cũ ad eosdẽ libros retractãdos venissem, hoc est, de libero arbitrio, ita locutus sum. In his, inquam, libris ita multa disserta sunt, vt incidentes nõnullæ q̃stiones quas vel enodare non poteram, vel longam sermocinationem in præsenti reqrebãt: ita differrẽtur, vt ex vtraq; parte, vel ex omnibus earundẽ quæstionũ partibus, in quibus nõ apparebat qd potius congrueret veritati, ad hoc tũ ratiocinatio nostra concluderetur, vt quodlibet eorum verũ esset, laudandus crederetur, vel etiam ostẽderetur deus. Propter eos qppe disputatio illa suscepta est, q negãt ex libero voluntatis arbitrio mali originẽ duci: & deũ, si ita est creatorẽ oium naturarũ culpãdũ esse cõtẽdũt eo mõ volentes secundum suæ impietatis errorem, Manichæi 2. sent. distin. 27 n, sunt immutabilem quandam & deo coæternã introducere naturã mali, Item post aliquantũ alio loco. Deinde cap. igitur.

dictum

dictum est, inquam, ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta liberet dei gratia, quia homo sponte, id est, libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere: ad quam miseriam iuste damnationis pertinet ignorantia & difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suæ, nec ab isto malo liberatur quisquam, nisi dei gratia. Quam miseriam nolunt Pelagiani ex iusta damnatione descendere, negantes originale peccatum, Quanuis ignorantia & difficultas, etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset deus, si cuti in eodem libro tertio disputauimus. Quæ disputatio contra Manichæos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas veteris instrumenti, in quibus peccatum originale narratur. Et quicquid inde in literis Apostolicis legitur, detestabili impudentia immissum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum, tanquam non fuerit ab Apostolis dictum. Contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod vtraque scriptura commendat, quam se accipere profitentur. Hæc dixi in primo libro Retractationum, cum retractarem libros De libero arbitrio. Nec sola sane ista ibi a me dicta sunt de his libris, verum & alia multa, quæ huic ad vos operi inserere longum putaui & non necessarium, quod & vos existimo esse iudicaturos, cum omnia legeritis. Quanuis ergo in libro tertio De libero arbitrio ita de paruulis disputauerimus, vt etiam si verum esset quod dicunt Pelagiani, ignorantiam & difficultatem sine quibus nullus homo nascitur primordia, non supplicia esse naturæ: vinceretur tamen Manichæi, qui volunt duas boni scilicet & mali coæternas esse naturas: nunquid ideo fides in dubium vocanda vel deferenda est, quam contra ipsos Pelagianos catholica defendit Ecclesia, quæ asserit originale esse peccatum cuius reatus generatione contractus regeneratione soluendus est? Quod si & isti fatentur nobiscum, vt simul in hac causa Pelagianorum destruamus errorem, cur putant esse dubitandum, quod etiam paruulos deus quibus dat suam gratiam per baptismatis sacramentum, eruat de potestate tenebrarum, & transferat in regnum filij charitatis suæ? In eo ergo quod alijs eam dat, alijs non dat, cur nolunt cantare domino misericordiam & iudicium? Cur autem illis potius quam illis detur, quis cognoscit sensum domini? Quis inscrutabilia scrutari valeat? Quis inuestigabilia vestigare?

3. sent. distin. 15. cap. sed forte.

CAP. XII.

CONFICITVR Itaque gratiam dei non secundum
GRa dei ñ scdm merita accipientium dari, sed secundum placitum volun
merita, sed scdm tatis eius, in laudem & gloriam ipsius gratiæ eius, vt qui
dei uolũtatis pla gloriatur, nullo modo in seipso, sed in domino glorietur:
citũ dar, idẽ i ex qui hominibus dat quibus vult, quoniam misericors est

quod

quod & si non det, iustus est: & non dat quibus nõ vult po. psal. 31. in T. vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. & 1. 1. T. ho. op.
Dando enim quibusdam quod non meretur, profecto gratuitam, & per hoc veram suam gratiam esse voluit. Non omnibus dando, quid omnes mererentur ostẽdit. Bonus in beneficio certorum, iustus in supplicio cæterorum: & bonus in omnibus, quoniam bonũ est cum debitum reddit: & iustus in omnibus, quoniam iustum est cum debitum sine cuiusquam fraude donatur. Defenditur autem sine meritis dei gratia, id est, vera gratia, etiam si paruuli baptizati, sicut Pelagiani sentiunt, non erruuntur de potestate tenebrarum, quia nullo peccato sicut putant, tenẽtur obnoxij, sed tantum in regnum domini transferuntur: etiam sic enim sine vllis bonis meritis datur eis regnum quibus datur, & sine vllis malis meritis non datur eis, quibus non datur. Quod aduersus eosdem Pelagianos dicere solemus, quando nobis obijciũt, quod fato tribuamus dei gratiam, dicendo eam non secundum merita nostra dari. Ipsi enim potius dei gratiam fato in paruulis tribuunt, qui dicunt fatum esse, vbi meritum nõ est. Nulla quippe merita etiam secundum ipsos Pelagianos, possunt in paruulis inueniri, cur alij eorum mittantur in regnum, alij alienentur a regno. Sicut autem nunc vt ostenderem gratiam dei non secundum merita nostra dari, secundum vtrunque sensum hoc defendere malui: & secundum nostrũ scilicet, qui obstrictos originali peccato paruulos dicimus: & secundum Pelagianorum sensum, qui originale negant esse peccatum: nec tamen ideo mihi est ambigendum, habere paruulos quod eis dimittat qui salutem facit populum suum a peccatis eorum: ita & in tertio libro De libero arbitrio secundum vtrunque sensum restiti Manichæis, siue supplicia siue primordia naturæ sintignorantia & difficultas, sine quibus nullus hominũ nascitur, & tamen vnum horum teneo, ibi quoque a me satis euidenter expressum est, quod nõ sit ista natura instituti hominis, sed pœna damnati. Frustra itaque mihi de illius libri mei vetustate præscribitur, ne agam causam sicut debeo agere paruulorum, & inde gratiam dei non secundum merita hominum dari, perspicuę veritatis luce conuincam. Si enim quando libros De libero arbitrio lacus Romæ cœpi, & in Aphrica presbyter explicaui, adhuc de damnatione infantium non renascentium, & de renascentium liberatione dubitarem: nemo, vt opinor, est tã iniustus atq; inuidus, q̃ me ꝓficere ꝓhiberet, atq; in hac dubitatiõe remanẽdũ mihi esse iudicaret. Cum vero rectius possit intelligi, non me propterea de hac re dubitasse credi oportere: quia contra quos mea dirigebatur intentio, sic mihi visum est refellendi, vt siue pœna esset

Pelagiãi dicebãt paulos saluari, vel damnari,

Matth. 1.

Lib. 3. de lib. ar, cap. 23.

3. sent. dist. 15. ca. sed forte,

peccati

Veritas hēt, qd ē pena peccati originalis ī paruulis.

peccati originalis in paruulis, quod veritas habet: sine non esse, quod nonnulli errantes opinantur, nullo modo tamen quam Manichęorum error inducit, duarum naturarum boni scilicet & mali permixtio credereturab sit vt causam paruulorum sic relinquamus, vt esse nobis dicamus incertum, vtrum in Christo regenerati, si moriatur paruuli, transeant in ęternam salutem, an regenerati autem transeant in mortem secundam, quoniam quidem scriptum est: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines transijt. Aliter recte intelligi non potest, nec a morte perpetua, quę iustissime est tributa peccato, liberat quem quam pusillorum atque magnorum, nisi ille qui propter remittenda & originalia & propria nostra peccata mortuus est, sine vllo originali proprioue peccato. Sed quare illos potius quam illos? Iterum atque iterum dicimus, nec nos piget. O homo tu quis es qui respondeas deo? Inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles vię eius. Et hoc adijciamus: altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Videtis ne charissimi quam sit absurdum, & a fidei sanitate atque synceritate veritatis alienum, vt dicamus paruulos mortuos secundum ea iudicari, quę presciti sunt facturi esse si viuerent? In hanc autem sententiam, quam certe omnis sensus humanus quantulacunque ratione subnixus, maximeque Christianus exhorret, ire compulsi sunt, qui sic a Pelagianorum errore alieni esse voluerunt, vt tamen gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum, qua nobis vnusquisque mortuorum secundum ea iudicari, quæ deus illum presciuit acturum fuisse si viueret, intuentes quam manifesta falsitate, & quanta absurditate dicatur, non eis remanet cur dicant, quod in Pelagianis damnauit, & ab ipso Pelagio damnari fecit Ecclesia, gratiam dei secundum merita nostra dari: cum videant alios paruulos non regeneratos ad ęternam mortem, alios autem regeneratos ad ęternam vitam tolli de hac vita. Ipsos quoque regeneratos, alios perseuerantes vsque in finem hinc ire: alios quousque decidant hic teneri: qui vtique non decidissent, si antequam laberentur hinc essent & rursus quosdam lapsos quousque redeant non exire de hac vita, qui vtique perirent si antequam redirent, exirēt. Vnde satis dilucide ostenditur, & inchoandi & vsque in finem perseuerandi gratiam dei non secundum merita nostra dari, sed donari secundum ipsius secretissimam eandemque iustissimam, beneficentissimam, sapientissimam voluntatem: quoniam quos prędestinauit, ipsos & vocauit vocatione illa, de qua dictum est: Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei. ad quam vocationē ptinere nullus

Roma.9.

Roma.9. Rom.11. Eccle.3.

Deus nec fato puulis nō subuenit nec subuenit.

Matth.8.

quod paruuli sine baptismo moriuntur, vt nihil ibi agantsu perna iudicia: tanquam ipsi qui hoc modo male moriuntur, parentes sibi negligentes voluntate propria de quibus nascerentur, elegerint. quid dicam, quod paruulus aliquando antequam illi per ministerium baptizatis succurri possit, expiret? Pierunque enim festinantibus parentibus & paratis ministris, vt baptismus paruulo detur, deo tamen nolente non datur, qui eum paruulum in hac vita non tenuit vt daretur. Qui etiam, quod aliquando paruulis infidelium filijs potuit, ne irēt in perditionem, & filijs fidelium non potuit baptismate subuenire? Vbi certe ostenditur, quod personarum apud deum non sit acceptio: alioquin cultorum suorum potius quam inimicorum filios liberaret.

Des aliqñ subuenit baptismo filijs ifideliū, & ñ subuenit filijs fideliū, huic argumēto ignorāt pelagiani, qd rñdeant ī de gra et li. ar. ad val. ca. 22. & in de corre. & gra. 8. in T. 7. & in. 2. To. ho. op.

CAP. XIII.

IAM vero quoniam de bono perseuerantię nunc agimus, quid est quod morituro non baptizato subuenitur, ne sine baptismate moriatur, & baptizato casuro non subuenitur, vt ante moriatur? Nisi forte illi adhuc absurditati auscultabimus, qua dicitur nihil prodesse cuiquā mori antequam cadat, quia secundum eos actus iudicabitur, quos eum presciuit deus acturum fuisse si viueret. Hanc peruersitatem sanitati fidei tam vehementer aduersam, quis patienter audiat, quis ferat? Et tamen hoc dicere vrgentur, qui non fatentur gratiam dei non secūdum merita nostra dari. Qui autem volunt dicere vnumquenque mortuorum secundum ea iudicari, quæ deus illum presciuit acturum fuisse si viueret, intuentes quam manifesta falsitate, & quanta absurditate dicatur, non eis remanet cur dicant, quod in Pelagianis damnauit, & ab ipso Pelagio damnari fecit Ecclesia, gratiam dei secundum merita nostra dari: cum videant alios paruulos non regeneratos ad ęternam mortem, alios autem regeneratos ad ęternam vitam tolli de hac vita. Ipsos quoque regeneratos, alios perseuerantes vsque in finem hinc ire: alios quousque decidant hic teneri: qui vtique non decidissent, si antequam laberentur hinc essent & rursus quosdam lapsos quousque redeant non exire de hac vita, qui vtique perirent si antequam redirent, exirēt. Vnde satis dilucide ostenditur, & inchoandi & vsque in finem perseuerandi gratiam dei non secundum merita nostra dari, sed donari secundum ipsius secretissimam eandemque iustissimam, beneficentissimam, sapientissimam voluntatem: quoniam quos prędestinauit, ipsos & vocauit vocatione illa, de qua dictum est: Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei. ad quam vocationē ptinere nullus

Roma.8. Rom.11.

re nullus est homo ab hominibus certa asseueratione dicendus nisi cum de hoc seculo exierit: in hac autem vita humana quę tentatio est super terram, qui videtur stare videat ne cadat. Ideo quippe sicut iā supra diximus, nō perseueraturi perseueraturis prouidentissima dei voluntate miscent, vt esse discamus nō alta sapientes, sed humilibus consentientes, & cum timore & tremore nostram ipsorum salutem operemur. Deus est enim qui operatur

Totū deo det & in nobis, & velle & operari pro bona voluntate. Nos cogitare et velle ergo volumus, sed deus in nobis operatur & velle: nos & operari, idē i de ergo operamur, sed deus in nobis operatur & operari pd. dan. 7. &. 8. et pro bona voluntate. Hoc nobis expedit & credere & 10. in To. 7. & i dicere, hoc est pium, hoc verū, vt sit humilis & submis ſto. 3. To. opusc. sa confessio, & detur totum deo. Cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus quicquid agimus: quod autem attinet ad pietatis viam & verum dei cultum, non sumus idonei cogitare aliquid tanquam ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Nō enim est in potestate nostra cor nostrum & nostrae cogitationes Vnde idem quihoc agit, item dicit Ambrosius: Quis autem tam beatus qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine diuino auxilio qui fieri potest? nullo profecto modo. Denique inquit, supra eadem scriptura dicit: Beatus vir cuius est auxilium eius abs te domine, ascensus in corde eius. Hoc vtique vt diceret non solum in literis sacris legebat, sed sicut de illo viro sine dubitatione credēdum est, etiā in corde suo sentiebat Ambrosius. Quod ergo in sacramentis fidelium dicitur, vt sursum corda habeamus a dominum, munus est domini: de quo mūnere ipsi domino deo nostro gratias agere a sacerdote post hanc vocem quibus hoc dicitur, admonentur, & dignū & iustum esse respondent. Cum enim non sit in nostra potestate cor nostrū, sed diuino subleuetur auxilio, vt ascendat. & quę sursum sunt sapiat, vbi Christus est in dextera dei sedens, non quæ super terram: cui de hac tanta re agendæ sunt gratiæ, nisi hoc facienti domino deo nostro qui nos per tale beneficium liberando, de profundo huius mūdi elegit, & pdestinauit ante constitutionē mūdi,

CAP. XIIII. Sed Aiunt prædestinationis definitionem vtilitati prædicationis aduersam, quasi vero aduersata sit Apostolo prædicanti. Nonne ille doctor gentium in fide & veritate prædestinationem totiens commendauit, & verbū dei prædicare non destitit? Nunquit quia dixit: Deus est qui operatur in nobis, & velle & operari pro bona voluntate sua: ideo non ipse, & vt velimus quę deo placent & vt operemur hortatus est? aut quia dixit: Qui in vobis bonum opus cœpit: perficiet vsque in diem Christi Iesu: ideo vt inc/perent homines & perseuerarent vsque in finem

1. Cor. 10.

Phil. 2.

1. Cor. 3.

Psal. 83.

Col. 3.

Ephe. 1.

Phil. 1.

in finem, ipse non suasit? Nempe ipse dominus hominibus præcepit, vt crederent, atque ait: Credite in deum, & in me credite: nec tamen ideo eius falsa sententia est, nec vana definitio, vbi ait: Nemo venit ad me, id est, nemo credit in me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Nec rursus, quia vera est hæc definitio, ideo vana est illa præceptio. Cur ergo prædicationi, præceptioni, exhortationi, correptionique, quæ omnia frequentat scriptura diuina, existimamus inutilem definitionem prædestinationis, quam commendat eadem scriptura diuina? An quisquam dicere audebit deum non præscisse, quibus esset daturus vt crederent? Aut quos daturus esset filio suo, vt ex eis non perderet quenquam? Quæ vtique si præsciuit, profecto beneficia sua quibus nos dignatur liberare præsciuit. Hæc prædestinatio sanctorum nihil aliud est, quam præscientia scilicet & præparatio beneficiorum dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur. Cæteri autem vbi nisi in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquuntur? Vbi Tyrij relicti sunt & Sidonij, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent. Sed quoniam vt crederent, non erat eis datum, etiam vnde crederent est negatum. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentiæ, quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant: & tamen si dei altiore iudicio, a perditionis massa non sunt gratiæ prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur vel dicta diuina vel facta, per quæ possent credere, si audirent vtique talia vel viderent. In eadem perditionis massa relicti sunt etiam Iudæi, qui non potuerunt credere factis in conspectu suo tam magnis clarisque virtutibus. Cur enim non poterant credere non tacuit Euangelium dicens: Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credidерunt in eum, vt sermo Esaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et ideo non poterant credere, quia iterum dicit Esaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor illorum, ne videant oculis, nec intelligant corde, & conuertantur & sanem illos. Non erant ergo sic excæcati oculi, nec sic induratum cor Tyriorum & Sidoniorum, quoniam credidissent, si qualia viderunt isti signa vidissent; sed nec illis profuit quod poterant credere, quia prædestinati non erant ab eo, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles vię: nec istis obfuisset quod non poterant credere, si ita prædestinati essent, vt eos cæcos deus illuminaret, & induratis cor lapideum vellent auferre. Verum quod dixit dominus de Tyrijs & Sidonijs, aliquo alio modo potest fortasis intelligi: nemmem

Ioan. 14. Ioan. 3.

Prędestinatio ē pscientia & prę paratio bñficiorum dei.

Tirijs & Sidonijs, qavt crederēt non erat eis datū negata fuerūt eis mediavnde crederent.

Ioan. 12.

Esa. 53.

Esa. 6.

Rom. 12.

tamen venire ad Christum, nisi cui fuerit datum, & eis dari qui in illo electi sunt ante constitutionem mundi, proculdubio confitetur, a quo non surdis auribus cordis eloquium diuinum auribus carnis auditur: & tamen hęc prædestinatio quæ satis aperte etiam verbis Euangelicis explicatur, non prohibuit dominum & propter incipiendū dicere, quod paulo ante commemorauit; Creditis in deum & in me credite: & propter perseuerandum oportere semper orare & non deficere. Audiunt enim hæc & faciunt quibus datum est: nō autem faciunt siue audiant siue non audiant, quibus non datum est. Quia vobis, inquit, datum est nosse mysterium regni cœlorum, illis autem nō est datum: quorum alterum ad misericordiam, alterum ad iudicium pertinet illius, cui dicit anima nostra: Misericordiā & iudicium cantabo tibi domine. Nec prædestinationis igitur prędicatione impedienda est prędicatio fidei perseuerantis & proficientis, vt quod oportet audiant, & quibus datum est vt obediant. Quomodo enim audient sine prædicante? Nec rursus prædicatione fidei proficientis, & vsque ad vltimum permanentis, impedienda est prædicatio prędestinationis, vt qui fideliter & obedienter viuit, non de ipsa obedientia tanquā de suo non accepto bono extollatur, sed qui gloriatur, in domino glorietur. In nullo enim gloriandum, quando nostrum nihil sit. Quod vt dixit fidelissime Cyprianus, & fidentissime definiuit, per quā vtique prędestinationem certissimam pronunciauit: Nā si in nullo gloriandum est, quando nostrum nihil est, profecto nec de obedientia perseuerantissima gloriādum est. Nec ita nostra, tanquam non sit nobis desuper donata, dicenda est. Et ipsa igitur dei donum est, quod se daturum deus vocatis suis ista vocatione, de qua dictum est: Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei: omni Christiano cōfitendum præsciuit. Hæc est igitur prædestinatio quam fideliter atque humiliter prædicamus. Nec tamen idem doctor & factor qui & in Christum credidit, & in sancta obedientia vsque ad passionem pro Christo perseueranter vixit, ideo cessauit prædicare Euangelium, ex hortari ad fidem plosque mores, atque ad ipsam vsque in finē perseuerantiam', quoniam dixit in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit: vbi veram dei gratiam, id est, quæ non secundum merita nostra datur, sine vlla ambiguitate declarauit, quam se daturum præsciuit deus. His Cypriani verbis proculdubio prædestinatio prædicata est, quæ si Cyprianum a prędicatione obedientię nō prohibuit, nec nos vtique debet prohibere. Quanuis ergo dicamus dei donum esse obedientiam: tamen homines exhortamur ad eam. Sed illis qui veritatis exhortationem obedienter audiunt, ipsum donum dei datum est, hoc est

Ioan.14. Audiūt & faciūt qbus ē datū nō audiūt nec faciunt qbus nō est datū, idē ī de gra & lib. ar. ad Val. 4. ī T. 7 & ī. 2. T. ho. op.

Mat. 13

Pſ. 100

Rom. 10.

Hiere. 9.

1. Cor. 4.

Rom. 11.

obedienter audire: illius autem qui non sic audiunt, non est datum. Non enim quicunque, sed Christus: Nemo, inquit, venit ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Et: Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, illis autē non est datum. Et de continentia: Non omnes, inquit, capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Et cum Apostolus ad pudicitiam coniugalem coniuges hortaretur: Vellem, inquit, omnes homines esse sicut meipsum, sed vnusquisque proprium donum habet a deo, alius sic, alius autem sic. Vbi satis ostendit non tantum continentiam donum dei esse, sed coniugatorum etiam castitatem. Quę cū vera sint, hortamur ad hoc quantum cuique nostrum datum est vt possit hortari, quia & hoc eius donum est, in cuius manu sunt et nos & sermones nostri. Vnde & Apostolus: Secundum gratiam, inquit, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui. & alio loco: Vnicuique, inquit, sicut dominus dedit: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Ac per hoc sicut exhortatur & prædicat recte, sed ille qui incipit hoc donum: ita exhortantem atq; prędicantem profecto ille obedienter audit, qui accepit hoc donum. Hinc est quod dominus cum eis loqueretur qui carnales aures apertas haberent, dicebat tamē: Qui habet aures audiendi audiat, quas nō omnes habere proculdubio nouerat. A quo autem habeāt, quicunque habent, ipse dominus ostēdit vbi ait: Dabo eis cor cognoscendi me & aures audiētes. Aures ergo audiēdi, ipsum est donum obediēdi, vt q; id haberēt venirent ad eū, ad quem nemo venit, nisi fuerit ei datū a patre ipsius. Exhortamur ergo atq; prędicamus: sed q habēt aures audiēdi, obediēter nos audiūt: q vero eas nō habēt, fit in eis qđ scriptum est, vt audiētes nō audiāt: audiētes videlicet corporis sensu, nō būistud absc̄odi audiāt cordis assensu. Cur aūt illi habeāt aures audiēdi, tū erat ab eis, & illi nō habeāt: hoc ē, cur illis datū sit a pr̄e vt veniāt ad fi diū, illis autē non sit datū, quis cognouit sensum domini, aut q̄s eius cōsiliarius fuit? Aut tu quis es homo, qui respōdeas deo? Nunquid ideo negandū est quod apertū est, quia cōprehēdi nō potest quod occultum est? Nunquid inquam propterea dicturi sumus quod ita esse perspicimus, nō ita esse, quoniā cur ita sit nō possumus inuenire?

Ioan. 6.

Matth. 19.

1. Cor. 7. Quod cōtinētia sit donū dei fusius habes in Hypognosticō lib. 4. in T. 7. & in isto. 3. To. op.

1. Cor. 3.

Luc. 8. Quod aures ad audiēdū & cor ad itelligēdū nobis a deo datæ sint, hęc a Lu. c. 9. vbi Euāgelista de ignorātia resurrectionis, ingt, illi ignorabāt ỹbū, verebāt eū interrogare de hoc ỹbo, dabit ti bi dñs cor lapideū et. 29. uos vidistis vniuersa q̄ fecit dñs coram vobis, in terra ægipti, tētationes magnas, quas viderūt oculi vestri, & nō dedit vobis dñs cor intelligēs, & oculos videntes, & aures quæ possent audire vsq; in p̄sentē diē, &. 30. circūcidet dñs cor tuū, & Ez. 36. auferā a vobis cor lapideū & dabo vobis cor carneū vt in iustificationibus meis ambuletis & p̄cepta mea faciatis: vt pulchre exponit Augu. in de gratia, & lib. arb. ad Val. 14. &. 15. in Tom. 7. & in. 2. Tom. horum opusculorum.

CAP. XI.

SED Aiunt, vt scribitis, neminem posse correptionis stimulis excitari, si dicatur in conuentu Ecclesiæ audientibus multis, Ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis dei, vt alij ex vobis de infidelitate, accepta obediendi voluntate veneritis ad fidem, vel acceptа perseuerantia maneatis in fide: cæteri vero qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adiutorium gratiæ miserantis erexit. Veruntamen si quis estis nec dum vocati, quos gratia sua prædestinauerit eligendos, accipietis eandem gratiam, qua velitis & stitis electi. Et si qui obeditis, si prædestinati estis reijciendi, subtrahentur obediendi vires vt obedire cessetis. Ista cum dicunt, ita nos a confitenda dei gratia, id est, quæ non secundum merita nostra datur, & a confitenda secundum eam prædestinationem sanctorum deterrere non debent: sicut non deterremur a confitenda præscientia dei, si quis de illa populo sic loquatur: vt dicat: Siue nunc recte viuatis siue non recte, tales vos eritis postea, quales vos deus futuros esse præscriuit, vel boni si bonos, vel mali si malos. Nunquid enim si hoc audito nonnulli in torporem segniciemque vertantur, & a labore procliues ad libidinem post concupiscentias suas eant, propterea de præscientia dei falsum putandum est esse, quod dictum est? Nonne si deus illos bonos futuros esse præscriuit, boni erunt, in quantalibet nũc malignitate versentur: si autem malos, mali erunt, in quantalibet nunc bonitate cernantur? Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus cur quędam non facienda faceret, & facienda non faceret, respondebat: qualiscunque nunc sim, talis ero qualem me deus futurum esse præscriuit. Qui profecto & verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in bonum: sed vsqueadeo profecit in malum, vt deserta monasterij societate fieret canis reuersus ad suum vomitum, & tamen adhuc qualis sit futurus incertum est. Nunquid ergo propter huiusmodi causas ea quæ de præscientia dei vera dicuntur, vel neganda sunt vel tacenda, tunc scilicet quando si non dicantur, in alios itur errores?

Quos deus p̃sciuit bonos boni erũt in q̃talibet nũc malignitate versent, & quos præsciuit malis mali erũt i q̃talibet nũc bonitate cernant, idẽ i de corr. & gra. 7. i T. 7. & i. 2. T. ho. op. & Ps. 51. in. To. 8. Monasterium Augustini

CAP. XVI.

SVNT Etiam qui propterea vel non erant vel frigide orant, quoniam domino dicente didicerũt, scire deum qd nobis necessariũ sit priusquam petamus ab eo, Num propter tales huius sentẽtię veritas deserenda, aut ex Euangelio delenda putabitur? Imo cũ constet deum, alia dãda etiam non orantibus, sicut initium fidei, alia nisi non orãtibus prępparasse, sicut vsque in finẽ perseuerantiam: profecto qui ex ipso hanc se habere putat, non orat vt habeat. Cauendum est igitur ne dum timemus tepescat hortatio, extinguatur oratio, accendat elatio. Dicatur ergo verũ, maxime

Vtile est vt taceat aliqd verũ pp icapaces ne illos q nõ itelli-

maxime vbi aliqua quæstio vt dicatur impellit, capiant qui possunt: ne forte cum tacetur propter eos qui capere non possunt, non solum veritate fraudẽtur, verum etiam falsitate capiantur, qui verum capere quo caueatur falsitas, possunt. Facile est enim, imo & vtile vt taceatur aliquod verum propter incapaces. Nã vnde est illud domini: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Et illud Apostoli: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: quasi paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis? Quanuis modo quodam dicendi fieri possit, vt id quod dicitur, & paruulis lac, grandibus esca sit. Sicut: In principio erat verbum & verbum erat apud deum, deus erat verbum. Quis Christianus tacere potest? quis capere? Aut quid in doctrina sana potest inueniri grandius? Quod tamen & paruulis non tacetur, & nec grandibus nec paruulis occultatur. Sed alia est ratio verum tacendi, alia verum dicendi necessitas. Causas tacendi longum est omnes quærere vel inserere, quarum tamen est & hæc vna, ne peiores faciamus eos qui non intelligunt, dum volumus eos qui intelligunt, facere doctiores: qui nobis aliquid tale tacentibus doctiores quidem non fiunt, sed nec peiores fiunt. Cum autem res vera ita se habet, vt fiat peior nobis eam dicentibus, ille qui capere non potest: nobis autem tacentibus, ille qui potest: quid putamus esse faciendum? Nonne potius est dicendum verum, vt qui potest capere capiat, quam tacendum, vt non solum id ambo non capiant, verum etiam qui est intelligẽtior, ipse sit peior? Qui si audiret & caperet, per illum etiam plures discerent. Quo enim est capacior vt discat, eo magis est idoneus vt alios doceat. Instat inimicus gratiæ atque vrget modis omnibus, vt credatur secundum merita nostra dari, ac sic gratia iam non sit gratia. Et nos nolumus dicere quod teste scriptura possumus dicere: timemus enim vide licet ne loquentibus nobis offendatur, qui veritatem non potest capere, & non timemus ne tacentibus nobis quiveritatem potest capere, falsitate capiatur? Aut enim sic prædestinatio prędicanda est, quemadmodum eam sancta scriptura euidenter loquitur, vt in prædestinatis fine pœnitentia sint dona & vocatio dei: aut gratiam dei secundum nostra dari merita constendum, quod sapiunt Pelagiani, quanuis ista sententia quod sæpe iam diximus, legatur in gestis Episcoporum orientalium etiam ipsius Pelagij ore damnata. A Pelagianorum porro hæretica peruersitate tantum isti remoti sunt, propter quos hæc agimus, vt licet nondum velint fateri prædestinatos esse, qui per dei gratiam fiant obedientes atque

gũt peiores faciamus, dũmõ i telligentes inde nõ patiantur.

Ioan. 16.

1. Cor. 3.

Ioan. 1.

Rom. 11.

permaneant, iam tamen fateantur, quod eorum præueniat voluntatem quibus datur hæc gratia. Ideo vtique nc gratis dari credatur gratia, sicut veritas loquitur, sed potius secundum præcedentis merita voluntatis, sicut contra veritatem Pelagianus error obloquitur. Præuenit ergo & fidem gratia, alioquin si fides eam præuenit, proculdubio præuenit, & voluntas, quoniam fides sine voluntate non potest esse. Si autem gratia præuenit fidem, quoniam præuenit voluntatem, profecto præuenit omnem obedientiam, præuenit etiam charitatem, qua vna deo veraciter & suauiter obeditur, & hęc omnia gratia, in eo cui datur & cuius hæc omnia præuenit, operatur.

CAP. XVII.

RESTAT in his bonis vsque in finem perseverantia, quæ frustra quotidie domino poscitur, si non eam dominus per gratiam suam in illo cuius orationem exaudit operatur. Videte iam a veritate quam sit alienum, negare donum dei esse perseuerantiam vsque in finem huius vitæ, cum vitæ huic quando voluerit ipse det finem: quem si dat ante imminentem lapsum, facit hominem perseuerare vsque in finem: Sed mirabilior & fidelibus euidentior largitas bonitatis dei est, quod etiam paruulis quibus obedientia non est illius ætatis vt detur, datur hæc gratia. Ista igitur sua dona quibuscunque deus donat, proculdubio donaturum se esse præscíuit, & in sua

Roma,8. præscientia præparauit. Quos ergo prædestinauit, ipsos & vocauit vocatione illa, quam me sæpe commemorare non piget: de qua dictum est: Sine pœnitentia sunt dona & vocatio dei. Nam in sua quæ falli mutarique non

Rom,11. potest præscientia, opera sua futura disponere, id omnino nec aliud quicquam est nisi prædestinare. Sicut autem ille quem castum futurum esse præscíuit, quanuis id incertum habeat, agit vt castus sit: ita ille quem castum futurum prædestinauit, quanuis id incertum habeat, non ideo non agit vt castus sit, quoniam dei dono se audit futurum esse quod erit, imo etiam gaudet eius charitas, nec inflatur, tam quam id non acceperit. Non solum ergo prædicatione prædestinationis ab hoc opere non impeditur, verum ad hoc adiuuatur, vt cum gloriatur in domino glorietur. Quod autem dixi de castitate, hoc de fide, hoc de pietate, de charitate, de perseuerantia, & ne pergam per singula, hoc de omni obedientia qua obeditur deo, veracissime dici potest. Sed ij qui solum initium fidei, & vsque in finem peeseuerantiam sic in nostra constituunt potestate, vt dei dona esse non putent, neque ad hæc habenda atque continenda deum operari nostras cogitationes & voluntates, cætera vero ipsum dare concedunt, cum ab illo impetratur credentis fide: cur ad ipsa cætera exhortationem eorum cæterorumque prædicationem, definitione prędestinationi

prædestinationis non metuunt impediri? An forte nec ipsa dicunt prædestinata? Ergo nec dantur a deo, aut ea se daturum esse nescíuit. Quod si & dantur, & ea se daturum esse præscíuit, profecto prædestinauit. Sicut ergo ipsi hortantur quoque ad castitatem, charitatem pietatem, & cætera quæ dei dona esse confitentur, eaque ab illo esse prægnita, ac per hoc prædestinata negare non possunt, nec dicunt exhortationes suas impediri prædicatione prædestinationis dei, hoc est, predicatione de his donis eius futuris præscientiæ dei: sic videant nec ad fidem, nec ad perseuerantiam impediri exhortationes suas si & ipsa opera, quod verum est, esse dei dona, eaque prægnita, id est ad donandum prædestinata esse dicantur: sed impediri potius atque subuerti hac prædestinationis prædicatione illum tantummodo perniciosissimum errorem, quo dicitur gratia dei secundum merita nostra dari, vt qui gloriatur, non in domino sed in seipso glorietur. Quod vt apertius propter tardiusculos explicemus, re- Iac.1.
memorationem meam ferant, quibus ingenio præuolare Prouer.1.
donatum est: dicit Apostolus Iacobus: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Scriptum est & in prouerbijs Salomonis: Quoniam dominus dat sapientiam. Et de continentia legitur in libro Sapientiæ, cuius Sap.8.
authoritate vsi sunt magni & docti viri, qui longe ante nos eloquia diuina tractarunt: ibi ergo legitur: Cum scirem, quia nemo esse potest continens, nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ scire, cuius esset hoc donum. Hæc ergo dei dona sunt, id est, vt de alijs taceam, sapientia & continentia. Acquiescunt & isti: neque enim Pelagiani sunt, vt aduersus istam perspicuam veritatem dura & hæretica peruersitate contendat. Sed hæc, inquiunt, vt a deo detur nobis, fides impetrat, quæ incipit a nobis: quam fidem & incipere habere, & in ea vsque in finem permanere, tanquam id non a domino accipiamus, nostrum esse 1.Cor.4.
contendunt. Hic proculdubio contradicitur Apostolo dicenti: Quid enim habes, quod non accepisti? Contradicitur & martyri Cypriano dicenti, in illo gloriandum, quando nostrum nihil sit. Cum hæc & alia multa quæ piget repetere, dixerimus, atque ostenderimus & initium fidei, & vsque in finem perseuerantiam, dei dona esse, nec vlla futura esse sua dona, & quæ danda essent, & quibus danda essent, deum non præscire potuisse, ac per hoc prædestinatos ab illo esse, quos liberat & coronat: respondendum putant, prædestinationis definitionem vtilitati prædicationis aduersam, eo quod hac audita, nemo possit correptionis stimulis excitari. Hæc dicentes nolunt hominibus prędicari dona dei esse, vt veniat ad fi-

dem,& permaneatur in fide, ne plus desperatio quam exhortatio videatur afferri,dum cogitant qui audiunt, incertum esse humanæ ignorantiæ cui largiatur deus,cui non largiatur hæc dona.Cur ergo & ipsi nobiscum prædicant dona dei esse sapientiam & continentiam? Quod si hæc cum dei dona esse prædicantur,non impeditur hortatio qua homines hortamur esse sapientes & continentes:quæ tandem causa est vt existiment impediri exhortationem,qua exhortamur homines venire ad fidem, & in ea permanere vsque in finem? Et si hæc dona dei esse dicantur,quod scripturis eius testibus comprobatur,ecce & de continentia taceamus,& de sola in hoc loco sapientia disputemus:Nempe supra memoratus Apostolus Iacobus dicit:Quæ desursum est sapientia,primum quidem pudica est,deinde pacifica,modesta,suadibilis, plena misericordiæ & fructibus bonis,inæstimabilis, sine simulatione.Cernitis ne obsecro,a patre luminum sapientia quam multis & magnis bonis referta descendat? Omne quippe datum optimum,sicut idem dicit, & omne donum perfectum desursum est,descendens a patre luminū. Cur ergo vt omittam cætera, corripimus impudicos & contentiosos,quibus tamen prædicamus donum dei esse sapientiam pudicam atque pacificam:nec timemus ne permoti diuinæ voluntatis incerto,plus in hac prædicatione desperationis quam exhortationis inueniant nec correptionis stimulis aduersus seipsos,sed potius aduersus nos excitentur,quia eos corripimus,hæc non habentes,quæ ipsi dicimus non humana voluntate proferri, sed diuina largitate donari? Cur denique ipsum Apostolum Iacobū huius gratiæ prædicatio non deterruit corripere inquietos,& dicere:Si zelum amarum habetis,& contentiones sunt in cordibus vestris,nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem:non est ista sapientia desursum descendens,sed terrena,animalis,diabolica. Vbi enim zelus & contentio,ibi inconstantia,& omne opus prauum.Sicut ergo corripiendi sunt inquieti,& diuinis eloquijs testibus,& ipsi quos nobiscum isti communes habēt actibus nostris:neque hanc impedit correptionem,quod sapientiam pacificam qua contentiosi corriguntur atque sanantur,donum dei esse prædicamus:ita corripiendi sunt infideles,vel in fide non permanētes,non impediente istam correptionem prædicatione gratiæ dei,quæ fidem quoque ipsam & in ea permansionem, donum dei esse commendat:quia & si ex fide impetratur sapientia,sicut ipse Iacobus cum dixisset: Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo,qui dat omnibus affluenter, & non improperat,& dabitur ei;mox addidit: Postulet autem in fide,nihil hæsitans: non tamen quoniam fides datur priusquam

Iacobi,3.

Iacobi,1.

Iacobi,3.

Iacobi 1.

priusquam postuletur ab illo cui datur, ideo dicenda est non esse donum dei,sed esse a nobis, quia data est nobis petētibus nobis. Apostolus enim apertissime dicit: Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre & domino Iesu Christo: A quo ergo pax & charitas, ab illo est & fides:propter quod ab illo eam nō solum augeri habentibus,verum etiam non habentibus poscimus dari.Neque isti propter quos hæc dicimus,qui prædicatione prædestinationis & gratiæ,exhortationem clamitāt impediri,ad sola illa exhortantur dona quæ non a deo dari, sed a nobis esse contendunt:sicut sunt initium fidei,& in ea vsque in finem perseuerantia:quod vtique facere deberent, vt tantummodo infideles hortarentur,vt crederent: & fideles vt credentes permanerent. Ea vero quę nobiscum dei dona esse nō negant,vt nobiscum Pelagianum demoliantur errorem:sicut est pudicitia,continentia,patientia, & cætera quibus recte viuitur,& ex fide impetrantur, a domino oranda monstrare & orare solū vel sibi vel alijs debuerunt,non autem quenquam vt ea capesseret & retineret hortari. Cum vero & ad hæc exhortantur vt possunt, atque exhortando se esse homines,confiteantur, satis vtique ostendunt,nec ea prædicatiōe impediri exhortationes siue ad fidem,siue ad perseuerantiam vsque in finem: quia & ista dei dona esse nec a seipso cuiquam, sed ab illo tribui prędicamus. At enim quod vitio suo quisque deserat fidem,cum cedit tentationi atque consentit, qua cum illo agitur vt deserat fidem,quis negat? Sed non ideo dicenda est in fide perseuerātia non esse donum dei. Hanc enim quotidie poscit,qui dicit: Ne nos inferas in tentationem:& si exauditur,hanc accipit;ac p hoc quotidie vt perseueret petens,profecto perseuerantiæ suæ spē non in seipso,sed in deo ponit.Ego autem nolo exaggerare meis verbis,sed illis cogitandum potius relinquo, vt videant quale sit quod sibi persuaserunt,prædicatione prædestinationis audientibus plus desperationis quam exortationis afferri:hoc est enim dicere,tunc de sua salute hominem desperare,quando spem suam non in seipso, sed in deo didicerit ponere:cum propheta clamet: Maledictus omnis qui spem ponit in homine. Hac vtique dona dei,quæ dantur electis secundum dei propositum vocatis,in quibus donis est incipere credere,& in fide vsque ad vitæ huius terminum perseuerare:sicut tanta rationū atque authoritatum contestatione probauimus. Hæc,inquam,dei dona si nulla est prædestinatio quam defendimus,non præsciuntur a deo:præsciuntur autem: hæc est igitur prædestinatio,quam defendimus.

Ephe,6.

Matth.6.

Hiere,17.

CAP. XVIII.

VNDE Aliquando eadem prædestinatio significatur etiam nomine præscientiæ,sicut ait Apostolus:Non repulit deus

Roma.11.

Prescietia ,p prę destinatione.

lit deus plebem suam, quam præscivit. Hoc quod ait, præscivit, non recte intelligitur nisi prędestinavit, quod circumstantia ipsius locutionis ostendit: loquebatur enim de reliquis Iudæorum, quæ salvæ factę sunt, peruntibus cæteris. Nam superius dixerat ad Israel dixisse Prophetam:

Esai, 65. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem: & tanquam responderetur: Vbi sunt ergo factæ promissiones dei ad Israel, continuo subiunxit: Dico ergo: Nunquid repulit deus plebem suam? Absit, nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin: tanquam diceret, nam & ego ex ipsa plebe sum. Deinde addidit vnde nunc agimus: Non repulit deus plebem suam quam præscivit. Atque vt ostenderet dei gratia fuisse relictas reliquias, non meritis operum eorum, secutus adiunxit, An nescitis in Helia quid

3. Reg. 19. dicat scriptura? quemadmodum interpellat deum adversus Israel, & cætera, Sed quid dicit illi, inquit, responsum diuinū? Reliq mihi septē milia virorū, q nō curuauerūt genu ante Baal. Nō. n. ait, relicta sunt mihi, aut reliquerūt se mihi, sed reliq mih. Sic ergo, inqt, & in hoc tēpore reliquię p electionē gratiæ salvæ factæ sunt. Si aūt gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Et connectens illa quę iam supra interposui, Quid ergo? & huic interrogationi respondens, Quod quęrebat, inquit Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est cęteri vero excecati sunt. In hac ergo electione &

Electio ē qua deus quos voluit, aī cōstitutionē mundi elegit. Ephe. 1. in his reliquijs, quæ per electionem gratię factæ sunt, voluit intelligi plebē, q̄ propterea deus nō repulit, quia prę sciuit. Hæc est illa electio qua eos quos voluit, elegit in Christo ante constitutionem mundi, vt essent sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate, prædestinans eos in adoptionem filiorum. Nullus igitur qui hæc intelligit, negare vel dubitare permittitur, vbi ait Apostolus: Non repulit deus plebem suam quam præscivit, prædestinationem significare voluisse. Præscivit enim reliquias, quas secundum electionem gratiæ fuerat ipse facturus: hoc est ergo, prędestinauit. Sine dubio enim præscivit, si prędestinauit: sed prædestinasse, est hoc præscisse quod fuerat ipse facturus. Quid ergo nos prohibet, quando apud aliquos verbi dei tractatores legimus dei præscientiam, & agitur de vocatione electorum, eandem prędestinationem intelligere? Magis autem fortasse voluerunt hoc verbo in ea re vti, quod & facilius intelligitur & non repugnat, imo & congruit veritati quæ de prędestinatione gratiæ prędicatur. Hoc scio, neminem contra istam prædestinationem quam secundum scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse.

CAP. XIX. PVTO Tamen eis qui de hac re sententias tractatorum

rum requirunt, sanctos & in fide atque doctrina Christiana laudabiliter vsquequaque diffamatos viros, Cyprianum & Ambrosium, quorum tam clara testimonia posuimus, debere sufficere, & debere ad vtrunque, id est vt gratiam dei gratuitam sicut credenda atque predicanda est, per omnia credentes per omnia prędicent: & eandem prædicationem prędicationi qua hortamur pigros vel corripimus malos, non opinentur aduersam: quia & isti viri cum sic prędicarent dei gratiam, vt vnus eorum diceret in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit: In nullo gloriam alter autem, non esse in potestate nostra cor nostrum & dū, quia nostrū nostras cogitationes: non tamen hortati & corripere desiterunt, vt fierent precepta diuina. Nec timuerunt, ne dī nostrū, & cogiceretur eis: Quid nos hortamini? Quid corripitis, si nihil ratione nostræ boni habeamus quod sit nostrum, & si non est in potestate nostra cor nostrum? Hęc ne dicerent eis, nequaquā testatę illi sancti, ea mente timere potuerunt, qua intelligebant pauciſsimis esse donatum, vt nullo sibi homine prędicante, per ipsum dominum vel per angelos cœlorum doctrinam salutis accipiant: multis vero id esse donatum, vt deo per homines credant. Quolibet tamen modo dicatur homini verbum dei, proculdubio qui sic audit vt illi obediat, donum dei est. Vnde supradicti tractatores excellentiſsimi diuinorum eloquiorum, & gratiam dei veram sicut prędicanda est, prędicarunt, id est quam nulla merita humana pręcedunt, & ad faciendа diuina præcepta instanter hortati sunt, vt qui haberent donum obedientiæ, quibus iusis obediendum esset, audirent: si enim gratiam merita nostra vlla prędecedunt, profecto aut facti alicuius, aut dicti aut cogitationis est meritum, vbi & ipsa intelligitur voluntas bona. Sed breuiſsime complexus est omnium genera meritorum, qui dicit in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit. Qui vero ait: Non est in nostra potestate cor nostrum, & nostrę cogitationes: nec ipse facta & dicta prętereiſt: non enim est dictum factum ue hominis, quod non ex cordis cogitatione procedat. Quid autem amplius de hac re agere Cyprianus martyr glorioſiſſimus & doctor lucidiſsimus potuit, quam vbi nos in oratione dominica etiam pro inimicis fidei Christianę orare oportere commonuit: vbi de initio fidei, quod etiam hoc donum dei sit, quid sentiret ostendit: & pro perseuerantia vsque in finem, quia & ipsam non nisi deus eis qui perseuerauerunt donat, Ecclesiam Christi quotidie orare monstrauit. Beatus quoque Ambrosius cum exponeret quod ait Lucas Euangelista, Visum est mihi: Potest, inquit, non soli visum esse, quod sibi visum esse declarat: non enim voluntate tantum humana visum est, sed sicut placuit ei qui

Ambrosius sup Lucā, in exposi tiōe procemij.

qui in me loquitur Christus, qui vt id quod bonum est, nobis quoque videri bonum possit, operatur: quem enim miseratur & vocat: Et ideo qui Christum sequitur, potest interrogatus cur esse voluerit Christianus, respondere, visum est & mihi: quod cum dicit, non negat deo visum: a deo enim præparatur voluntas hominum. Vt enim deus honorificetur a sancto, dei gratia est. Itemque in eodem opere, hoc est in expositione eiusdem Euangelij, cum ad illum venisset locum, vbi dominum ad Hierusalem pergentem Samaritani recipere noluerunt: Simul discite, inquit, quia recipere noluit non simplici mente conuersos: Nam si voluisset, ex indeuotis fecisset deuotos. Cur autē non receperunt eum, Euangelista ipse monstrat dicens:

Luc. 9. Deus q̃s dignat vocat, & quem vult religiosum facit.

Quia facies eius erat euntibus in Hierusalem, discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. Sed deus quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit. Quid euidentius, quid iustius a verbi dei tractatoribus quærimus si & ab ipsis quod in scripturis clarū est, audire delectat? Sed his duobus qui sufficere debuerunt, sanctum Gregorium addamus & tertium, qui & credere in deum & quod credimus confiteri, dei donum esse testatur dicens:

Gregorius Nazianzenus.

Vnius deitatis quæ sumus vos, confitemini trinitatem. Si vero aliter vultis, dicite vnius esse naturæ, & deus vocē dari vobis a sancto spiritu deprecabitur: id est rogabitur deus vt permittat vobis dari vocem, qua quod creditis confiteri possitis. Dabit enim, certus sum: qui dedit quod primum est, dabit & quod secundum: qui dedit credere, dabit & confiteri. Isti tales tantique doctores dicētes non esse aliquid, de quo tanquam de nostro, quod nobis deus non dederit gloriemur: nec ipsum cor nostrum & cogitationes nostras in potestate nostra esse: & totum dantes deo, atque ab ipso nos accipere confitentes, vt p̃manſuri conuertamur ad eum, vt id quod bonum est, nobis quoque videatur bonum, & quod velimus, illud, vt honoremus deum, & recipiamus Christum, vt ex indeuotis efficiamur deuoti & religiosi, vt in ipsam trinitatē credamus, & confiteamur etiam voce quod credimus: hæc vtique gratię dei tribuunt, dei munera agnoscūt, ab ipso nobis, non a nobis esse testantur. Nunquid autem quisquam eos dicturus est, ita confessos istam dei gratiam vt auderent negare eius præscientiam, quam non solum docti, sed indocti etiam confitentur? Porro si hęc ita deū nouerāt dare, vt non ignorarent eum daturum se esse præscisse, & quibus daturus esset non potuisse nescire: procul dubio nouerant prædestinationem, quam per Apostolos prædicatam contra nouos hæreticos operiosius diligentiusque defendimus: nec tamen eis obedientiam prædicantibus, & ad eam sicut quisque poterat feruenter hortantibus

tantibus, vllo modo recte diceretur: Si non vultis obedientiam ad quam nos accenditis, in nostro corde frigescere, nolite nobis istam dei gratiam prædicare, quam deum dare fatemur, quā & nos vt faciamus hortamini.

CAP. XX.

QVAMOBREM Si & Apostoli & doctores Ecclesię, qui eis successerunt, eosque imitati sunt, vtrunque faciebant: id est, & dei gratiam quę non secundum merita nostra datur, veraciter prædicabant & piam obediendiā præceptis salubribus instruebant: quid est quod inuicta concluſi violentia veritatis recte se isti nostri dicere existimant: Et si verum est quod dicitur de prædestinatione beneficiorum dei, non est tamen populis prędicandum. Prędicandum est prorsus, vt qui habet aures audiendi audiat. Quis autem habet, si non accepit ab illo qui ait: Dabo eis cor cognoscendi me, & aures audientes? Certe qui non accipit, reijciat: dum tamen qui capit, sumat & bibat, bibat & viuat. Sicut enim prędicanda est pietas, vt ab eo qui habet aures audiendi, deus recte colatur: prędicanda est pudicitia, vt ab eo qui habet aures audiendi, nihil genitalibus membris illicitum perpetretur: prædicanda est charitas, vt ab eo qui habet aures audiendi, deus & proximus diligatur: ita & prędicanda est ista prędestinatio beneficiorum dei, vt qui habet aures audiendi, nō in seipso, sed in domino glorietur. Quod autem dicunt, non opus fuisse huiuscemodi disputatiōis incerto minus intelligentium tot corda turbari quoniam non minus vtiliter sine hac definitione prędestinationis per tot annos defensa est catholica fides, tum cōtra alios tum maxime contra Pelagianos, tot catholicorum & aliorum & nostris præcedentibus libris: multum miror eos dicere, nec attendere vt de alijs hic taceam, ipsos libros nostros & antequam Pelagiani apparere cœpissent conscriptos & editos, & videre quam multis eorum locis futuram nescientes Pelagianam hæresim, credebamus prędicando gratiam, qua nos deus liberat a malis erroribus & moribus nostris, non prędecedentibus bonis meritis nostris, faciens hoc secundum gratuitam misericordiam suam. Quod plenius sapere cœpi in ea disputatione quam scripsi ad beatę memorię Simplicianum, Episcopum Mediolanensis Ecclesię, in mei episcopatus exordio, quando & initium fidei donum dei esse cognoui & asserui. Quid autem meorum opusculorum frequentius & delectabilius innotescere potuit, quam libri confessionum mearum, cum & ipsos ędiderim antequam Pelagiana hæresis extitisset? In eis certe dixi deo nostro, & sæpe dixi: Da quod iubes, & iube quod vis. Quę mea verba Pelagius Romę, cum a quodam fratre, coepiscopo meo fuissent eo præsente commemorata, ferre non potuit, & contradicens

Prædicāda prædestinatio, vt q̃ habēt aures audiēdi audiant.

In principio sui Episcopatus Aug agnouti fidē esse donū dei, sed de hoc fusius in de prēd. sancto. 3. in Tom. 7. & in. 3. To. hor ū opus.

contradicens aliquanto commotius, pene cum eo qui ista commemorabat litigauit. Quid vero nos primitus et maxime deus iubet, nisi vt credamus in eum? Et hoc ergo ipse dat, si bene illi dictum est, da quod iubes. Et in eisdem etiam libris quod de mea conuersione narrauit, deo me conuertente ad eam fidem, quam miserrima & furiosissima loquacitate vastabã: nonne ita narratũ esse meministi, vt ostenderem me fidelibus & quotidianis matris meæ lachrymis ne perirem fuisse concessum? Vbi vtique prædicaui non solum auersas a recta fide, sed aduersas etiam rectæ fidei, deum sua gratia ad eam conuertere hominum voluntates. De proficiente porro perseuerantia quemadmodum deum rogauerim, & scitis & potestis recensere cum vultis. Omnia itaque dei dona quę in eodẽ opere siue optaui, siue laudaui, non dicam negare, sed dubitare saltem audeat deum daturum se esse præsciisse, & qbus daturus fuerit, nunquam potuisse nescire? Hæc est prædestinatio manifesta & certa sanctorum: quam postea diligentius & operiosius cum iam contra Pelagianos disputaremus, defendere necessitas compulit. Didicimus n. singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura diuina, quam si nulla talis necessitas cogeret. Quid autem coegit loca scripturarum quibus prædestinatio commendata est, copiosius & enucleatius isto nostro labore defendi, nisi quod pelagini dicunt, gratiam dei secundum merita nra dari: qđ qd est aliud q̃ gratię oĩno negatio?

Dicere gr̃am secũdũ merita dari ẽ gr̃am negar.

CAP. XXI.

HAEC ergo vt ingrata deo sententia destruatur, gratuitis dei beneficijs quibus liberamur inimica, & initiũ fidei, & in ea vsque in finem perseuerantiam secundum scripturas, vnde iam multa diximus, dona dei esse defendimus: quoniam a nobis esse dicimus initium fidei, vt cętera dona dei mereamur accipere, concludunt Pelagini gratiam dei secundum merita nostra dari. Quod ita exhorruit catholica fides, vt damnari timens, hoc Pelagius ipse damnauerit. Itemque si dicimus a nobis esse perseuerantiam nostrã, non a domino, respondent illi, ita nos a nobis habere initium fidei sicut finem: sic argumentantes, multo magis nos habere a nobis illud initium fidei, si a nobis habemus permanere vsque in finem: cum perficere quam inchoare sit maius; ac sic identidem concludunt, gratiam dei secundum merita nostra dari. Si autem vtrunque dei donum est, & hęc deus dona sua, quod negare quis potest? daturum se esse præsciuit, prędestinatio prædicanda est, vt possit vera dei gratia, hoc est, quæ nõ secundum merita nostra datur, insuperabili munitione defendi. Et ego quidem in illo libro cuius est titulus, De coreptione & gratia, qui sufficere non potuit omnibus

bus dilectoribus nostris: puto me ita posuisse donum dei esse, etiã perseuerare vsque in finem, vt hoc antea si me non fallit obliuio, tam expresse atque euidenter vel nusquam, vel pene nusquam scripserim. Sed ita hæc non dixi, vt ante me nemo dixerit. Beatus quippe Cyprianus in oratione dominica, sicut iam ostendimus, petitiones nostras ita exposuit, vt in ipsa prima petitione perseuerãtiam nos diceret poscere: id nos orare asserens, dicendo: Sanficetur nomen tuum: cum iam in baptismate sanctificati fuerimus, vt in eo quod esse cœpimus, perseueremus Matt. 6. Videant tamen ij quibus amantibus me ingratus esse nõ debeo, qui propter hoc quod in quæstionem venit, omnia mea sicut scribitis, se profitentur amplecti: videant, in quam, vtrum in primi libri posterioribus partibus, eorum duorum quos mei episcopatus initio antequam Pelagiana hęresis appareret, ad Simplicianum Mediolanen Au. ꝓbat se di sem Episcopum scripsi, remanserit aliquid quod voce- cisse: i principio tur in dubium, gratiam dei non secundum merita nostra sui episcopatus, dari: & vtrum ibi non satis egerim, etiam initium fidei ex gr̃a nõ dari sese donum dei: & vtrum ex ijs quę ibi dicta sunt, non cõ cundum merita, sequenter eluceat, & si non sit expressum, etiam vsque idẽ, c. prędecenti. in finem perseuerantiam non nisi ab eo donari, qui nos prędestinauit in suum regnum & gloriam. Deinde ipsam epistolam quam iam contra Pelagianos ad sanctum Paulinum Nolanum Episcopum feci, cui epistolę contradicere modo cœperunt, nonne ante annos plurimos ędidi? Eam quoque inspiciant quam dedi ad Sixtum Romanę ecclesię presbyterum, quando aduersus Pelagianos acerrima conflictatione certauimus: & talem reperient, qualis illa est ad Paulinum. Vnde recolant aduersus hęresim Pelagianam iam ante aliquot annos ista dicta esse atque conscripta, quę nunc eis displicere miran dum est: quanuis neminem velim sic amplecti omnia Au. neminẽ vul mea vt me sequatur, nisi in ijs quibus me non errare per sua dicta seq̃ nisi spexerit. Nam propterea nunc facio libros in quibus in ijs qbus illi opuscula mea retractanda suscepi, vt nec meipsum in om non errare per nibus me secutum fuisse demunstrem: sed proficienter me spexerit. existimo deo miserante scripsisse, non tamen a perfectione cœpisse: quandoquidem arrogantius loquor quam vetius, si vel nunc dico me ad perfectionem sine vllo errore scribendi iam in ista ętate venisse. Sed interest quantũ & in quibus rebus erretur, & quam facile quisq̃ corrigar, vel quanta pertinacia suum defendere conetur errorẽ. Bona quippe spes est hõ, si eũ sic proficientẽ dies vltimus vitę huius inuenerit, vt adijciantur ei quæ proficiẽti defuerunt, & perficiendus q̃ puniendus potius iudicetur. Quo circa, si hoibus q̃ propterea me dilexerũt, q̃ accidit ad eos anteq̃ me diligeret aliqua mei laboris vti

litas

Universidad de Deusto
Biblioteca

litas, nolo existere ingratus: quanto magis deo, quem nō diligeremus, nisi prius dilexisset nos, & fecisset dilectores suos? quoniam charitas ex ipso est: sicut dixerunt quos fecit magnos, non solum amatores, verum etiam prædicatores suos. Quid est autem ingratius, quam negare ipsam gratiam dei, dicendo eam secundum merita nostra dari? Quod in Pelagianis fides catholica exhorruit, quod ipsi Pelagio capitale crimen obiecit, quod ipse Pe- 1. Thi. 1.
lagius non quidem amore veritatis dei, sed tamen suæ dā nationis timore damnauit. Quisquis autem dicere gratiā dei secundum merita nostra dari, sicut catholicus fidelis exhorret: nec ipsam fidem subtrahat dei gratię, qua misericordiam consecutus est vt fidelis esset. Ac per hoc gratiæ dei tribuat perseuerantiam quoque vsque in finem, qua misericordiam consequitur, quam poscit quotidie vt non inferatur in tentationem. Inter initium autem fidei et perfectionem perseuerantię, media sunt illa quibus recte viuimus, quæ ipsi etiam donari nobis a deo fide impetrā te consentiunt. Hæc autem omnia, initium scilicet fidei, & cętera vsque in finem dona sua, deus largiturum se vocatis suis esse præsciuit. Nimiæ igitur cōtentionis est, prædestinationi contradicere, vel de prędestinatione dubitare. Quæ tamen non ita populis prædicanda est, vt apud imperitam vel tardioris intelligentię multitudinem redargui quodammodo ipsa sua prædicatione videatur: sicut redargui videtur & pręscientia dei, quam certe negare non possunt, si dicatur hominibus, siue curratis, siue dormiatis, quod vos præsciuit qui falli non potest, hoc eritis. Dolosi autem vel imperiti medici est etiam vtile medicamentum sic alligare, vt aut non prosit, aut obsit: sed dicendum est: Sic currite, vt comprehendatis, atque vt ipso cursu vestro ita vos esse præcognitos noueritis, vt legitime curratis: & si quo alio mō dei prescientia prędicari potest, vt hominis segnitia repellatur.

CAP. XXII.

QVANVIS ergo ita se habeat de prędestinatiōe definita sentētia volūtatis dei, vt alij ex infidelitate, accepta voluntate obediendi, conuertantur ad fidem, vel perseuerent in fide: cæteri vero qui in peccatorum damnabilium delectatione remorantur, si & ipsi prędestinati sunt, ideo nondum surrexerunt, quia nondum eos adiutorium gratię miserantis erexit. Si qui enim nondum sunt vocati, quos gratia sua prędestinauit eligendos, accipient eandē gratiam, qua electi velint esse & sint. Si qui autem obediunt, sed in regnum eius & gloriam prędestinati nō sunt temporales sunt: nec vsque in finem in eadem obedientia permanebunt. Quanuis ergo hęc vera sint, non tamē isto modo dicenda sunt audientibus multis, vt sermo ad ipsos etiam conuertatur, eisque dicantur illa istorum verba quæ

ba quæ vestris litteris indidistis, & quæ superius interposui: ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis dei, vt alij ex vobis de infidelitate, accepta obediendi voluntate veneritis ad fidem. Quid opus est dici, alij ex vobis? Si enim ecclesiæ dei loquimur, si credentibus loquimur, cur alios eorum ad fidem venisse dicentes, cæteris facere iudicamur iniuriam: cum possimus congruentius dicere: ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis dei, vt ex infidelitate veneritis ad fidem accepta voluntate obediendi, & accepta perseuerantia maneatis in fide? Nec illud quod sequitur est omnino dicendum, id est, cæteri vero qui in peccatorum delectatione remorramini, ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adiutorium gratiæ miserantis erexit: cum bene & conuenienter dici possit & debeat, Si qui autem adhuc in peccatorum damnabilium delectatione remoramini, apprehendite saluberrimam disciplinam. Quod tamen cum feceritis, nolite extolli quasi de operibus vestris, aut gloriari quasi hoc non acceperitis: Deus est enim qui operetur in vobis & velle & operari pro bona voluntate; & a domino gressus vestri diriguntur vt eius viam velitis. De ipso autem cursu vestro bono recto que condiscite vos ad prædestinationem diuinæ gratiæ pertinere. Item quod sequitur & dicitur: Veruntamen si qui estis nondum vocati, quos gratia sua prædestinauerit eligendos, accipietis eandem gratiam qua velitis & sitis electi: durius dicitur quam dici potest, si nos non quibuslibet hominibus loqui, sed Christi Ecclesiæ cogitemus. Cur enim non potius ita dicitur. Et si qui sunt nondum vocati, pro eis vt vocentur oremus? Fortasis enim sic prædestinati sunt, vt nostris orationibus concedantur, & accipiant eandem gratiam, qua velint esse atque efficiantur electi. Deus enim qui omnia quæ prædestinauit impleuit, ideo & pro inimicis fidei orare nos voluit: vt hinc intelligeremus quod etiam ipse infidelibus donet vt credant, & volentes ex nolentibus faciat. Iam vero qd illis verbis connectitur, miror si vllo modo potest in populo christiano quisquam infirmus patiēter audire, cum dicitur eis: Et si qui obeditis, si prædestinati estis reijcien di, subtrahentur vobis obediendi vires, vt obedire cessetis. Hoc enim dicere quid videtur aliud esse, quam maledicere, aut mala quodammodo prophetare? Sed si & de ijs qui non perseuerant aliquid placet dicere, vel necesse est, cur non potius ita saltem dicitur, vt pauloante dictū est: primum, vt non de ipsis qui in populo audiunt, hoc dicatur, sed de alijs ad ipsos, id est, vt non dicatur: Si qui obauditis, si prædestinati estis reijciendi: sed si qui obauditis, & cætera per verbi personam tertiam dicantur nō

Phil. 2.

Deus oīa quę p̄ destinauit īple uit, ideo nos vo luit, p̄ inimicis fi dei orare, vt a gnoscamus qd ex nolētibus v◉ lētes iaciat.

Supra cap. 15.

per secundam? Res enim non optabilis, sed abominabilis dicitur, & durissime atque odiosissime quasi in auditum frontem compellendo colliditur, quando quis eis quibus loquitur: dicit, Et si qui estis obeditis: si prædestinati estis reijciendi, subtrahentur obediendi vires vt, obedire cessetis. Quid enim sententię deperit, si ita dicatur: Si qui autem obediunt, sed in regnum eius & gloriam prędestinati non sunt, temporales sunt, nec vsque in finem in eadem obedientia permanebunt? Nõne & verius eadẽ res & congruentius dicitur vt non ipsius tantum malũ tanquam optare videamur, sed de alijs referre, quod oderint nec ad se existiment pertinere sperando orandoque meliora? Illo autem modo quo id dicendum putant, eadẽ sententia eisdem pene verbis etiam de prescientia dei, quam certe negare non possunt, pronunciari potest: vt dicatur: Et si qui obeditis, si prescisti estis reijciendi, obedire cessabitis. Nempe hoc verissimum est, incongruentissimum, non falso eloquio, sed non salubriter valetudini humanę infirmitatis appositio. Illum etiam modum quo vtẽdum esse in prędestinationis prędicatione nos diximus, loquenti ad populum non existimo debere sufficere, nisi hoc vel huiusmodi aliquid addat, vt dicat: Vos itaque etiam ipsam obediendi perseuerantiam a patre luminum, a quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum sperare debetis, & quotidianis orationibus poscere atque hoc faciendo confidere, non vos esse a prędestinatione populi eius alienos, quia etiam hoc vt facia tis, ipse largitur. Absit autem a vobis ideo desperare de vobis, quoniam spem vestram in ipso habere iubemini, non in vobis. Maledictus enim omnis homo qui spem habet in homine. Et, Bonum est confidere in domino quam confidere in homine, quia beati omnes qui confidunt in eum. Et hanc spem tenentes, seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quoniam de vita æterna, quã filijs promissionis promisit non mendax deus ante tempora æterna, nemo potest esse securus, nisi consummata fuerit ista vita, quæ tentatio est super terram, sed faciet nos perseuerare in se vsque in eius vitæ finem, cui quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem. Hæc atque huiusmodi cum dicuntur siue paucis Christianis, siue multitudini Ecclesiæ, cur metuimus sanctorum prædestinationem & veram dei gratiam, id est, quæ non secundum merita nostra datur, sicut eam sancta scriptura prædicat, prædicare? An vero timendum est, ne tunc de se homo desperet, quando spes eius ponenda demonstratur in deo: non antem desperaret, si eam in seipso superbissimus, & infelicissimus poneret? Atque vtinam tardi corde & infirmi qui non possunt, vel non dum

Iaco. 1.

Hebre. 13.
Psal. 17.

Matth. 6.

dum possunt scripturas, vel earum expositiones intelligere, sic audirent vel non audirent in hac quæstione disputationes nostras, vt magis intuerentur orationes suas, quas semper habuit & habebit Ecclesia ab exordijs suis donec finiatur hoc seculum.

CAP. XXIII.

De Hæc enim re quam nunc aduersus nouos hæreticos, non commemorare tantum, sed plane tueri & defensare, compellimur, nunquam tacuit in precibus suis, etsi aliquando in sermonibus exerendam nullo vrgente aduersario putauit. Quando enim non oratum est in Ecclesia pro infidelibus atque inimicis eius vt crederent? Quando fidelis quisquam amicum proximum, cõiugem habuit infidelem, & non ei petiuit a domino mentem obedientem in Christianam fidem? Quis autem sibi vnquam non orauit vt in domino permaneret? Aut quis sacerdotem super fideles dominum inuocantem, si quando dixit: Da illis domine in te perseuerare vsque in finem, non solum voce ausus est, sed saltem cogitatione reprehendere, ac non potius super eius talem benedictionem, & corde credente & ore confitente respondit, amen: cum aliud in ipsa oratione dominica non orent fideles, dicentes maxime illud: Ne nos inferas in tentationem: nisi vt in sancta obedientia perseuerent? Sicut ergo in his orationibus, ita & in hac fide nata est & crescit & creuit Ecclesia, qua fide creditur gratiam dei non secundum merita accipientium dari. Quandoquidem non oraret Ecclesia vt daretur infidelibus fides, nisi deum crederet & auersas & aduersas hominũ ad se conuertere voluntates: nec oraret Ecclesia vt perseueraret in fide Christi, non decepta vel victa tentationibus mundi, nisi crederet dominum sic in potestate habere cor nostrum, vt bonum quod nõ tenemus nisi propria voluntate, non tamen teneamus nisi ipse in nobis operetur & velle. Nam si hæc ab ipso quidem poscit Ecclesia, sed a seipso sibi dari putat, non veras, sed perfunctorias orationes habet, quod absit a nobis. Quis enim veraciter gemat, desiderans accipere quod orat a domino, si hoc a seipso se sumere existimet non abillo: præsertim, quoniam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus, ait Apostolus, interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus? Qui enim scrutatur corda, scit quid sapiat spiritus, quia secundum deum interpellat pro sanctis. Quid est, ipse spiritus interpellat: nisi interpellare facit gemitibus inenarrabilibus, sed veracibus, quoniam veritas est spiritus? Ipse est enim de quo alio loco dicit: Misit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem Abba pater. Et hoc quid est, clamãtem, nisi clamare facientem, tropo illo quo dicimus lætum diem, qui lætos facit? Quod alibi manifestat vbi dicit

Matth. 6.

Ecclesia credit deũ aduersas & auersas, ad se cõuertere hominũ voluntates.

Roma. 8.

Spũs interpellat hoc ẽ interpellare facit, idẽ ẽ Epist. 105. i. 2. T. & in exposi. quarũdã ꝓpositionũ Pau.

Universidad de Navarra Biblioteca

li ad Ro. in To.4 & i.2.T.ho.op. & in exposi.Ps. 53.&.57.i T. S. & i.1.de Tri.ca. 12.in T.3.& in lib.3.Hypogno. stico i To.7.& in isto.3.To.op. & sup Euāg.lo. trac.6.in To.9.

Gal.4

cit:Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus Abba pater. Ibi dixit, clamantem:hic vero, in quo clamamus:aperiens videlicet quomodo dixerit, clamantem:id est,sicut iam exposui,clamare facientem. Vbi intelligimus & hoc ipsum esse donum dei,vt veraci corde & spiritaliter clamemus ad deum. Attendat ergo quomodo falluntur,qui putant esse a nobis,non dari nobis vt petamus,quæramus, pulsemus: & hoc esse dicunt quo gratia prædicetur merito nostro vt sequatur illa,cum accipimus petentes, & inuenimus quærentes, aperiturque pulsantibus.Nec volunt intelligere etiam hoc diuini muneris esse vt oremus,hoc est petamus, quæramus atque pulsemus. Accipimus enim spiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus Abba pater. Quod vidit beatus Ambrosius: Ait enim,Et orare deum,gratię spiritalis est:sicut scriptum est:Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritusancto.Hæc igitur quæ poscit a domino, & semper ex quo esse cœpit poscit Ecclesia, ista deus vocatis suis daturum se esse præsciit, vt in ipsa prædestinatione iam dederit,quod Apostolus sine ambiguitate declarat. Scribens quippe ad Timotheum:Collabora,inquit,Euāgelio secundum virtutem dei saluos nos facientis,& vocantis vocatione sua sancta:non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam,quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora æterna, manifestata autem nunc per aduentum saluatoris nostri Iesu Christi. Ille itaque dicat Ecclesiam aliquando in fide sua non habuisse veritatem prædestinationis huius & gratiæ, quæ nunc contra nouos hæreticos cura diligentiori defenditur:Ille,inquam,hoc dicat,qui dicere audet aliquando eā non orasse,vel non veraciter orasse, siue vt crederent infideles,siue vt perseuerarent fideles.Quę bona si semper orauit,semper ea dei dona esse vtique credidit,nec ab illo semper cognita vnquam ei negare fas fuit. Ac per hoc prædestinationis huius fidem,quæ contra nouos hæreticos noua solicitudine nunc defenditur,nunquam ecclesia Christi non habuit.

1.Cor.12.

2.Tim.1.

CAP. XXIIII.

SED quid plura? Satis docuisse me existimo,vel potius plusquam satis,dona dei esse, & incipere in domino credere,& vsque in finem in domino permanere.Cætera vero bona ad vitam piam, qua deus recte colitur pertinentia, etiam ipsi propter quos hæc agimus, dei dona esse concedunt. Omnia porro dona sua & quibus ea fuerat largiturus, deum præscisse negare non possunt. Sicut ergo cætera prædicanda sunt, vt qui ea prædicat obedienter audiatur:ita prædestinatio prædicanda est vt qui obedienter hęc audit,non in homine, ac per hoc,vt non

1.Cor.12. Prędicāda pdestinatio, vt nō i hoibus,sed i dō gloriemur.

non in seipso,sed in domino glorietur, quia & hoc dei præceptum est obedienter audire:id est, vt qui gloriatur in domino glorietur,similiter vt cætera dei donum est. Quod donum qui non habet,non dubito dicere,alia quęcunque habet,inaniter habet. Hoc Pelagianis optamus vt habeant,istis autem nostris vt plenius habeant. Non itaque simus in disputationibus prompti,& in orationibus pigri,Oremus dilectissimi,oremus, vt deus gratiam det etiam inimicis nostris,maximeque fratribus & dilectoribus nostris,intelligere confiteri post ingentem & inefabilem ruinam qua in vno omnes cecidimus neminem nisi gratia dei liberari:eamque non secundum merita accipientium tanquam debitam reddi,sed tanquam veram gratiam nullis meritis præcedentibus gratis dari,Nullū autem est illustrius prædestinationis exemplum,quam ipse Iesus: Vnde & in primo libro iam disputaui, & in huius fine commendare delegi:Nullum est inquam,illustrius prædestinationis exemplum,quam ipse mediator. Quisquis fidelis vult eam bene intelligere, attendat ipsum,atque in illo inueniat & seipsum, Fidelis,inquam, qui in eo veram naturam credit,& confitetur humanam, id est nostram,quanuis singulariter suscipiente deo verbo in vnicum filium dei sublimatam, ita vt qui suscepit & quod suscepit,vna esset in Trinitate psona.Neque enim homine assumpto quaternitas facta est,sed Trinitas manet,assumptione illa ineffabiliter faciente personæ vnius in deo & homine veritatem.Quoniam non deum tantū dicimus Christum,sicut hæretici Manichæi: nec ita hominem tantum sicut hęretici Photiniani:nec ita hominem vt aliquid minus habeat,quod ad humanam certum est pertinere naturam:siue animam,siue in ipsa anima mentem rationalem,siue carnem,nō de fœmina sumptam,sed factam de verbo in carnem conuerso atque mutato,quæ omnia falsa & vana hæreticorum Apollinaristarum,tres partes varias diuersasque fecerunt,Sed dicimus Christum deum verum,natum de deo patre sine vllo initio temporis,eundemque hominem verum,natum de homine matre certa plenitudine temporis, nec eius humanitatem, qua minor est patre,minuere aliquid eius diuinitatē,quæ æqualis est patri:hoc autem vtrunque vnus est Christus, qui, & secundum deum verissime dixit, Ego & pater vnum sumus: & secundum hominem verissime dixit: Pater maior me est. Qui ergo hunc fecit ex semine Dauid hominem iustum, qui nunquam esset iniustus, sine vllo merito præcedentis voluntatis eius, ipse ex iniustis facit iustos,sine vllo merito præcedentis voluntatis ipsorum,vt ille caput,hi membra sint eius. Qui ergo fecit illum hominem sine vllis eius præcedentibus meri-

Nullū ē illustrius pdestinatiōis exēplū,quā Iesus Xps, idē in de pd. sanctorū c.15.i T.7.&in isto.3. To.op.

Ioan.10. Ioan.14. Qui fecit Xpm iustū,q nūquam fuit iniustus absq; vllo ꝓprię volūtatis merito,ille ex iniustis iu-

stos facit absque propriæ voluntatis merito, fidē in de pdest. sanctorū cap. 15. &. 16.

tis, nullum quod ei dimitteretur, vel origine trahere, vel voluntate pepetrare peccatum: ipse nullis eorum præcedentibus meritis facit credētes in eū quibus dimittat omne peccatum. Qui fecit illum talem, vt nunquam habuerit habiturusque sit voluntatem malam, ipse facit in membris eius ex mala voluntate bonam. Et illum ergo & nos prædestinauit, quia in illo vt esset caput nostrum, & in nobis, vt eius corpus essemus, non præcessura merita nostra, sed opera sua futura præsciuit. Qui legunt hæc si intelligunt, agant deo gratias: qui autem non intelligunt, orēt vt eorum ille sit doctor interior, a cuius facie est scientia & intellectus. Qui vero errare me existimant, etiam atq; etiam diligenter quę sunt dicta considerent, non fortassis ipsi errent. Ego autem cum per eos qui meos labores legunt, non solum doctior, verum etiam emendatior fio, propitium mihi deum agnosco: & hoc per Ecclesiæ doctores maxime expecto, si & in ipsorum manus venit, digneturque nosse quod scribo.

INCIPIVNT RESPONSIONES AD EXCERPTA. QVAE DE IANVENSI CIVITATE sunt missa.

Camillo & Theodoro venerabilibus presbyteris Prosper.

IN LIBRIS beatæ memoriæ Augustini Episcopi, quorum titulus est de prædestinatione sanctorum, quædam sanctitatem vestram vel insolita, aut minus clara, mouerunt, quæ ad humilitatem meam, de contextu disputationis excerpta, misistis, vt quo intellectu, vel quo iudicio ea accepertm, noscceretis: quasi plus in me, quam in vobis ad hæc introspicienda esset ingenij: ac non magis in hoc examine vestræ facultatis debueritis exercere mensuram. Et si aliqua vos morabatur obscuritas, decurrere ad patrem luminum, a quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum. & a quo datur spiritus sapientię & intellectus. Veruntamen præceptis

Iacobi. 1.

Esa. 11.

ceptis vestris obsequium meum non subtraham, & adiuuante domino, qui sapientiam præstat paruulis, de capitulis istis quid cum sanctis & eruditis fratribus sentiam, breuiter indicabo. Petens, ne, vbi est simplicitas obedientię, præsumptionem esse putetis doctrinæ. De excerptis itaque hæc prima proposuistis, in quibus verba sunt sancti Augustini Episcopi. Prouer. 1.

Primum dubium. Ex capite tertio
De prædest. sanctorum.

IACOB dilexi, Esau odio habui: Ad hoc pduxi ratiocinationē vt dicerem: Non ergo elegit Deus opera cuiusquā in prescientia quę ipse daturus est, sed fidē elegit in pscientia, Vt quem sibi crediturū esse prēsciret, ipsum elegerit, cui sanctū spiritū daret: vt bona operando etiā vitam ęternā consequeretur. Nondum diligentius quæsieram, nec adhuc inueneram qualis esset electio gratiæ. Roma. 9.

Dubium. II. Ex verbis eiusdem cap.

AC deinde subiunxi. Quod ergo credimus, nostrum est: quod autem bona operamur, illius est qui credētibus dat spiritum sanctum. Profecto nō dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri quæ datur in eodem spiritu: vtrunque nostrum est propter arbitrium voluntatis: vtrunque tamen datum est propter spiritum fidei & charitatis.

Dubium. III. Ex verbis eiusdem cap.

AC per hoc quod etiam postea dixi: quia neque velle possumus nisi vocemur: & cum post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra, & cursus noster, nisi & Deus vires credentibus prębeat, & ducat quo vocat. Roma. 9.
Ac deinde subiunxi: Manifestum est ergo non volentis neque currentis, sed miserentis Dei esse quod bene operemur. Omnino verissimum est, sed parū de ipsa vocatione disserui, quæ sit secundum propositum Dei. Non enim omnium qui vocantur talis est, sed tantum electorum.

Responsio ad hæc tria.

IN his tribus capitulis, licet diuisa sint a disputatione corpora, & eo ipso obscuriora sint facta, qđ & precedētibus, & medijs, & subsequētibus nō cohęrēt: intelligo tamen quod vnam atque eandem causam scriptor exequitur: de eis loquens, qui dicebant eum primo conuersionis suæ tempora meliora sensisse, quando æstimabat quod fides: qua christiani sumus, non esset ex gratia, nec ex dono haberetur dei, sed esset ex ipso homine, & ex arbitrij libertate. Modo autem errare eum, quia asseret ipsam etiam fidem, Dei esse donum: & ad hanc quoque pertinere, quod dictum est: Quid autem habes quod non accepisti? Neque recte eum nūc electionem Iacob ad propositum Dei referre, quam prius ad præscientiā retulisset. 1. Cor. 7. Roma. 9.

Ad hanc ergo obiectionem respondet, se, antequam cognosceret gratiæ veritatem, & antequam regendæ præponeretur ecclesiæ, in hac opinione ignoranter errasse: sed in ipso episcopatus sui exordio, sanctæ memoriæ Simpliciano Mediolanensi antistite, de Iacob electione, & de Esau reiectione consulto, totam quæstionem ad hos geminos pertinentem, sagaciore diligentia ventilasse: & omnibus rationandi viribus hoc indubitanter agnouisse, quod electionem gratiæ nulla merita humana præcedant: & quod fides, vnde incipiunt omnia merita, donum sit dei: Ne gratia non sit gratia, si aliquid eam, propter quod tribuatur, anteuenit. Itaque in eo quod dictum est, Iacob dilexi, ostensum esse quid homini donaretur: & in eo quod dictum est, Esau autem odio habui, ostensum esse, quod homini debetur. Hoc autem se in libro Retractationum secundo suo opere studiose recoluisse. Et cum omnes opiniones suas censoria grauitate discuteret, istam, quam obtrectatores eius eligunt, improbasse, quam ante Pelagianæ hæresis ortum futuro errori amicam esse præuidit, & reuelata sibi gratiæ veritate reiecit. Quæ igitur ratio est, vt hanc viri huius professionem non approbemus, qua nos ad castigandas opiniones nostras, si quas forte imprudenter incidimus, exemplo suæ correctionis instituit: & qua docet a Deo nos accipere, quod vt accipiamus iubemur orare. Si enim consideremus Pelagianæ argumenta perfidiæ, quid magis nititur obtinere, quam vt videatur gratia Dei secundum merita nostra dari? vt in eo ipso, in quo gratiam necessariam confitetur, meritis eã humanæ voluntatis eneruet, Quam peruersitatem omnino incurrit, qui fidem ad Dei munera non putat pertinere. Aut ideo eam se iactitat Deum referre, quia ab ipso sit creata natura, cui rationabilem inseruit libertatem, per quam vnusquisque & credere & non credere in sua habeat potestate. Et de hoc naturali bono qui nullius præcedentibus meritis cum crearetur accepit, cætera dona mereatur. Hoc autem qui asserit, fatetur, credo, nobiscum, quod in primo Adam omnium hominum natura vitiata sit: nec negat eam in illo lapsu suas amisisse virtutes, quas nisi per gratiam recipiat, habere non possit. Quid est autem quod eidem naturæ, solam fidem non vult esse præceptam, quam nisi primam amisisset cæteris bonis omnibus non careret? Credendo enim Adam diabolo, non credidit Deo: & cum spiritu superbiæ inebriatus esset, discessit a domino cor eius: & factus est seruus apostatæ, dum liber vult esse iustitiæ. Cum itaque non haberemus continentiam, nisi Deus daret, nec haberemus dilectionem sanctã, nisi charitas dei diffunderetur in cordibus nostris per spiritum sanctũ, qui datus est nobis

Dogma Pelagianum.

Rom.5.

Gen.3.

Rom.6. Sap.8.

Rom.5.

bis cum postremo nemo haberet sapientiam & intellectum, consilium & fortitudinem, scientiam, & pietatem ac timorem domini, nisi has virtutes Spiritus sanctus daret, quomodo fides in Adam perdita, in quo quam filiorum eius inueniretur, nisi eam idem spiritus qui omnia in omnibus operatur, infunderet. Vnde si quod Adam perdidit, posteritas non amisit, ipsum solum læsit peccatum eius, & nõ genus humanum. Sed omnes in vno peccauerunt, & præuaricationis merito, tota eius propago damnata est. Omnes igitur quod Adam perdidit, perdiderunt. Perdidit autẽ primitus fidem, quam omnes, quia primum potuimus emittere, primam habemus accipere. Placeat ergo nobis hæc gratiæ prædicatio, quam fides donum dei esse defenditur: & in nullo nobis potuerit Pelagianus error illudere: qui vt gratiam persuadeat debitam fidem non vult esse donatam. Quia ergo nec iusta, nec rationabilis intelligitur eorum fuisse persuasio, qui huius viri scientiam tot incrementorum profectibus ædificatam, tot annorum studijs expolitam, ad adolescentiæ rudimẽta reuocabant, vt magis suffragaretur hæreticis, quod inter initia conuersionis suæ imperite senserat, quam prodesset catholicis, quod pontificali diligentiæ veritas reuelarat, merito illos hoc præiudicio vtentes, & in his quæ dudum abdicata fuerant, immorantes, pij doctoris grauitas notat: Quod qui curauerunt omnes sensus ipsius indagare, voluerint cum eius eruditione proficere. Sed iã cõsideremus quale sit, qđ de subsequẽtibus adnotastis.

Esai.11.

2.Cor.11.

Roma.5.

Adam primitus perdidit fidem.

Dubium. 1111. Ex cap.5. de prede. san.

NON quia credere vel non credere, non est in arbitrio voluntatis humanæ, sed in electis præparatur voluntas a domino.

Responsio.

IVNGAMVS quod sequitur, vt quod propositum est de connexo sermone sit clarius, ideo ad ipsam quoque fidem pertinet. Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? Multi audiunt verbum veritatis: sed alij credunt, alij contradicunt. Volunt ergo isti credere nolunt autem illi. Quis hoc ignoret? quis hoc neget? Sed cum alijs præparetur, alijs non præparetur voluntas a domino, discutiendum est vtique, quid veniat de misericordia, quid de iudicio. Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt sicut scriptum est: Dedit illis spiritum cõpunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant vsque in hodiernum diem. Et Dauid dicit: Fiat mẽsa eorum in laqueum, & in venationem, & scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Ecce misericor

1.Cor.4.

Roma.11. Esa.6. Psal.68.

dia

diam! & iudicium, misericordia in electione, quę con-
secuta est iustitiam Dei: Iudicium vero in cęteros, qui ex
Roma.11. cęcati sunt: & tamen illi quia voluerunt crediderunt: illi
quia noluerunt non crediderunt. Misericordia igitur &
iudicium, in ipsis voluntatibus facta sunt: electio quip-
pe istis gratiæ est non vtique meritorum. Super us. n.
dixerat: Sic enim & in hoc tempore reliquiæ per electio
nem gratię saluę factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex
Pfal.24. operibus: alioquin gratia, iam nō est gratia. Gratis ergo cō
Roma.2. secuta est quod consecuta est electio. Non præcessit eo-
rum aliquid quod priores darent & retribueretur illis.
Pro nihilo saluos fecit eos. Cæteri autem qui excęcati
sunt, sicut ibi non tacitum est, in retributione factum est,
vniuersę vię domini misericordia & veritas. Inuestigabi
les autem sunt viæ ipsius. Inuestigabilis igitur misericor
Roma.8. dia qua gratis liberat, & veritas qua iustę iudicat. Hęc
omnia apud pium catholicumque lectorem, quid offen-
sionis pariunt quid contradictionis incurrunt? Nunquid
falsum est, quod prępparatur voluntas a domino? Nū quid
non quotquot spiritu dei aguntur, hi filij dei? Nunquid
hominem ab homine natura discernit, ac non potius gra
tia ab infideli fidelem? Nunquid potest vllus dicere ha
bere se, quod non accepit: aut quasi de non accepto, sed
Roma.11. proprio gloriari? quod si non accepisset, vtique non ha-
beret. Nunqd dubiū est, cū verbū veritatis p̄dicat, alios
volūtate credere? alios volūtate nō credere? Sed cū illo-
Cap.6.de prędę. rū cor Deus apperuerit illorū aūt nō aperuerit discern-
sanctoru dū est qd veniat de misericordia, q de iudicio. Post cō me
morationē aūt Apostolicæ snię, qz ꝓpheticis testimonijs
astruit, qđ iustitiā Dei, quā Israel quęrēs cōsequutus s nō
est electio sit consecuta per gratiā, cęteris ex retributione
cęcatis, nūqd nō verissime dictū est: Ecce misericorrdia
& iudicium: misericordia in electiōe, q cōsequuta est iu-
stitiā Dei: iudiciū vero in cęteris, q excecati sunt. Et pau
lopost. Gratis ergo cōsequuta est, qđ cōsequuta ē electio:
Nō p̄cessit aliqđ eorū qđ priores darēt, & retribueret il
lis: p nihilo saluos fecit eos. Cæteris aūt q excęcati sunt,
Pfal.24. sicut ibi non tacitum est, in retributione factum est. Quis
Roma.11. hic locus querimoniæ, nisi apud inimicos gratiæ: qui nisi
ad retributionem referatur quod gratis datur, ad iniqui-
tatem volunt pertinere quod redditur. Deinde quod de
Propheticis intulit verbis: vniuersę viæ domini miseri-
cordia & veritas: quis negat? Aut quod de Apostolico
adnexuit sensu: Inuestigabiles sunt autem vię ipsius? Inue
stigabiles igitur sunt, & misericordia, qua gratis liberat
& veritas qua iuste iudicat. Non est ergo sanarum men-
tium ista reprehendere: & inuestigabiles vias domini
hoc est dona misericordię & iudicia veritatis, Pelagia-
norum

norum elationi penetrabilia deputare. Quia secundum
ipsos non latet, consilium dei, nec in occulto est diuinæ
ratio voluntatis, si erga omnem hominem tam gratia dei
quam & ira merito est.

Dubium. v. Ex. cap. 9. de prędę sanc.

POST hæc posuistis quod infra dictum est: Fides igi
tur & inchoata, & perfecta, donum dei est: & hoc do-
num quibusdam dari, quibusdam non dari, non du-
bitet, qui non vult manifestissimis sacris literis re-
pugnare.

Responsio.

HOC qui non recipit, cuius videtur esse sententię, nisi
dicentis: fides per quam iustificor, ex me est, & hoc bo-
num, ex quo iustus viuit, non accepi per gratiam, sed ha
beo per naturam? Si ergo fides donum Dei non est, fru-
stra & de sua pro non credentibus orat vt credant, & suf Gala.2.
ficit impio magisterium legis adhiberi; de qua dictū est: 1.Thes.2.
Si ex lege est iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.
quod similiter dici potest etiam de natura. Frustra etiam
Apostolus gratias agit Deo pro his, qui Euangelium re-
ceperunt cum hoc secundum Pelagianos non Dei sit prę Roma.1.
stitum munere, sed ex sola habeatur hominum volunta- 1.Cor.13.
te. Et frustra quibusdam præcatur idem Apostolus, vt sit Roma 3.
eis pax & charitas cum fide a deo patre & domino Iesu
Christo: vt iam non solum de fide, sed etiam pace & cha-
ritate superbia hæreticorum conuincatur dicere de pro-
prio se has habere virtutes. Quod si hæc ex homine sunt
quid obest, vt non ex semetipso habeat & cætera bona
quæ inferiora sunt, cum audeat sibi deputare quæ sum-
ma sunt, & sine quibus alia, quanuis multa & clara, non
prosunt. Non potest itaque merito refutari quod dictum Ephe.2.
est. Fides igitur & inchoata & perfecta, donum dei est
quia eadem & Apostoli vox est, dicentis: Gratia salui
facti estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim do-
num est, non ex operibus: ne forte quis extollatur. Et Philip.1.
vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum Heb.12.
credatis, sed etiam vt patiamini pro eo. Et iterum: Per
patientiam curramus ad propositum nobis certamen,
aspicientes in authorem fidei & consumatorem Iesum.
Quibus & plurimis alijs testimonijs diuinarum scri-
pturarum, indubitanter agnoscitur, quoniam sicut
ab hoc viro definitum est, fides & inchoata & perfecta,
donum est dei: & hoc donum, inquit, quibusdam dari,
quibusdam non dari omnino non dubitet, qui non
vult manifestissimis sacris literis repugnare. Non pu-
temus hoc veraciter dictum, si omnes homines fideles
sunt: sed cum alij credant, alij vero non credant, di-
catque Apostolus: Non enim omnium est fides: quis non 2.Thes.3.
videat:

videat fidem, quam accceperunt qui habent, non accepisse qui non habent.

Responsio.

Dubium. VI. Ex cap. IX. de præd. sanct.

DEINDE Ait: Cur autem non omnibus detur, fidelem mouere non debet, qui credit ex vno omnes isse in condemnationem sine dubitatione iustissimam: ita vt nulla esset Dei iusta reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur. Vnde constat magnam esse gratiam quod plurimi liberantur: & quid sibi deberetur, in eis qui non liberantur, agnoscunt, vt qui gloriatur, non in suis meritis, quæ paria videt esset damnatis, sed in domino glorietur. Cur autem istum potius quam istum liberet, inscrutabilia sunt

Roma. 9. iudicia eius, & inuestigabiles viæ ipsius. Melius enim & hic audiemus: O homo, tu quis es qui respondeas Deo? quam dicere audeamus, quasi nouerimus quod occultũ esse voluit, qui tamen aliquid iniustum velle non potuit. Hæc omnia si non recte dicta sunt, scrutabilia sunt iudi-

1. Cor. 1. cia Dei, & vestigabiles viæ eius. Nec occultum est, quare ille potius, quam iste saluatur, & in se nõ in domino gloriabitur, qui, alijs vitio suo pereũtibus, electione dignus inuentus est. Ac sic iustitia quidem erit, quod plurimi dãnantur: sed non erit gratia, quod plurimi liberantur. Absit hæc a catholicis cordibus, absit talis impietas, vt quẽ quam putemus meritis suis erui de potestate tenebrarum & in regnum filij Dei debita non gratuita adoptione trãsferri. Magno peccato perijt Adam, & in illo omnes perierunt. Quia omni homini damnata natiuitate geniro, hoc in Adam debetur vt pereat. Et sicut non possumus conqueri de eo quod in præteritis seculis dimisit omnes gentes ingredi vias suas, ita iustam non haberemus quæ relam, si cum eis, cum quibus nobis fuit causa communis, cessante adhuc gratia, periremus. Quę tamen sicut

2. Thi. 1. tunc de omni mundo eruit paucos, ita nunc de vniuerso genere hominum saluat innumeros: non secundum opera nostra, sed secnndum suum propositum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora æterna.

Dubium. VII. Ex. XVI. de præd. san.

SVBNEXVISTIS Etiam, quod post multa differẽs ait: est ergo in malorum potestate peccare: vt autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed Dei, diuidentis tenebras, & ordinantis eas, vt hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei.

Responsio.

QVOD Cum sit apertissimæ veritatis, miror inter obscura decerptum: quasi non ex cohærentibus potuerit omnis hæsitatio lectoris absolui. Inspicite ergo quod sequitur: Legimus, inquit, in actibus Apostolorum, quod

Act. 4.

cum dimissi a Iudæis Apostoli veniissent ad suos, & indicassent quanta ei sacerdotes & seniores fecerunt, leuauerunt illi vocem vnanimes omnes ad dominum, & dixerunt. Domine tu es qui fecisti cœlum & terram, & om Psal. 2. nia quę in eis sunt, qui per os patris nostri Dauid sancti pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi me ditati sunt inania. Astiterunt reges terrę, & principes cõ uenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim in veritate in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pilatus & populus Israel, facere, quanta manus tua & consilium prędestinauit fieri. Si ergo quæ per eos patris nostri Dauid spiritus sanctus prophetauit, aliter intelligi vllo modo, quam ab apostolis sunt intellecta, non possunt, & Herodes ac Pilatus & populus Israel fecerunt, quanta manus Dei & consilium prædestinauit fieri, quod inconueniens ait admirabilis disputator? est, inquiens in malorum potestate peccare: vt autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciat, non est in eorum potestate, sed Dei diuidentis tenebras & ordinantis eas: vt hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei. Male enim velle facillimũ est malis: & eorum damnabilem voluntatem non dubiũ est a Dei potestate concludi, vt effectum cupiditatis suæ nisi ille permiserit, habere non possint. Vti autem sapientiam & iustitiam Dei etiam malorum operibus, quæ ex ipsorum prodeunt appetitu, ad implenda consilia & iudicia sua, nullus, vel tenuiter secendum pietatem doctus, ignorat: qui videt Dei patris optimam voluntatem, non parcentis filio suo, sed pro nobis omnibus tradentis eũ, pessima traditorum Iudę & Iudęorum voluntate completam: Et qui in Euangelicis paginis legit, dicente Pilato ad Iesum, Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? respondisse, dñm: non haberes in me potestatẽ vllã, nisi esset tibi data desuper. Diuidit itaque Deus inter lucẽ & tenebras: nec ideo inculpabiles sunt tenebrę, qa eis bñ vtitur Deus, qui etiam de opere ipsorum, quod filijs lucis in bonum procederet ordinauit: tantum progredi sinens malitiam nocere cupientium, quantum eam sanctis suis vel castigãdis nouit vtilem vel probandis: vt hinc etiam qđ faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei.

Dubium. VIII. Ex. XIIII. de bono perseuerantię.

SEQVITVR Deinceps quod in libro inuenitur secundo: an quisquam dicere audebit, Deum non prescisse quibus esset daturus vt crederent, aut quos daturus esset

esset filio suo, vt ex eis non perderet quenquam? Quę vt
que si pręsciuit, profecto beneficia sua, quibus nos digna
tur liberare, pręsciuit. Hęc est prædestinatio sanctorum ni
hil aliud, pręscientia scilicet, & præparatio beneficiorum
Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur.
Matth.11. Cæteri autem vbi, nisi in massa perditionis iusto diuino
iudicio relinquuntur, vbi Tyrij relicti sunt & Sidonij,
qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vi
dissent. Sed quomodo vt crederent non eis erat datum,
etiam vnde crederent est nagatum.

Responsio.

QVI Istis resistunt, hoc sentire apertissime proban
tur quod fides non sit donum Dei, & quod gratia nō pre
ueniat liberum arbitrium sed sequatur, & quod gratia
Dei secundum merita nostra detur. Nam si aliquid con
ferri homini per gratiam confitentur, & id non accipit ni
si fides, quæ accepta non est, in ipsa est meritum, cui non
donum datur, sed debitum redditur. In hac sententia posi
ti, consequenter sapiunt, eos esse prędestinatos in vitam
æternam, quos per libere voluntatis arbitrium fideles fu
turos pręscierit Deus, vt ipsa electorum prædestinatio nō
sit nisi retributio. Atque ita in his, qui prædestinati sunt
secundum propositum eius qui vniuersa operatur, non
operetur Deus fidē: nec vlla sint hominis merita, si deus
operatur vniuersa. Vere qui ista sentiunt fidem non acce
perunt: aut quam acceperant perdiderunt, sequendo va
nissimam Pelagianorum superbiam, & in se & in domino
Roma.1. gloriando, qui operatur omnia in omnibus, bona profe
1.Cor.3. cto non mala. Et si omnia bona, vtiq; & fidem, sine qua
Psal.126. nemo potest ei placere: & quę est virtutū, omniū fundamentum. Quale est autem: Vt cum Dei sit ædificatio. Et:
nisi dominus ædificauerit domum, inuanum laborant
qui ædificant eam: aut nolint isti fundamentum ad ædi
ficium pertinere: aut se velint inchoare; quod dominus:
possit extruere: Non erit ergo illis principium filius dei
2.Tim.2. non fundabuntur in ipso angulari lapide Christo Iesu:
nec de eis dictum est: Firmum autem fundamentum Dei
stat: quia totam electionem suam solubili harenæ & suc
ciduo cinere super ponunt. Agnoscamus itaque sapienter
pieque fateamur: pręscisse incommutabiliter Deum: quī
bus esset daturus vt crederēt: aut quos daturus esset filio
suo: vt ex eis non perderet quenquam. Et si hęc pręsciuit
beneficia sua illum quibus nos dignatur liberare: pręscis
se. Et hanc esse prędestinationē sanctorum: prædestinatio
nem scilicet & præparationem gratię Dei qua certissime
liberantur. Cęteros autem quicunque non liberantur:
quos a generali perditiōe humani generis gratia nō exe
mit iusto nouerimus iudicio nō exemptos: & quid no-
bis

bis remissum sit in eius discamus: de quorum quæri dam
natione non possumus. Nō est enim iniquitas apud Deū 2.Pa.19.
neque quisquam sub iudicio eius innocens perit. Sicut n.
hic ipse insignis gratiæ prædicator alibi ait: Reddit om
nino Deus & mala pro malis:, quomodo iustus est, &
bona pro malis, quomodo bonus est, & bona pro
bonis, quomodo iustus & bonus est: tantummodo
mala pro bonis non reddit, quomodo iniustus non
est. Reddit ergo mala ꝓ malis, pœnam pro iustitia: & red
dit bona pro malis, gratiam pro iniustitia: & reddit bo
na pro bonis, gratiam pro gratia: cum aliqui pereunt nō
dubitemus ipsorum meritis deputari quod pereūt: quos
vtique posset Deus misericorditer liberare si vellet. Et
cum aliqui liberantur, non audeamus definire quod dī
gni fuerint liberari: quos vtique posset Deus iuste dam
nare si vellet. Quare autem non omnes, aut quare il- Non debemus q̄
los potius quam illos liberet, nec necessarium est quere rere, qa nō ē pos
re, nec possibile reperire: cum omissis discretionis istius sibile reperire q̄
causis scire sufficiat, quod nec misericordia iustitiam, re deus hūc sal
nec iustitia auferat misericordiam apud eum, a quo ne uet illū vero in
mo nisi iuste damnatur, nemo nisi misericorditer libera damnatione re
tur. De Tyrijs vero & Sidonijs quid aliud possumus di linquat
cere, quam nō esse eis datum vt crederent, quos etiā cre
dituros fuisse, ipsa veritas dicit, si talia, qualia apud non Matth.11.
credentes facta sunt, virtutum signa vidissent. Quare au
tem hoc eis negatum fuerit, dicant, si possunt, qui calum
niantur. & ostendant cur apud eos dominus mirabilia,
quibus profutura non erant, fecerit. Nos etiam si ratio
nem facti, & profunditatem iudicij eius penetrare non
possumus, manifestissime tamen scimus, & verum esse
qđ dixit, & iustum esse quod fecit. Et non solum Tyrios
& Sidonios, sed etiam Corazin & Bethsaida potuisse cō
uerti, & fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis dominus
voluisset operari. Neque enim vlli falsum videri potest
quod veritas ait: Nemo potest venire ad me, nisi fue- Ioan.6.
rit ei datum a patre meo: Et, vobis datum est nosse Luc.8.
mysteria regni cœlorū, illis aūt nō est datū: Et, nemo no
uit filiū nisi pater, neq; patrē quis nouit nisi filius, & cui
voluerit filius reuelare: Et sicut pater viuificat mortuos,
ita & filius quos vult viuificat: & nemo pōt dicere dñm
Iesum nisi i spiritu sancto. His diuinarū vocū authoritati Iesai.
bus eruditi, gratias agamus Deo, qui dedit nobis spiritū
fidei & virtutis, continentię & charitatis, sapientiæ & in
tellectus, consilij & fortitudinis scientię & pietatis ac ti
moris sui. Quæ bona si non dedisset nobis qui omnia o
peratur in omnibus, prorsus non haberemus in nobis:
& cum his qui non cognouerunt dominum, aut cum co
gnouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias
egerunt

egerunt, sed hoc ipsum suę sapientię deputantes, stulti facti & obscurato corde euanuerunt in cogitatiõibus suis: Cum his, inquã, sederemus in tenebris & in vmbra mortis, nec quærelam habentes de pœna, nec excusationem de ignorantia, nec præsidium de natura.

Luc.1.

Dubium, 1x. Ex cap. 15. de bono perse.

NVNC iam quod sequitur, quale sit videamus. Sed aiunt, vt scribitis, neminem posse correptionis stimulis excitari, si dicatur in conuentu ecclesię audientibus multis. Ita se habet de prędestinatione definita scientia voluntatis dei, vt alij ex vobis accepta obediendi voluntate veneritis ad fidem, vel accepta perseuerantia permaneatis in fide. Cæteri vero qui peccatorum delectationem reminiscamini, ideo nondum surrexistis, quia nec dum vos adiutorium gratiæ miserentis erexit. Veruntamen si qui estis nondum vocati, quos gratia sua prædestinauerit eligendos, accipietis eandem gratiam qua velitis & sitis electi. Et si qui obeditis, si prędestinati estis reijciendi, subtrahentur obedientiæ vires, vt obedire cessetis.

Responsio.

STVPEO sanctitatem vestram obiectionem calumniantium, a persona defensoris gratiæ non potuisse discernere, & verba obtrectantium ei ipsi, qui obtrectatoribus suis respondet aptasse. Hæc enim de doctrina Catholici viri quidam nequiter, & nugatorię iactitabant, quod qui talem Dei gratiam prędicaret, vt fides & obedientia cætereque virtutes: & in eis vsque in finem perseuerantia: non nisi ex dono Dei habere posse credantur, consequens esset vt talibus verbis vteretur ad populum: & huiusmodi denunciationibus omnem liberi arbitrij euitaret industriam. Quod quia pissimus doctor literis eorum: ad quos scribit, agnouerat: ideo ait: Sed aiunt: vt scribitis, & postea: Ista cum dicunt. Ex hoc ergo potuistis, aduertere non ipsum hæc dicere, sed eos, de quibus dixit: sed aiunt, vt scribitis, &, Ista cum dicunt. Quod si

Roma.3.

militer Apostolus ait: Sicut aiunt nos quidam dicere, faciamus mala vt veniant bona. Inferius autem vbi plenius ad ista respondet, multo manifestius patet, quam hęc ab ipso nunquam taliter dicta sint, & quantum ei huiusmodi prędicationis forma displiceat Quam corrigens & mundans, atque emendans, tolerabiliorem audientibus facit, quæ vera sunt temperans, quę falsa sunt resecans, & post multa adijciens. Iam vero quod illis verbis connectitur, miror si vllo modo potest in populo Christiano quisquam infirmus patienter audire, cum dicitur eis: & si qui obeditis, si prædestinati estis reijciendi, subtrahuntur obedientię vires vt obedire cessetis. Hoc enim dicere quid videtur aliud esse, quam male dicere, aut mala quodam

la quodam modo prophetare? Et post hæc cum diceret qualiter de his loquendum esset in populo: proprijs sensus verba connexuit dicens: Illum etiam modum quo vtendum esse in prædestinationis prædicatione nos diximus, loquendi ad populum, non existimo debere sufficere, nisi hoc, vel aliquid huiusmodi addat vt dicat: vos ita

Iacobi.1.

que etiam ipsam obediendi perseuerantiam a patre luminum, a quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum, sperare debetis & quotidianis orationibus poscere: atque hoc faciendo confidere, non vos esse a prædestinatione populi eius alienos: quia etiam hoc vt faciatis ipse largitur. Absit autem a vobis ideo desperare de vobis: quoniam spem vestram in ipso habere iubemini, non in vobis. Maledictus enim omnis qui spē habet in homine: & bonum est confidere in domino, quam beati omnes qui confidunt in eum. Hanc spem tenentes, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore, quoniam de vita æterna, quam filijs promissionis promisit, non mendax Deus ante tempora æterna, nemo potest esse securus, nisi consummata fuerit ista vita, quæ tentatio est super terram, Sed faciet perseuerare in se vsque ad huius vitæ finem, cui quotidie dicimus: ne nos inferas in tentationem. Videtis ne obsecro, quantum distet hic sermo ab eo, quem composuit malignitas oblo quentium? qui studuerunt etiam ea, qnæ recte dicit, exquisita verborum fraude corrumpere? De quo idem doctor rectissime ait: Doloſi autem vel imperiti medici est, etiam vtile medicamentum sic alligare, vt aut non prosit, aut obsit. Et iterum de simili ineptia: Nempe, inquit, hoc verissimum est: ita sane: sed improbissimum, importunissimum, incongruentissimum: non falsum eloquio, sed non salubriter valitudini humanæ infirmitatis appositum. Non igitur necesse est de his rationem reddere: quæ & ab alijs dicta, & ab ipso ostendimus improbata: ita tamen, vt nihil sibi per falsorum admixtionem præripi pateretur ex veris. Quanuis enim nunquam tam insipienter locutus sit ad populum Christianum & id quod men dax obtrectatio ineptissime finxit, horruerint, pia tamen, constantique doctrina abundanter probauit prædicandam esse ecclesiæ prædestinationem: in qua est gratiæ præparatio: & gratiam, in qua est prædestinationis effectus: & præscientiam Dei, qua ante secula æterna quibus esset collaturus sua dona præsciuit. Cuius prædicationis quisquis est impugnator, apertissimus est Pelagianæ elationis adiutor. Hoc autem quod in fine posuistis, in superiori capitulo, vbi Tyriorum & Sidoniorum mentio facta est, debuit copulari: quia etiam in libri

Hiere.17. Psal.117. Psal.2.

Prędicãda p̃de stinatio q̃ bñficiorũ dei ẽ p̃paratio Aug. in de p̃dest. san. c. 10. & de bono pseue. 14. i To. 7. & in isto 3. To. op.

corpore eidem causæ, sine cuiusque diuersæ disputationis interiectione, connexum est. Vnde & responsio, quæ præcedentibus subdidi, potest etiam ad istas sufficere: in quibus nulla est obscuritas, si de fide prædestinationis & gratiæ dei, ex qua est omnium bonorum origo perseuerantiaque meritorum, hoc teneatur quod habet veritas.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE PRAEDESTINATIONE Dei.

CAP. I.

Num. 22.

DE Prædestinatione dei locuturi, anxietatibus quibusdam inuoluimur, quia dum conscientiam nostræ stoliditatis perscrutamur ab appetitu tam arduæ disputationis reprimimur. Sed dum ad omnipotentiam illius qui per os asinæ irrationalis, rationali sessori verba voluntatis suæ monstrauit, mentē reducimus, sub spe superni adiutorij, ad audendum vires accipimus, scientes quia quicquid boni loquimur vel facimus, non ex nobis hoc, sed ex deo accipimus.

CAP. II. Prædestiatio alia alligationis alia conditionis.

IN Primis nefas est dicere, deum aliquid nisi bonum prædestinare. Sed prædestinationum, aliæ sunt alligationis, aliæ conditionis: istæ sunt iustitiæ, illæ potentiæ. Vt lucidius fiat quod dicitur, quæ sunt alligationis & potentiæ, quæ cōditionis & iustitiæ, demonstretur. Creauit deus cœlum & teram, solē & lunam, diem & noctem: prædestinauit insuper vt cœlum semper volueretur, terra immobilis circumuoluenti cœlo loco centri haberetur: sol & luna diei noctiq; præsentiam &nox certis temporibus vicissim succederent. Hę prædestinationes potentiæ sunt et alligationis. Vnumquodque. n. eorū quę prædiximus, sic alligatum est suo operi per prædestinationem dei, ut ab eo dimoueri non possit. Creauit deus hominem, & prædestinauit vt si obediens esset, ac a gustu vetiti pomi se abstineret, in vita permaneret: sin autem inobediens esset, sententiam mortis subiret. Hęc prædestinatio conditionis est &

& iustitiæ. Non enim deus ante casum hominis sic eum per potentiam alligationis prædestinauit mori, vt necesse esset eum mori, sed sub ea conditione, si peccaret. Quia igitur peccauit homo, iustum erat vt moreretur, si non peccaret, nullo vinculo prædestinationis diuinæ morti alligaretur.

CAP. III. MORTIS Itaque prædestinatio sub conditione fixa fuit in deo, propter casus humani præscientiam: non tamē vim faciens in homine per potentiam, vt duceret eum ad mortis sententiam. Ergo prædestinatio huiusmodi non absolute est causa mortis, sed peccatum causa prædestinationis & mortis. Non enim sic dicitur de hominis morte, vt de cœli volubilitate. Interroganti enim alicui, quare cœlum voluitur? respondemus, quia deus prædestinauit. Hęc responsio absoluta est, nec aliam quærit. Si autem aliquis quærit, quare homo moritur? non absolute respondere possumus, quia deus prædestinauit: non enim prædestinaret, nisi eum peccaturum præsciret. Peccatum quippe in homine, in deo incitat zelum iustitiæ; zelus vero iustitiæ: prædestinationem: prædestinatio autem attrahit mortem. Et huius concatenationis initium & finis in homine est. Quare enim homo moritur? Quia deus prædestinauit. Quare deus prædestinauit? Quia iustus est, & iuste facit. Quare iuste facit? Quia homo peccauit. Ecce ex homine peccatum, & in homine mors. Est qui dicat: quomodo possit esse peccatum causa prædestinationis, cum esset prædestinatio antequam peccaret homo? Ille audiat, quia omnia antequam fiant, deus quasi facta pertractat, & siue sint punienda, siue muneranda, in præscientia sua dijudicat. Ecce homo infelix alligatur morti, non per dei prædestinationem, sed per suam offensionem. Quamuis enim prædestinatio offensionem præcurrat tempora, offensio tamē prædestinationem præcedit effectione. Nam prædestinatio non fieret, nisi offensio futura esset: quam offensionem qui præsciuit esse, offensionis vltionem vt iustus iudex prædestinauit. Ex præscientia igitur offensionis, prædestinatio emanauit vltionis: sicut ex præscientia virtutis, prædestinatio fieri solet remunerationis. Vnde Apostolus ad Romanos: Quos præsciuit, hos et prædestinauit.

Peccatū causa ē cōditionalis p̄destinationis, & mortis.

Rom. 8.

CAP. IIII. FORTASSIS Est qui dubitet vltionē offensionis a deo esse, qa grauis est et mala: virtutis aūt remunerationē a deo esse manifeste fateatur, quia dulcis est & bona: cum deus nullius mali, sed totius boni sit author. Huic dicēdū est, quia offensio, & si homini est mala dū pœnā ingerit, apud deū est iusta dū peccata punit. Quod autē iustū est, bonum est. Prædestinatio igitur vltionis, quia iusta est, &

Esa.45.

Ego dñs faciens pacem ex me & creans malũ ex te tibi.

bona. Vnde fons & origo boni per Esaiam sic loquitur Ego dominus formans lucem, & creans tenebras, pacẽ faciens, & creans malum. Quasi dicat: Ego dominus faciens pacem ex me, creans, malum ex te tibi. Pro peccatis enim tuis bellum tibi tribuo quod mereris, quod & si apud me sit iustum, ex te tamen tibi fit malum: quia non ex me, sed ex te peccasti, & pro peccato pœnam tibi creo, quæ apud me est iusta, tibi autem mala. Huiusce-

Vna, & eadẽ res aliter, & aliter accepta bona est, & mala.

modi ergo malum creat deus, quod per se sibi sit iustum ex homine fit homini malum. Vna enim eademque res aliter atque aliter inter homines etiam accepta, bona est & mala. Vt bellum de quo supra diximus, victis est malum, vincentibus bonum, Qua propter & mors, quæ est vltimo præuaricationis, & iusta est & mala. Iusta quidẽ ex iusto iudice, mala autem ex misero peccatore. Hæc etiam eademque mors quibusdam hominibus est mala quibusdam autem bona: quia hos de ignominia ducit ad gloriam, illos vero de gloria ad ignominiam. Ignis quoque lignis, stipulis, vestimentis est nocius, cupro autem & argento & auro proficuus: quia hęc excoquit & puriora reddit, illa vero inflammat, & penitus consumit. Cum hæc ita sint, non vereamur dicere, mortem esse præ-

Mors prędestinata a deo. Psal.61.

destinatam a deo: quia & si nobis est mala, a deo tamen propter præscientiam præuaricationis prædestinata est iusta. Vnde & Psalmista: Quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua. Vnde enim & bonis gloria perennis, & malis mors infelix, nisi ab eo qui reddit vnicuique secundũ opera sua? Non tamen pure a deo mors, sed fit ex hominis prævaricatione, per iustitiam dei in hominis pœnam: Hoc ideo, quia sunt nonnulli qui diabolum sic ponunt mortis authorem, quasi vltionis iudicem: Author est quidem mortis per suggestionem peccati: sed per potentiam

Diabolus est author mortis suggestione, & non potentia retributionis, idem in.

retributionis, nec author, nec creator. Est & pœnarum custos & exhibitor, nec tamen ex propria potentia, sed ex concessione diuina.

1. Hypo. in Tomo. 7. & in isto. 3. To. horum opuscu.

CAP. V.

Sap.1.

Mors, & vita tripliciter possunt intelligi.

Sed Iis quæ præscripsimus quidam opponunt quod scriptum est: Mortem deus non fecit vnquam. Quibus non surda aure prætereundum est, quod alias scriptum est: Mors & vita a deo est. Nam opponenti, mortem deus non fecit vnquam: oppono, mors & vita a deo est: His quipppe oppositionis in literatura nulla reconciliatio est, in intelligentia nulla repugnantia: Mors enim sicut & vita, non tantum dupliciter, sed etiam tripliciter intelligi potest: In primo nanque homine, & animam & carnem

carnẽ deus creauit immortalem. Ante peccatum ergo vixit anima, vixit caro, non sub interitus timore, sed sub immortalitatis conditione. At dum homo peccauit, anima obijt. Hęc est mors quam deus non fecit: Caro tamen vixit post mortem animæ, sed sub mortis expectatione. Mors ergo animæ peccatum, mors carnis dissolutio elementorum, mors animę & carnis, pœna infernalis. Sic & vita, & alia est carnis & animæ ante peccatum, alia carnis post peccatum, alia animæ & carnis post dissolutionem elementorum. Vita quidem omnis a deo est, sicut & mors carnis, quæ est dissolutio elementorum: & mors animæ & carnis, quæ est vltio offensionis. Mortẽ autem animæ, quę est cæterum principium & causa, nun quam fecit deus, quia scriptum est: Qui peccatum non fecit. Sed mortem animæ non sic intelligas vt mortem carnis. Moritur caro, solutionem sui patiendo: moritur autem anima non sic, sed vitam mutando. Iam quę sint prædestinationes alligationis, quæ conditionis, satis vt reor dictum est, Sed earũ quæ conditionis sunt, alię ad gloriã, aliæ ad pœnam. Quos enim deus suos fidei opere futuros esse prænouit, hos prædestinauit ad gloriã: quos absque correctione diabolicæ persuasioni mitstaturos esse prescíuit, hos pro certo prędestinauit ad pœnam. Nauis mentis nostrę, nisi exercitio bonę meditationis regatur ventis vanarum cogitationum afflantibus, per diuersa fluctuabit, & demum sub periculo demersionis conquatietur.

Mors aĩæ pcĩ.

Mors carnis dissolutio elemẽtorũ, mors animæ & carnis pœna infernalis.

1. Pet. 2.

Mortẽ aĩæ nun quã fecit deus.

Deus ex fide nos elegit, idem in expo. quarundam propositionum Epist. Pauli ad Ro. in To. 4. & in. 2. Tom. horum opuscul. sed retractatur ĩ in de fide ad petrum. 5. &. 32. in Tom. 2. & in. 3. To. 7. & in. 3. Tomo horum opusculorum.

Tom. 3. & in. 1. Tom. horum opuſ. & 1. retract. cap. 23. in Tom. horum opusculurum & in de prædest. sanctorum cap. 3. in Tomo

FINIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venetijs Apud Cominum de
Tridino Montisferrati.
M. D. XLVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad vtum domini augustini a
Coronna Parisiensis Parrissimi

1A 44 3.-tom

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca